
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
20
G
49

DECISIONVM
FORI EPISCOPALIS
PERVSINI

AVCTORE

ALEXANDRO AMBROSINO

FOROSEMPRONIENSI

I.V.D. & Prothonotario Apostolico eiusdem Fori Vicario Generali.

PARS SECVNDA.

In quibus Ecclesiasticæ, Ciuiles, nec non Criminales caussæ in dicto Foro per auctorem decisæ continentur.

[illegible] indice locupletissimo.

Altero Summariorum Decisionum; altero præcipuarum rerum, & verborum, quæ in illis pertractantur.







Ex legato

MEDIOLANI, Apud Girolamum Bordonium. M. DC. XII.


Cum licentia Superiorum, & Priuilegijs.

Imprimatur

F. M. Ang. Seg. Inquisit. Generalis Mediolani.

Aloyſ. Boſſ. Can. Ord. Theol. pro Illuſtriſs. Card. Archiep.

Vidit Saccus pro Excellentiſsimo Senatu.



SERENISSIMO FRANCISCO MARIAE FELTRIO DE RVVERE II. VRBINI DVCI SEXTO.

Alexander Ambrosinus Forosemproniensis.



VM superioribus annis varias vtriusque iuris controuersias in sua genera, ac membra digestas, mandatasque publicis à me literarum monumentis, Summus Pontifex, & Illustrissimus curarum eius consors Cardinalis Burghesius vindicarint sibi : iam diù, & humani iuris, & diuini ratio postulat (Princeps Serenissime) vt quicquid vel ingenio, præter ea molior, vel industria pario, tibi vni soluam, cui omnia debeo.

Etenim, quoniam laborum meorum primitias (vt æquum erat) Deo virisque Deo proximis obtuli, ne-

que rectè, nec liberaliter faciam, si te meum, & virtute, & natura Dominum ab ingenij mei bonis, hoc est à possessione rerum tuarum exclusero. Accipe igitur hanc qualemcunque non virtutis, sed industriæ fructum, quem non tibi dono, dicoque: ne videar vnquam subripuisse mihi, quod tuum semper fuit, sed quem ego ipse voluntarius procurator à me petij, & exactum, quo primum tempore possum restituo. Vale.

Candido

Candido Lectori.



ROPOSITVM meum bene te iuuandi, cum possum teneo, Amice Lector, & veterem meam consuetudinem repeto proponendi tibi discussas, atque explicitas Iuris varias controuersias, quas mihi subinde munus hoc audiendi, & iudicandi suppeditat. Sentio hanc mihi prouinciam laboris esse non pauci; sed omnia mea commoda ex tua vtilitate dimetior. Scio enim hominem non priuato sui studio, sed publicæ rei natum esse;



Clarissimi I. C.
FRANCISCI BERNARDINI
Porri Mediolanensis.

Difficiles aditu nodos, obscuraque sensa
Iuris, Alexandri nobile pandit opus.
Litibus imponit finem, clamosa forique
Iurgia decidit, turbida falce secat.
Vincula quæ posuit Rex Gordius in Iouis æde,
Regis Alexandri sunt resoluta manu.
Illius instar erit, salebrosa ænigmata soluens
Doctus Alexander: nec meliora petas.
Aspera vel lenit, vel temperat, est quoque in illo
Oblectans sermo, pabula mentis alens.
Rarus ab inuentis liber hic; non appetit vt sit
Fastosus, tantùm, quò tibi prosit, amat.
Olim quæ scripsit, famam, nomenque dedere,
Stant in honore, vllo non moritura die.
Sat meliora cudi fuerunt digesta per annos
Maturos, illis vtiliora feres.
Pectore condidimus sat grato scripta priora,
Ista iuuent alijs posteriora magis.



Eius-

Eiusdem.

HVmanos inter casus discrimina mille,
Non ratio, at casus sæpè valere solet.
Fortunam Dominam facimus metimur. ab illa
Successus hilares, tristia damna simul.
Nil tamen est tutum, quod non ratione geratur,
Nulla quies dubias si vereare vices.
Hic te securum reddit liber, elige quicquid
Decisum inuenies, quod ratione probat.
Consulat hunc quisquis secura nauigat aura,
Consulat incertas, fortuitasque vices.
Haud sorti cedit ratio; sed vincitur, illam
Non piget inflexo succubuisse genu.



Ad Reuerendissimum
ALEXANDRVM
Ambrosinum Auctorem.


Federicus Mengacius Iuris professor de Mondulphio.



Aciem Theatri praeparas Mundo nouam,
Recti Magister. nulla persona hic dolos
Laruata fingit: prima sed partes agit
Astraea, nuda, & veritas gestum facit:
Charitum manipli nobiles ducunt choros.
Spectator Orbis. audies mox. Plaudite.

Ad eundem Eiusdem.

QVàm dulce dictis resonat è tuis melos?
Facessat Orpheus, si quid & lyra potens
Canorus Architettus ad Thebas dedit.
Hic ima summis iuncta sese attemperant,
Legibus humanis iura diuina accinunt.
Auditis? Orbi dulcis insonuit salus.



Ad

Ad eundem Eiusdem.

CErno equidem è Cælo hic auri cecidisse procellam,
Iura, fidem, rectum, mille globos Charitum.
Huc agite ex omni mortales ordine, nymbum
Accipite, & gremio condite delicias.
Nulla serena dies mihi sit, pluat omnibus horis,
Dummodo tempestas tam pretiosa cadat.

De Per Ill. ac maxime Reu. Alexandro Ambrosino.

Ioannes Baptista Laurus Perusinus.

PRoximus à primo nostris cantandus auenis
Surgis Alexander; sed lyra curua negat.
Hæc negat Ambrosio nisi sit perfusa liquore,
Dignam Ambrosino quis neget Ambrosiam?
Cum tuus ergo meas fauces adsperserit humor,
Tum in laudes fuerit musa diserta tuas.



Ad Reuerendiſsimum
ALEXANDRVM
Ambroſinum.

Fuluius Mariotellus Peruſinus.


QVO quis deciderit greſſu decidere, virtus
Ambroſine tua eſt, ne libra lance cadat.
Iura vt quæ Auguſto decidis ſub lare, iure
Subſcribunt meritis lance librata tuis.

Ad eundem Eiuſdem.

CVr Aſtræa olim fixis ſe continet aſtris,
Atque iterum humanos greſſus adire timet?
Ambroſium ſentit quoniam perlabra liquorem,
Ambroſine tuum ſorbeat, vt reuoces.
Feciſti hoc aliàs, quoties & feceris, ipſa
Iure ſuo cedet, conuenietque tuo.

In eundem Eiuſdem.

PReſſit Alexander concuſſum iura per Orbem
Iura & Alexander deligit, vt relucet.



Ad eundem Eiusdem.

AMbrosine tuam spectans Astræa Mineruam
E cœlo præpes euolat, & recidit.
Quid nostris inquit cælum torquere periclis?
Inter mortales viuere iustitia est.
Hincque tuis docta conspersis Pallade chartis,
Inuidus Astræam spectat vterque Polus.



Argu-

Argumenta ſingularum Deciſionum,

Quæ in qualibet deciſione potiſſimum continentur.

Explicantia

Deciſ. Vigeſimæ ſexta.

FIliæ fœminę dotatæ, & per ſtatutum excluſę donec extant maſculi, nunquid faciant partem, & numerum ad augendam maſculorum legitimam de triente ad ſemiſſem.

An filij, quorum legitima eſt ſemis, detrahant quoque Trebellianicam ex fideicommiſſo conditionale. An aſſertio teſtatoris plenè probet contrà hæredem, qui adiuit non confecto inuentario.

Deciſ. Vigeſimæ ſeptimæ.

DE pacto retrouendendi quandocunque, & quotieſcunque placuerit venditori, an præſcribatur ſpatio triginta, vel quadraginta annorum.

Deciſ. Vigeſimæ octauæ.

DE ſententia lata poſt præſentationem commiſſionis cauſſæ per tertiũ obtẽtę pro ſuo intereſſe, an ſit nulla.

De attentatis poſt inhibitionem reuocandis.

De exceptione melioramentorum quando, & quomodo opponi poſſit poſt ſententiam. Etſi pro melioramentis detur retentio rei melioratæ.

Deciſ. Vigeſimænonæ.

DE ſtatuto prohibente relinquere vxori, an comprehendat donationem inter viuos.

Deciſ.

Decis. Trigesima.

DE muliere cui relicta fuerunt mille si nupserit, & quadringenta si Religionem ingredietur, nunquid ingrediendo Religionem mille consequi possit.

Decis. Trigesima prima.

DE marito, qui vxori de necessarijs in infirmitate non prouidit, & cum vxore non habitauit, an priuetur lucro doris per statutum Perusinum concesso, præmoriente vxore sinè liberis.

Decis. Trigesima secunda.

DE venditione facta de re fructifera dilata solutione ad quinquennium, cum conuentione de soluendo annuatim quantitatem certam frumenti loco fructuum; donec soluatur pretium. Et de exactione facta frumenti taxari, non solum durante dilatione, sed per plures annos post dilationem concessam, nunquid sapiat vsuram.

Decis. Trigesima tertia.

DE emptione facta pro filio, an intelligatur facta pro naturali, stantibus legitimis.

Decis. Trigesima quarta.

DE sponso, qui deflorauit sponsam, an sit præcisè cogendus ad contrahendum matrimonium.

Decis.

Decis. Trigesima quinta.

DE pecunijs argenteis datis mercatori pro cambiandis in aureis, data illarum existentia, & identitate, nunquid vẽdicari possint,& in illis,qui dederit,omnibus præferatur.

Decis. Trigesima sexta.

DE emphyteuta,qui intrà bimestre non petijt inuestituram, an possit purgare moram, vt iure suo non priuetur.

Decis. Trigesima septima.

DE substitutione facta de Petro,& eius filijs legitimis, & naturalibus pro conseruatione familiæ,& agnationis; nunquid filiæ fœminæ eiusdem Moniales,concurrere debeant cum alijs filiabus in sæculo degentibus.

Decis. Trigesima octaua.

DE testamenti validitate, in quo filio Regulare Religionis capacis bonorum, fuerant relicta tantum alimenta in casu,quòd non posset stare in Religione.

Decis. Trigesima nona.

DE statuto laycali quando ligat clericos.

Decis. Quadragesima.

DE laudo ab arbitratoribus dato, statim post compromissum,an sit nullum,dato quòd à partibus fuerit acceptatum. Præsertim si per triginta, & vltra annos illius executio petita non fuerit.

Decis. Quadragesima prima.

DE donatione caussa mortis à patre facta filio quomodo & quando reuocetur per testamentum patris.

Decis.

Decis. Quadragesima secunda.

DE fructibus beneficij, quomodo vltimo anno diuidi debeant inter hæredem beneficiarij præmortui, & successorem in beneficio.

Decis. Quadragesima tertia.

DE iure patronatus relicto seniori,& proximiori de familia,an fęmina senior in pari gradu propinquitatis, præferatur in præsentando masculo iuniori.

Decis. Quadragesima quarta.

DE primo substituto,viuo hærede instituto mortuo, an locus factus sit secundo substituto, decedente hærede sinè filijs.

Decis. Quadragesima quinta.

DE venditione facta eiusdem rei duobus instrumentis, cum pacto redimendi,in quorum altero, vnus principaliter,& insolidum pro indemnitate promisit, & in altero alter, nunquam prorogato termino, in cuius prorogationis instrumento omnes venditores intercesserunt principaliter, & insolidum, vnus pro altero insolidum teneatur.

Decis. Quadragesima sexta.

FOeminæ per statutum temporaliter exclusæ donec, & quousque extent masculi; an illis deficientibus sint reintegrandæ ad earum portionem.

Decis. Quadragesima septima.

DE vulnerato,qui post trigesimum septimum diem obijt,an præsumatur mortuus ex vulnere.

Decis. Quadragesima octaua.

DE incendio domus, quando præsumatur culpa inhabitan-

habitantium, vt conductor teneatur de incendio à famulis suis commisso.


Decis. Quadragesimæ nonæ.

DE retento in domo sub fideiussione de non discedendo, qui discessit, & die sequenti rediit, quòd sit puniendus ob contemptum iudicis pœna arbitraria.

Decis. Quinquagesimæ.

DE recusatione iudicis delegati, & de caussis sufficientibus ad reddendum iudicem suspectum.

FINIS.



DECISIONVM FORI EPISCOPALIS PERVSINI.

PARS SECVNDA.

Auctore

ALEXANDRO AMBROSINO Foro Semproniensi I.C. & Protbonotario Apostolico, eiusdem Fori Vicario Generali.

Decisio Vigesimasexta.


Nno Domini 1562. Per Illust. D.Camilla à Cornea suum vltimũ condidit testamentum, in quo iure legati institutionis, & omni alio meliori modo reliquit sorori Dionysiæ in Monasterio S. Catharinæ,& sorori Raphaellæ in Monasterio S. Agnetis, filiab' suis legitimis, & naturalibus,florenos triginta tres pro qualibet earum. Et iudicauit, ac reliquit iure legati &c. Dominabus Lucretiæ,& Columnæ filiabus legitimis, & naturalibus ipsius testatricis, vltra dotes promissas, & solutas eorũ maritis, & de bonis ipsi' testatricis, in quib' eas dotatas esse asseruit, summã, & quantitatem florenorũ decem: & in his eas,& quamlibet earum respectiuè sibi hæredes instituit.

Vlterius iure prælegati iudicauit,& reliquit Dominis Iulio Cæsari,Ludouico,Io.Baptistæ,& Scipioni,filijs legitimis, & naturalibus ipsius testatricis,scutos quingentos auri in auro pro quolibet eorum,de pecunijs, ex quibus ipsa emit census à diuersis personis, & de pecunijs ipsius testatricis existentibus in manibus diuersarũ personarũ, & mercatorũ, adeo qđ dicti eius filij, videlicet quilibet

bet eorũ, vt supra, habeat, & consequatur summam scutorum quingentorum auri in auro, ex quibus scutis quingentis pro vno quolibet voluit, & mandauit, quod emi debeant census pro dictis suis filijs: & casu quo census emi non possint, voluit quod emi debeant officia, quæ transeant ad hæredes, & in alium vsum conuerti non possint: quæ summa scutorum quingentorũ auri in auro pro vno quolibet, vt supra, voluit, quod sit subiecta fideicommisso; prout infra dicetur in hæredis institutione.

In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, immobilibus, & semouentibus, rebus, iuribus, & actionibus, & nominibus debitorũ, vbicumq; sint, & inueniri possunt, & poterunt, facit, instituit, & esse voluit suos hæredes vniuersales D. Iulium Cæsarem, Ludouicũ, Io. Baptistam, & Scipionem filios legitimos, & naturales ipsius testatricis ęquis portionibus. Et casu quo aliquis dictorũ suorum filiorum quandocunque decederet sine filijs legitimis, & naturalib⁹, & ex legitimo matrimonio natis masculis; tunc & eo casu substituit tali sic decedenti alium, vel alios supraviuentem, vel supraviuentes, & præmortui, vel præmortuorum filios legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio natos; videlicet masculos in stirpẽ, & non in capita, pleno iure, & sine aliqua diminutione. Et casu quo omnes quãdocunque decederent sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis masculis; tunc & eo casu substituit filios naturales masculos dd. suorum filiorum vnum, vel plures æquis portionibus. Et casu quo ex dictis suis filijs, seu aliquo ipsorum non superesset aliquis filius masculus legitim⁹, nec naturalis, vt supra, & per consequens deficeret linea masculina; tunc & eo casu substituit filias fęminas dictorũ suorũ filiorũ in stirpem, & non in capita, pleno iure, & sine aliqua diminutione. Et pari modo intelligatur facta substitutio in filijs naturalibus, vt supra dictũ est pleno iure, & sine aliqua diminutione. Si verò ex dictis suis filijs non superesset aliquis filius masculus legitim⁹, nec naturalis, & pariter non superessent filiæ fęminæ, & per consequens deficeret linea dd. suorũ filiorũ; tunc & eo casu substituit dictis suis filijs sic vt supra decedentibus, pro medietate Monasterium S. Petri de Perusia, & pro alia medietate Hospitale S. Mariæ de Misericordia de Perusia pleno iure, & sine aliqua diminutione.

Item voluit, & mandauit dicta testatrix, quod dicti eius filij non possint, nec valeãt vẽdere, seu aliter alienare bona hæreditaria ipsius testatricis. Et casu quo vẽderent, seu aliter alienarent; quod tunc & eo casu talis venditio, seu alienatio non valeat, & non teneat, & sit ipso iure nulla; & ex nunc, prout ex tunc, & è contra in dicto casu dicta res vendita,

ta, seu alienata deueniat ad Monasterium Sancti Petri de Perusia. Decesserunt supradicti omnes filij instituti vt supra, nullis relictis filijs legitimis, nec naturalibus fœminis, vel masculis: vnde factus est locus fideicommisso ad fauorem Monasterij S. Petri, & Hospitalis S. Mariæ de Misericordia. Quapropter de multis dubitari contingit: Et primo an legitima istarũ Perill. DD. debeat esse tertia bonorũ, cum quatuor sint, vel dimidia, attentis DD. filiabus dotatis, quæ computari debeant, ad faciendum numerũ, vt augeatur legitima de triēte ad semissem, præsertim stante statuto Perusino exclusiuo fœminarũ, quousque superuixerint masculi.

Secundò cum isti filij detrahere debeant duas quartas, nũquid casu quo legitima esset semis, quartã alterius medietatis habere debeant pro Trebellianica, Vel potius illius deductio prohibita fuerit per clausulam in testamento appositam, Pleno iure, & sine aliqua diminutione: & an per testatricem prohiberi potuerit.

Tertiò an per assertionem testatricis, quod emantur tot census, seu officia non vacabilia de scutis quingentis auri in auro pro quolibet, satis comprobatũ sit, quod scuta bis mille auri in auro in hæreditate remãserint, vt de illis portionem recipere debeant Monasterium, & Hospitale: postquam non liquet, quod vnquam filij præfati emerint census, nec officia, iuxta testatricis mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ feminæ an computandæ sint, vt numerum faciant ad augendam legitimã filiorum de triēte ad semissem, ardua reputatur quæstio: ita vt in tam arduo opinionum conflictu non possit iudex reprehendi, in quamcunque partem inclinet.*

2 *Filia, quæ non facit partem alijs filijs, nec etiam eorum numerum augere debet.*

Quia in hac materia, filiorum numerus consideratur ciuiliter respectu successionis, & non naturaliter.

3 *Filia per statutum exclusa habetur loco personæ extraneæ. Et querelam inofficiosi intentare, nec cõtra tabulas proponere potest, si foret præterita.*

Quia filia per statutũ exclusa desinit esse sua, & ammittit iura suitatis. Quod declaratur numero 24.

4 *Filia per statutum exclusa à successione, intelligitur exclusa pariter à legitima, quam tollere potest pro conseruatione familiarum.*

5 *Filia exclusa à successione intestati, non potest considerari eius persona in quotitate, & quantitate legitimæ, cum sit portio portionis debitæ ab intestato.*

A 2 Filia

6 *Filia dotata, & per statutum exclusa si faceret numerum, & partem in legitima, maximum praeiudiciũ inferreretur parentibus. Et redditur ratio. Sed declaratur num. 26. & seq.*

7 *Filia per statutum exclusa, censetur simpliciter, & omni respectu exclusa, & sic non solum à successione, verum etiam à filiorum numero, & calculatione legitimae.*

8 *Filia ne computetur in calculatione legitimae multi tenuerunt; & referuntur.*

9 *Iuri accrescendi non est locus, quãdo diuerso iure quis vocatur ad successionem.*

10 *Dos non est loco legitimae, & in eius locum non succedit, Cuius contrarium num. 32.*

11 *Leges ad filiorum prouisionem induxerunt dotem, legitimam, & alimenta, diuersis temporibus, & diuersis etiam respectibus: & licet dos, & legitima sic se habeant, vt una imputetur in aliã; differunt tamen nomine, & substantia, & quare.*

12 *Legitima filiorum, quando sunt quattuor, vel pauciores, est triens: si verò plures, est semis.*

13 *Feminae filiorum appellatione veniunt ex propria verborum significatione.*

14 *Verba cui conueniunt, conuenit & dispositio.*

15 *Statutum exclusiuum foeminarũ non impedit, quin filia dotata considerari debeat in computatione legitimae.*

16 *Foemina per statutum exclusa, dũ nec masculi extant, illis cessantibus reintegratur ad suam portionem, quam à principio habuisset, si non fuisset exclusa.*

17 *Filia existentibus masculis praeterita, licet non possit dicere testamentum nullum, tamen illis deficientibus, posset dicere nullum.*

18 *Filia, quae admittitur, vel admitti sperat ad partem aliquo iure actionis, restitutionis, reintegrationis, exceptionis, vel alterius aequitatis, facit partem, & numerum.*

Quòd procedit nõ solũ, si ad totam partem admittatur, verũ etsi ad aliquam etiam minimam.

19 *Filia femina, quando in testamento fuit instituta in re certa, & quouis modo cognita, non dicitur exclusa à statuto; cum statutum excludat ab intestato: & quotiescunque est cognita, agitur de causa testati; ideo facit partem in computatione legitimae.*

20 *Filiae per statutum exclusae, cum in testamento sunt cognitae in aliqua re, reassumunt iura, & effectum suitatis in re illa: & ob id faciunt numerum.*

21 *Feminae excluduntur per statutũ fauore masculorum: Sed si partem non facerent in augenda legitima, esset dãnosum masculis.*

22 *Filiae faciunt partem, & numerũ, prout magis expedit filijs masculis.*

23 *Feminarum exclusio, & masculorum inclusio inducitur ex eodẽ statuto*

statuto exclusiuo fœminarum: iccirco exclusi portio consideratur, vt augeat partem, & portionem inclusi.

24 Statutum Perusinum non simpliciter excludit fœminas, sed illis reseruat dotem: Et propterea filiæ fœminæ faciunt partem in calculatione legitimæ: Et quomodo procedat, diffusè enucleatur.

25 Filia exclusa, aliquo reseruato, facit partem, & numerum pro quanto capit dos reseruata; ita tamē, vt si dos sit suprà portionem legitimæ iuri communi debitæ, non minuat partem masculorum; & si sit infra, excessus cadat ad masculorum beneficiū, & illorum legitimam impinguet; non autem hæreditatem, ad commodum hæredis.

Practica huius enunciati demonstratur.

26 Dos filiabus data, in computatione legitimæ detrahitur, tanquā æs alienum, ex toto corpore hæreditatis.

27 Damnum causatum à lege non consideratur.

28 Damnum, quod venit secundariò, & in consequentiam, & nō principaliter, non attenditur.

29 Doctores, qui dixerunt, filiam exclusā per statutū nō facere partem, quomodo intelligantur.

30 Ius accrescēdi datur in legitima, & si caussa legitimæ, quæ honorabili titulo institutionis relinqui debet, tota hæreditas ei accrescit, repudiante, aut non valente hærede scripto adire, fortius legitimæ portio portioni accrescit; cū in habentibus symbolum facilior sit transitus.

31 Filia dotata, & exclusa an faciat numerum in cōputatione legitimæ: dependit ex eo, An dos reseruata succedat loco legitimæ.

32 Dotem succedere loco legitimæ, latissimè comprobatur.

33 Legitima debetur vnà cū fructibus, ita pariter dos, & eius supplementum.

34 Filius grauatus per fideicommissum conditionale restituere hæreditatem, detrahit duas quartas, Legitimam scilicet, & Trebellianicam.

35 Legitima filiorum quando est semis, si detrahere debeant etiam quartam pro Trebellianica, difficilis est quæstio.

36 Trebellianicæ detractioni non est locus, quando legitima filiorum est semis, sed contrarium, nu. 38.

37 Legitima filiorū erat quarta pars eius portionis, quæ ab intestato contingebat; & ex speciali priuilegio fuit ad trientem, & aliquando ad semissem redacta. Et propterea non debet tale priuilegium damno fideicommissarij cedere.

38 Trebellianica detrahitur à filio grauato, dato quod legitima sit semis: secundum communem.

39 Trebellianica dicitur prohibita, si testator mandet restitui hæreditatem pleno iure, & sine aliqua diminutione.

40 Trebellianica filijs potest prohiberi,

beri, quando detrahunt duas quartas.

41 *Trebellianica filijs prohiberi potest in alijs portionibus ipsis obuenientibus, quando plures filij instituti inuicem substituuntur.*

42 *Hæres, non confecto inuentario, non potest redarguere de mēdacio testatorem.*

Et omnia disposita in testamento tenetur obseruare.

43 *Hæres grauatus restituere, si non conficit inuētarium, grauatur in hoc, vt Iudex possit informare animum suum ex circumstātijs, & arbitrari bonorum quantitatem, cum ob non confectionem inuentarij fideicommissarius releuari debeat, vt fides habeatur suis probationibus, licet non ita plenis.*

Filiæ fœminæ dotatæ & per statutum exclusæ donec extāt masculi, nunquid faciant partem, & numerum ad augendam masculorum legitimam de triente ad semissem?

An filij, quorum legitima est semis, detrahant quoq; Trebellianicam ex fideicommisso conditionali?

An assertio testatoris plenè probet contra hæredem, qui adiuit non confecto inuentario?

Diuino inuocato suffragio.

IN proposita facti specie de pluribus difficillimis quęstionibus erit tractandum, in quibus adeo varij fuerunt nostrates, vt vix dignosci possit quæ vera, & magis recepta sentētia sit: attamē vt clara decisio reddatur.

1 Primò tractandū duximus de legitima Per Ill. DD. filiorum Per Ill. D. testatricis; qui cū quatuor essent, nunquid filiæ fœminæ computandæ sint, vt numerum faciant ad augendam legitimam de triente ad semissem iuxta dispositionem. §. 1. in autent. de trient. & semiss. & in autent. nouissima. C. de inoff. testa. in qua quidem ardua quæstione Fulgo. anceps fuit ꝑ qua parte consuleret, vt ipsemet dicit in d. aut. nouissima. in vlt. verbis. & Socin. cons. 150. num. 31. lib. 1. profitetur, quod in tā arduo conflictu opinionum, nō potest repręhendi iudex in quā cunq; partem inclinet: quod ēt sensere Dec. cons. 607. num. 15. & Ant. de Butr. cons. 39.

Et quod fœminæ non essent connumerandæ, facere videbātur plura à Doctoribus in proposito considerata.

2 Primò. Quia in hac materia, qui nō facit partem alijs, is nec etiam eorum numerū auget de quatuor, ad quinque. huius dicti allegatur Bal. in rep. l. pater filium. num. 7. ff. de inoff. test. & in l plane. § si duobus. in. 1. & 2. q. ff. de leg. 1. vbi Castren. nu. 8. ipse Bal. in aut. nouissima. in 4. 5. & 6. q. C. de inoff. test. quo loco scribit, quod in hac materia filiorum numerus consideratur ciuiliter

ciuiliter respectu successionis, & non naturaliter.

Quapropter filiæ fœminæ istius nobilissimæ testatricis, cum vigore statuti Perusini, tāquam dotatæ exclusæ sint à successione maternæ hæreditatis, ideo partem, & numerum facere minime possunt. l. 1. §. quidam. ff. de bono possess. contr. tab. Bal. in d. aut. nouissima in 5. q. Salycet. ibidē in 8. q. & Castren. col. 2. Bal. in d. l. plane. §. si duobus. col. vlt. ff. de leg. 1. Ang. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de in off. testa. Castren. cons. 286. 1. casu. lib. 1 & est communis opinio teste Ias. in d. l. plane. §. Si duobus. col. pen. & vlt. Crot. in rep. l. re coniuncti. num. 129. ff. de leg. 3. Fabia. in rep. d. aut. nouissima nu. 174. C. de in off. test.

3 Et filiæ istæ, cum sint per statum exclusæ, habētur loco personarum extranearum; & querelam in officiosi intētare, nec contra tabulas proponere possent, si forent præteritæ. ita concludit Bal. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Eo quia filiæ sic per statutū exclusæ desinunt esse suæ, & ammittunt iura suitatis: prout declarat Bar. in l. 1. §. sciendum. ff. de suis, & leg. Ideo rumpere non possunt testamentum, cum ab intestato succedere nequeant. l. Posth. §. si q̄s ex his. ff. de in off. test. Ang. & Fulgo. in d. l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de in off. test. Imo. & Alex. in d. l. plane. §. si quis duobus. ff. de leg. 1. Si ergo filiæ fœminæ reputantur extraneæ, non possunt connumerari inter filios, sicuti extranei nō connumerantur. hoc argumento vtitur in puncto Castren. cons. 286. col. 2. vers. breuiter his non obstantibus. lib. 1.

4 Et postquam fœminæ sic dictante statuto, exclusæ à successione, intelliguntur exclusæ et à legitima, quam potest tollere pro cōseruatione familiarū, vt voluit Bal. in auth. hoc amplius. in 38. q. C. de fideicomm & in l. si defunctus. C. de suis & legit. Ang. in l. pater filiū. ff. de in off. test. Corn. cons. 219. col. 4. lib. 1. & consil. 107. & 150. 2. & 3. col. lib. 2. vbi dicit hanc communē. Alex. cons. 3. col. 2. lib. 7. Socin. cons. 35. col. 2. & cons. 127. col. 2. lib. 4. Dec. cons. 19. col. 7. & diximus decis. 3. num. 14. part. 1.

5 Vnde cum sint exclusæ à legitima, impossibile videtur, q̄ faciant partem: nam cum filia reperiatur exclusa à successione intestati, non potest considerari eius persona in quotitate, & quantitate legitimæ, eo quia legitima est portio portionis debitæ abintestato l. cum quæritur, & l. parētibus. C. de in off. test. Et nō entis nullæ sunt qualitates. & sine subiecto non potest qualitas cōsiderari, ad notata in l. eius qui. ff. si cert. pet. & sic in materia, pluribus citatis, argumētatur Soc. iun. cons. 25 num. 10. lib. 1.

6 Secundò considerari potest. Quod si filiæ dotatæ, & per statutum exclusæ facerent numerum, & partem in legitima, maximum præiudicium inferretur parētibus, quia filiæ dotem haberent; & postea etiam filiorum numerum augerent, & parētes vltra dotem cogerentur quoq; semissem relinquere filijs: & tamen si nō excluderentur à statuto, parētes, relicto semisse omnibus filijs pro legitima, posset de residuo adlibitū disponere: & hoc pacto in dotibus datis grauerentur. & postquam statutum exclusiuum fœminarum solummodo fœminis præiudicare intendit, non est interpretandū, vt alijs præiudicet. arg. eorum, quæ notantur in l. 2. §. merito. & § si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. & in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. & in l. 2. C. de noxa. Nec non statutum induceret duas læsiones, alteram filiabus, quas excluderet, alteram parentibus, quibus, vt supra diximus, preiudicaretur. contra l. 1. C. de dot. promiss. Bar. in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact.

7 Qua de re cum statutum voluerit excludere fœminas, videtur intelligendū simpliciter, & omni respectu, & sic nō solum à successione, verū etiam à filiorū numero, & calculatione legitimæ, eo quia verba in potētiori significatu sunt accipienda. l. 1. §. qui in perpetuū. ff. si ag. vect. vel emph. pet.

8 Tertiò comprobatur hæc sententia, ne filiæ fœminæ computētur in calculatione legitimæ, auctoritate multorum, qui nobis scriptum reliquerunt, quod filiæ fœminæ dotatæ exclusæ per statutum nō connumerentur in hac legitimæ computatione. & huius sententiæ citatur Bal. in d. l. Papinianus. § vnde si quis. ff. de in off. test. vbi Ang. & in d. l. plane. §. si duabus ff. de leg. 1. & in d. auth. nouissima. C. de in off. test. & in l. 1. §. in prima. in fin. C. de cad. tollen. Castren cō sil. 52. & cōs. 280. lib. 1. Cuman. in l. huiusmodi §. si titio. ff. de leg. 1. & cons. 35. Aret. cons. 19. col. pen. Corn. cōs. 30. col. 1. lib. 1. & cons. 199. lib. 3. Soc. cōs. 84. nu. 8. & cons. 150. nu. 19. lib. 1. & cons. 82. col. vlt. lib. 4. vbi refert Collegium Patauinū & plures alios Doctores ita consuluisse: Ruin. cons. 24. col. 2. lib. 1. cons. 17. nu. 6. & cons. 52. nu. 10. lib. 2. cons. 40. col. 3. lib. 3. & cōs. 152. col. 1. & 2. li. 5. vbi dicit hāc cōmunem. Rub. Alex cōs. 156. col. 2. & 3. Hip. Rim. cōs. 187. nu. 54.

9 Quartò pro valido fundamēto adduci solet: Quod quando diuerso iure quis vocatur ad successionē, tunc inter eos non est locus iuri accrescendi. l. sed cum patrono. in prin. ff. de bono. possess. contr. tab. Bal. in l. 1. q. 6. C. quando nō pet. part. Roman. cōs. 308. in fin. Dec. in rub. C. quando non pet. part. nu. 14.

&

& in specie Bar. in l. 1. § in primo. col. 2. vers. sed malè dicit. C. de cad. tollen. Castren. cōs. 286. col. fin. in prin. lib. 1.

10 Sed sic est, quod dos non est loco legitimæ, & in eius locum non succedit secundum doctrinam Bar. in l. Titio cētum. § Titio genero. col. vlt. ff. de cōd. & demostrat. Castr. in d. auth. no uissima col. 1. sequendo Bar. dicit, quod de relicto dotis non detrahitur tacita nuptiarū conditio, quia dos nō est legitima, nec loco legitimæ, sed est portio portionis debitæ ab intestato. & idem Casten. l. quoniam in prioribus. numero. 7. C. de inoff. test. infert, quod relictum dotis est conditionale. & ideo moriente filia ante nuptias, nihil per eam transmittitur ad hęredes. Sequitur Ias. ibi in 4. limit. iterum Castr. in d. l. Titio cētum. § Titio genero. hoc idē repetit, & cons. 19. cōs. 196. cōs. 275. & cons. 468. lib. 1. vbi in 2. dub. respondit, patrē posse grauare filiam per fideicommissum in dote sibi relicta. Paris. cōs. 59. col. 1. lib. 1. & cōs 16. col. 2. lib. 2. Ceph. cons. 145. nu. 32. Corn. cōs 32. lib. 4. Raph. comen. cōs. 46. & ambo Raph. consil. 125. Alex. cons. 179. col. 3. lib. 5. Hieron. Gabr. cons. 11. col. 2. & cōs. 16. num. 25. lib. 1.

Et licet per statutum Perusinum dos referuetur filiabus; nihilominus, quod dos non sit loco legitimæ, cōprobat pluribus Brun. de stat. exclus. fœmin. art. 11. q. 1. & in terminis nostris de statuto excludēte filiam dotatam loquuntur Bal. Ang. & Fulgo. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoff. test. Aret. cons. 19. Soc. cons. 150. lib. 1. & firmauit Menoch. de arbitr. iud. cons. 149. nu. 10. prosequitur

11 Peregrin. de fideicom. art. 38. num. 21. vbi præfatis cōgestis scribit; quod iura communia ad prouisionem filiorum induxerunt dotem, legitimam, & alimenta, diuersis tamen tēporibus, & diuersis etiam respectibus: & quamuis dos, & legitima, sic se habeant, & vna imputetur in aliam ad l. quoniā nouella. C. de inoff. test. attamen differunt in nomine, & in substātia; quia vna est determinata, alia non; vna in rebus hæreditarijs, alia non sic restringit; vna non admittit conditiones, vel dilationes, alia sic; vna debetur vno tempore, altera alio tempore. & sic in multis differre prætendit Peregrin. vt ibi p cum.

Et postquam legitima, & dos valde differūt, quomodo volumus, vt filiæ dotatæ, quæ vigore statuti suis dotibus debent esse contentæ, partem, & numerum faciant ad impinguendam legitimam masculorum.

Prędictis tñ nō obstātib', cōtrariu in casu nr̃o verū esse de iure existimo ex infra dicēdis.

12 Pri-

12 Primò. Attenta iuris cómunis dispositione, res est clara, quod partem, & numerum faciant; ex quo tex. §. 1. in auth. de trient. & semiss. & in auth. nouissima. C. de inoff. test. mãdãt, quod si quatuor sunt filij, vel pauciores, eorum legitima sit triens. si vero sunt plures, sit semis. quæ sanctio verificatur in casu isto, cùm sint plures quatuor, & omnes sint filij; & iura præfata ad hoc perpẽdit Corn. cons. 197. col. 3. lib. 1. quẽ refert & sequitur Ceph. cons. 245. num. 23. Capr. cons. 73. in fin. Ruin. cons. 27. num. 5. libr. 1.
13 Ias. cons. 65. libr. 1. Decian. cons. 46. num. 21. lib. 3. qui respondit, quod appellatione filiorũ veniunt proculdubio etiã fœminę l. iust. ff. de ver. sig. l. si quis ita in prin. ff. de test. l. si ita scriptũ. ff. de leg. 2. Decian. cons. 1. nu. 59. lib. 2. vbi nu. 26. scribit, ꝙ appellatione filiorum veniũt fœmine ex propria significatione verborũ: & ego alias latè comprobaui in decis. meis huius Fori Episcopalis decis. 10. nu. 12. & seq. par. 1. vbi plu-
14 res huius sẽtẽtiæ adduxi. Quo fit, vt postquam verba d. auth. conueniant etiam fœminis, sequatur, quod dispositio pariter debeat in fœminis locũ habere: regulare nempe est, quod cui cõueniunt verba, cõueniat, & dispositio, & è contra l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. l. ita autem in prin. ff. de ad. tuto. l. hos accusare, §. omnibus. ff. de accusat. l. quod dictũ. ff. de pact. ita in puncto argumentati sunt Decian. d. cõs. 46. nu. 21. & seq. li. 3. & Ceph. d. cons. 245. nu. 23.
15 Nec resistit statutũ exclusiuũ fœminarum: quia in præsentiarum non agitur, quod filia debeat succedere abintestato, quo in casu statutum illã excludit: sed tantũmodo agimus de calculanda legitima masculorum, de qua non loquitur statutum. & propterea remanet in dispositione iuris communis. qua attenta, fœminę adinstar masculorum sunt considerandę, per l. maximũ vitium. C. de lib. præter. & ob id dicebat Ceph. d. cons. 245. non videre rationẽ, ob quam in numero filiorũ fœminæ non sint computandæ, cũ ex eo, quod sint maritatæ, & dotatę, non desinant esse filiæ. quod solum cõsideratur ad hũc effectum calculandi legitimã d. auth. nouissima.
16 Secundò aduertẽdum velim. Quod statutum Perusinum non excludit simpliciter fœminas dotatas à successione, sed tãtũ ad tempus, quousque superuixerit masculus descendens ab ipsa persona dotante per lineã masculinam. & subiungit statutum, & locum habeat, donec, & quousque superuixerit masculus descendens ex præd. legitimus, & naturalis. & ipsis nõ existẽtibus, fœminæ succedere debeant. ex quibus colligitur, ꝙ ma-

masculis mortuis, fœminę possēt succedere, ac si à principio non fuissent per statutum exclusæ. l. pater seuerinam. in fin. ff. de cond. & demostrat. l. titius. vers. quoad. ff. de execut. tut. cũ multis allegatis p Bar. in l. fin. ff. ad Tertull. & ideo Bar. ibi p dicta iura determinat quæstionē in proposito, quod si statutũ excludit filias fœminas donec, vel quousque, seu quandiu superuixerint masculi, cessātibus illis, fœmina reintegratur ad suam portionem, quam à principiò habuisset, si nõ fuisset ex-
17 clusa. vnde dicebat Bal. in l. 2. C. de lib. pręter. quod licet existentibus masculis, filia præterita non possit dicere testamētũ nullum, iuxta plenè notata per Bar. & alios in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Tamē deficientibus masculis, postea potest dicere testamentum nullum, & est communis opinio doct. secundũ Alex. ibi. Et in casu nostro si Per Ill. D. testatrix decessisset intestata, licet filiæ eius fœminæ fuissent exclusæ per existentiā masculorũ; illis nihilominus, mortuis sine filijs masculis, fuissent admissæ ad hæreditatem abintestato. & si condito testamento, vti fecit, præterijsset filias, vel sine causa exhæredasset, potuissent dicere testamentũ nullum iuxta tex. §. aliud quousq; capitulum. in auth. vt cum de
19 app. cogno. Hinc resultat, ꝙ fœminæ connumerandæ sint in computatione huius legitimæ, de qua agimus. Nam regulam constituunt Doct. Quod qui admittit, seu admitti speratur ad partē aliquo iure actionis, restitutionis, reintegrationis, exceptionis, aut alterius æquitatis, is facit partē, & numerũ. l. Papinian⁹. §. quoniā autē quarta. & l. qui repudiantis. 2. respõso. ff. de inoff. test. l. huiusmodi. §. si titio. vbi pleniss. glos. & Bar. ff. de leg. 1. l. 1. §. si ex tribus. ff. de bon. poss. contr. tab.

Idque ampliatur non solũ si admitterentur ad totam partē, verum etsi ad aliquam etiā minimam; quia partem facerent, ac si totum haberent. ita Bal. in d. l. huiusmodi. §. si titio 1. nota Quod dixisse volui ad euitandā statuti dispositionem, dum in §. item declaratur; statuit, ꝙ fœminæ nõ possint in defectũ masculorum reintegrari ad hæreditatem, sed tantum ab eis peti possit legitimæ supplementũ: quod sat est, vt numerũ faciāt, ad effectum de quo agimus.

19 Tertiò, dato quod filiæ fęminæ Per Ill. D. testatricis nostræ vigore statuti essent exclusæ, & p mortuis reputarētur l. si meũ. §. si deportatus. ff. de bon. lib. l. 1. §. filium. ff. de contr. tab. Verũ cum fuerint per testatricem institutæ in re certa, & sic cognitæ; sequitur, quod non censeantur exclusæ à statuto; cũ statutũ excludat abintestato, & nos sumus

mus

mus in causa testati, eo quia fuerunt institutæ. & propterea non militat statutum. ita declarant Ang. Imo. & cęteri in d. l. gallus §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & postquam filiæ fuerunt cognitæ à testatricæ tanquã filiæ propter institutionẽ, faciũt partẽ masculis in cõputatione legitimæ. arg. notabili in l. plenam. § si coniũctim. ff. de leg. 1. & in d. l. huiusmodi. §. 1. ibique Din. & Bart. ff. eo. sic in specie Soc. cons. 75. nu. 5. & 6. lib. 3.

20 Et filiæ istæ exclusæ vigore statuti, cum per matrem fuerint in testamẽto cognitæ in aliqua re, reassumunt iura, & effectum suitatis in re illa: ideo faciunt numerum. Bal. in l. pater filium. col. pen. vers. vlterius quero. ff. de leg. 1. Castren. cons. 52. in 2. dub. & cons. 286. col. pen. & vlt. lib. 1. vbi determinat, ꝙ faciunt partem, & numerũ. & Castren. sequitur Corn. cons. 195. col. 2. & 3. lib. 1. Ruin. cons. 118. nu. 24. lib. 3. Paris. cons. 54. nu. 14. lib. 2. qui concedit, quod filia, quæ ꝓ aliqua quota fuit instituta hæres vnà cũ mascu'o, faciat partem; per ea, quæ scribit Soc. cõs. 150. col. 17. vers. postremo, & videatur sensisse, Decian. d. cons. 46. sub. nu. 29. lib. 3. & annuere videtur Peregrin. de fideicom. art. 38. num. 26.

21 Quartò ad fauorẽ masculorũ ponderandum erit, quod statutum exclusit fœminas à successione, masculorũ fauore: vti voluere Bart. & alij in l. qui exceptionẽ. ff. de cõd. indeb. doct. in l. venia. C. de in ius vocã. Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præter. ibiq; omnes. ergo non debet in odium masculorũ retorqueri. l. quod fauore. C. de ll. c. ꝙ ob gratiam. de reg. iur. in 6. Sed si filiæ non connumerarentur in numero filiorum, statutum esset eis damnosum, cum testatrix, quæ tenebatur relinquere filijs semissem pro legitima, hoc modo tantũmodo triẽtem relinquere cogeretur: ergo connumerari debent, ne sequatur hoc absurdum. ita Castren. cõs. 52. li. 1. Corn. cõs. 147. lib. 1. Ceph. d. cons. 245. nu. 25. & Decian. d. cons. 46. nu. 25. lib. 3.

22 Vnde Rub. Alex. cõs. 122. nu. 3. cõsiderato hoc fundamento, dixit, filias facere partem, & numerum prout magis expedit filijs masculis; & hanc Rub. opinionem, cum sæpe perpenderit Peregrin. multum ęquam, & rationabilem pronuntiauit d. art. 38. nu. 24. & dicit, per eam cessare quã plures amaritudines; quia, ea attẽta, onus parentum circa legitimam filiorũ, & filiarum nõ egreditur terminos iuris communis. item filij in portione legitimæ, eisdem iure cõmuni debitæ, nullum patiuntur detrimentum: immo eorũ portio impinguatur; & cum attentauerit hanc sententiã in fideicommisso q. D. Baptistæ à Biretino Paduæ, obtinuit, vt facerẽt nu-

numerum, & caussa fuit decisa per præstantissimos viros Menoch. Panzirol. & Discalcium. & attestatur, qualias tuendo iura substitutorũ obtinuit, filias fœminas exclusas non augere numerum. Quapropter secundum commodum, & vtilitatem masculorum fœminę facerent partem, vel non facerent, si Peregrin. stare vellimus; & assentit Ant. Gabr. com. opin. tit. de legitima conclus. 2. in fin. Hond. cons. 1. nu. 105. lib. 1.

23 Cumque inclusio masculorũ, & fœminarum exclusio inducatur ex eodem statuto, & eodem tẽpore, hinc exclusi portio cõsideratur, vt augeat partem, & portionẽ inclusi. Hanc regulã posuit Bar. quem omnes sequũtur in l. 1. §. Si pater. ff. de coniug. cum emen. lib. & illam pro decisione quæstionis nostræ in terminis terminantibus adduxit Decian. d. cons. 46. nu. 27. & seq. lib. 3.

Ex quibus respondendũ duxi, quod fœminæ exclusæ in casu isto ad tempus per statutum, & in aliqua parte institutæ per testatricem, & sic cognitæ, connumerari debeant in calculatione istius legitimę: nõ obstãtibus in contrariũ adductis, quæ re vera non obstant &

24 Primum itaque non obstat. Quia si statutũ Perusinũ, simpliciter excluderet fœminas vtiq; procederent, quæ in d. fundamento dicta fuere. sed postquã statutum vult, quod filiæ dotem habeant, illisque reseruat dotem; ideo nonnulli asseruerũt, quod faciãt partem, & numerũ, ac si totam portionẽ iure communi debitam haberent; quia reseruatio illa operatur, vt illarũ portio non omnino deficiat. ita Bal. & Imo. i d. l. Huiusmodi. §. Si Titio. ff. de leg. 1. qui loquuntur in terminis statuti nostri. idẽ Bal. i l. Vnica. sub nu. 20. C. Qñ nõ pet. & cõs. 60. & cons. 498. lib. 1. & cõs. 92. lib. 4. & voluere plures relati p Curt. Sen. cons. 5. qui hanc vti veriorem amplectitur: alios refert Brun. de stat. exclus. fœmin. art. 13. q. 3. num. 28. & seq.

Et pro ratione adducunt, qđ reseruatio à statuto subrogatur loco legitimę; de quo videbim' inferius. Et idcirco dicũt, quod faciunt partem; & numerum: & hoc Bal. dictum sequitur Aret. in d. l. Vnica, col. vlt. & in l. Placet. §. Si duobus. col. 5. ff. de leg. 1. sed hæc sententia ex communi reprobatur per Socin. iun. d. cons. 25. col. 2. Alci. cõs. 31. col. 2. lib. 9. Hiero. Gabr. cõs. 11. nu. 9. lib. 1. Peregrin. de fideicom. art. 38. sub num. 17.

25 Nonnulli verò dixere, quod filia exclusa aliquo reseruato, faciat partem, & numerum pro quanto capit dos reseruata; ita tamẽ, vt si dos sit supra portionem masculorum, siue sit infra, excessus ad ipsorum masculorũ beneficiũ cedat, & illorũ legitimam

mam impinguet; non autem hæreditatem ad commodũ hæredis. & hæc fuit opinio Bald. Castren. & Corn. in l. Si defunctus. C De suis, & legit. Roman. in d. l. Vnica. Cod. Quando non pet. Castren. consil. 197. lib. 1. Fabia. in rep. d. auth. nouissima. nu. 176. C. De inoff. test. Cuman. cons. 45. & cum hoc temperamento, ne computatio noceat masculo, transit Rub. Alex. cõs. 122. sub num. 3. & Brun. d. art. 13. q. 3. sub num. 25. & 26. & respondit Alcia. d. cons. 31. 2. dub. lib. 9. & communem dixit Paris. consil. 36. num. 26. lib. 2. Bellon. cons. 85. num. 15. Ceph. d. cons. 245. Eugen. cõs. 33. nu. 65. & seq. & cons. 35. num. 8. Boss. de malef. tit. de pub. bono. sub num. 2. & tanquam veriorem eam amplectitur Ang. Mathea. de via. & ratio iur. lib. 2. c. 18. Practica autem secundum hanc sententiam erit, vt dotes filiabus traditæ reponãtur in patrimonio, de quo computatis dotibus filiarum, filij masculi pro numero eorum computatis etiam fœminis detrahant pro legitima trientem, vel semissem dotibus in triẽte, vel semisse inclusis: dummodo, vt dictum fuit, dotes nõ excedant portionẽ iure communi pro legitima eis debita: quia excessus de corpore hæreditatis euelleretur, ne masculorũ portio in legitima diminuatur: quam practicam post Castren. Brun. & Soc. ponit Peregrin. de fideicom. d. art. 38. nu. 18. & secundum illam iudicauit Senatus Sabaudiæ teste Thesaur. decis. 159. nu. 58. & resoluit Rot. Rom. decis. 266. par. 1. diuersorum.

Quam sentẽtiam sequendo, non obstant adducta in cõtrariũ in primo fundamento, Quia cum filiæ fœminæ non simpliciter, & in perpetuum excludantur per statutum Perusinum, sed tẽporaliter, quousque extabant masculi, ob id non ammittunt iura suitatis, & non reputantur loco personarum extranearum: vti demonstrauimus in secũdo fundamẽto pro masculis facto.

26 Secũdum, de preiudicio parentum non obstat. Quia si cõsideremus quomodo ista legitima, & istæ dotes sint detrahendæ, & computandæ, nullũ damnum erit parẽtibus, vt ex superius dictis apparet. quibus addamus, quod dotes istæ debent extrahi tãquam æs alienum, & proprium patrimonium mulierum ex toto corpore hæreditatis, non tãtum ex semisse debito pro legitima. & hæc est verior, & magis communis opinio, quam tenuerũt Bald. Ang. & Cuman. in l. Papinian². §. Vnde si quis. ff. de inoff. test. per illũ tex. idẽ Ang. in §. Si de quarta. ea. l. Et Ang. & Imo. in l. Plane. §. Si duobus. ff. de leg. 1. vbi quoq; Ias. Bal. & Ang. in l. 1. §. 1. C. De cad. tollen. Roman. in l. 1. col. pen. C. Quando nõ pet. Castren.

ſtren. in l. Huiuſmodi. §. Si Titio. ff. de leg. 1. Bald. & alij in auth. nouiſsima. C. de inoff. teſt. Alex. conſil. 31. ad finem lib. 4. Corn. conſ. 197. lib. 1. Curt. Sen. conſil. 5. Rub. Alex. conſil. 122. Soc. conſ. 82. num. 30. lib. 4. vbi refert plura conſil. Ang. in quibus hoc ſentit, & ꝙ Anch. Salic. & Petrus de Corſin. conſuluerunt pro hac parte: & demũ refert Collegium Patauinum cõſuluiſſe pro hac opinione: dicẽs etiam, quod ipſe alias diſputãdo ſuſtinuit hãc ſententiam, & quod conſuluit pro ea, ſimul cũ ſuo preceptore Io. Bap. de S. Seuerino quod conſilium eſt impreſſum in eiuſdẽ. Soc. lect. poſt tit. de excep. & poſtremo dicit ipſe Soc. d. conſ. 82. ꝙ iſta concluſio indubitanter procedit, quando ſtatutum mandat fœminas dotari debere; vti facit ſtatutum Peruſinum. Hanc eandem ſententiam tenet, & communem dicit Corn. cõſ. 299. nu. 1. lib. 3. Dec. conſ. 299. nu. 4 & cũ ſit cõmunis, & vera illa, tenẽda erit ſecũdum Decian. d. cõſ. 46. nu. 37. lib. 3. Et in facto noſtro ſi legitima debita Per Ill. DD. filijs maſculis ſit ſemis, & ſic dimidia totius hęreditatis, deductis prius dotibus debitis, tanquam ære alieno, non infertur aliquod præiudicium, cum de reſiduo danda ſit portio ſua ſemiſsis ſingulis maſculis.

27 Nec propterea quod filiorũ numerum augeant fœminæ, parentibus præiudicãt, cũ id cauſetur legis diſpoſitione d. auth. Nouiſsima. iũncto tex. l. Gracchus. C. Ad l. Iul. de adult. cum ſimilib. Et illæ duæ læſiones tolerantur, cum à diuerſis fontibus proueniant. §. Sed ſi ab hoſtibus. inſtit. quib. mod. ius. patr. pot. ſol. Bart. in l. Si quis pro emptore. col. pen. verſ. deſting. ff. de vſuc. & ita huic cõtrario ſatisfecit Ceph. d. cõſ. 245. nu. 41.

28 Sed dato quod in aliquo præiudicaretur, hoc in conſequentiam, & ſecundariò fieret, & nõ principaliter, ideo non conſiderandum tale præiudicium l. Si quis nec cauſſam. ff. ſi cert. pet. l. Sed ſi quæcũque. in fin. ff. ad leg. aql. l. Qui iniurię. in prin. ff. de furt. l. Si quid fur. eo. tit. Iura nempe prohibentia pręiudicari tertio, intelligi debent modo principaliter, non ſecundariò, & in conſequentiam, vt pulchrè per Abb. conſ. 85. col. vlt. lib. 1. quem ſequitur Curt. iun. conſ. 1. nu. 21. & tali medio reſpondit huic fundamento Decian. in ſæpe citato conſil. 46. num. 41. lib. 3.

29 Tertiùm deſumptum ex authoritate multorum in contrariam partem allegatorũ facillimè remouetur. Quia ſi rectè inſpiciãtur, erunt potius diuerſi, quã contrarij, vt inquit Hip. Rim. cõſ 187. nu. 67. loquuntur, nempe in ſtatuto excludẽte perpetuò, & totaliter fęminas: quo caſu cũ habeãtur ꝓ extraneis,

& non

& non faciat partē, nō sūt cōsiderandæ in hac calculatione legitimæ, vti aduertit Hip. Rimin. d. 187. d. nu. 67. Sed statutū nostrum cū velit, vt dotentur, & in defectu masculorum illas reintegret ad supplementū legitimæ, propterea subintrant; & in suo robore stant, quæ diximus in secundo fundamēto, vbi cōprobauimus, non obstare, nec etiam statutum; & ex doctrinis tantorum patrū superius adductis satis demōstratū fuit, quod pars, quam sequimur est communior, & verior; ideo ab ea non recedendum.

30 Quartum in quo tota vis cōsistit, non refragatur. Nam resolutū est, quod in legitima est locus iuri accrescendi, prout contra Bart. in rep. l. Pater filiū. ff. de inoff. test. sequendo Din. concludit Bal. col. pen. qui inducit tex. in §. Cæterū in auth. vt cū de app. cogno. Et si caussa legitimæ, quæ honorabili titulo institutionis relinqui debet tota hæreditas ei accrescit, repudiante, aut nō valente hærede scripto adire, fortius ergo legitimę portio, portioni accrescet, cum in habētibus symbolum facilior sit transitus. idem Bal. in l. Plane. §. Si duobus, in 3. q. ff. de leg. 1. & in d. auth. nouissima. q. 7. C. de inoff. test. & in d. l. Vnica. q. 6. num. 20. C. Quando non pet. & in l. Vnica. §. In primo, nu. 11. C. De cad. toll. quibus in locis cōcludit, quod portio repudiātis, vel aliter exclusi, accrescit in legitima alteri coniuncto. ad quod etiam allegatur tex. pro casu. in l. Sine. §. Ex duobus, ff. de iure patr. & in l. Communi liberto. ff. de bon. libert. Sic latissimè concludunt Roman. & Aret. in d. l. Vnica. col. 2. & 3. C. Quando non pet. Castren. d. cons. 286. in 2. dub. lib. 1. Alex. Aret. & Ias. in d. l. Plane. §. Si duobus. nu. 22. ff. de leg. 1. Fabian. in repet. auth. Nouissima. nu. 179. & 180. C. De inoff. test. Rip. in l. Reconiuncti. num. 211. vbi de communi. ff. de leg. 3. Ceph. cons. 245. num. 48. Hip. Rimin. cons. 17. Hieron. Gabr. cons. 11. nu. 48. & cons. 94. num. 12. lib. 1. Eugen. cons. 33. nu. 68. & cōs. 35. nu. 5. quos omnes citauit Peregrin. de fideicom. d. art. 38. num. 5.

31 Sed resolutio istius difficultatis pendet ex eo, An dos reseruata succedat loco legitimę: sicuti aduertit Aret. in d. l. Plane. §. Si duobus. col. 4. ff. de leg. 1. Paris. cons. 73. num. 51. & seq. lib. 3. Nam quotiescūque reseruata sit loco legitimæ, vtique faceret partem, cum filia partē legitimę habeat. ita Corn. cons. 197. col. 3. lib. 1. Ruin. cons. 75. lib. 3. Thob. Noni. cons. 44. col. fin. & Hip. Rimin. d. consil. 187. num. 69.

32 In quo articulo Riccard. de Malumb. in quadam sua disputatione, tenuit dotē reseruatā succedere loco legitimæ. Sequnti

quati sunt Cyn. Bal. & Salyc. in l. sancimus. C. De nup. Io. Andr. in rub. de stat. Monoch. in versic. Scire debes. Albert. in 2. par. statut. q. 104. & in l. Quoniã in prioribus. C. De inoff. test. Castren. consil. 265. lib. 1. qui affirmat, q de dote reseruata reijcitur omne grauamen, prout de legitima. Idem Castren. consil. 43. in fin. lib. 2. Corn. conf. 162. per tot. lib. 2. & conf. 110. nu. 5. lib. 3. Lud. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. c. 15. nu. 11. Et sicut per generalem renũciationem nõ dicitur renunciatũ legitimæ. l. Si quãdo. §. Et generaliter. C. De inoff. test. ita pari modo, nec doti reseruatæ, Sic Castren. ubi proximè. prosequitur Dec. conf. 106. col. 1. & fuit de mente Alex. conf. 131. lib. 1. conf. 82. in fin. lib. 4. Aret. in d. l. Planè. §. Si duobus. col. 5. ff. de leg. 1. Ceph. cõf. pluries citato. 245. nu. 31. & 38. Brun. de stat. exclus. fœmin. art. 11. in 2. q. nu. 7. & Matheat. de via & ratio. iur. lib. 2. c. 23. Couar. de spon. par. 2. c. 8. §. 6. nu. 15. post, Gregor. Roder. & alios Hispanos, dicit q ubi lex municipalis, masculorũ fauore, aut primogeniti, excludit fœminã, aut secũdo genitũ, reseruata dote; aut alimentis, quin hęc in locũ legitimæ subrogata censentur, idcirco in proprietate debentur, & non cessant per mortem illius, cui debẽtur; sequitur Molin. de primogen. d. lib. 2. c. 15. nu. 10. Ias. conf. 69. in fin. lib. 1. Alciat. de præsump. reg. 1. præsump. 26. nu. 4. Tiraq. in l. Si vnquã in iur. susceperit liberos. num. 112. C. De reuoc. donat. Menoch. conf. 3. nu. 12. Becci. consil. 112. nu. 9. Surd. conf. 291. nu. 20.

33 Et sicuti pro legitima, & eius supplemento debentur fructus à die mortis patris; ita pariter pro dote, & eius supplemento. Alex. conf. 69. col. 1. lib. 1. Ruin. cõs. 26. nu. 22. lib. 3. Soc. cõs. 57. nu. 39. li. 4. Menoc. cõs. 8. nu. 21.

Et licet articulus iste sit cõtrouersus, & Pereg. d. art. 38. nu. 21. cõtrarium defendere conet; tñ nu. 26. cõcludit, q quãdo filia est cognita in testamẽto patris; & tanq̃ hæres instituta in aliqua re; tunc reassumit iura suitatis, & eius effect⁹ in illa re; & ppterea nõ est habẽda p extranea, nec p exhęredata, & sic vuult facere partẽ, & numerũ.

Cõcludam⁹ itaq; in casu isto, q Per Ill. filiæ testatricis nostræ faciant partẽ ad augẽdũ numerũ, vt legitima Per Ill. filiorũ masculorum sit semis, cum temperamẽto, de quo supra, quod dotes deducãtur de tota hereditate, tanq̃ æs alienũ, & postea dimidia sit p legitima masculorũ.

34 Sed cũ Per Ill. DD. Iulius Cęsar, Ludouicus, Io. Baptista, & Scipio fuerint filij Per Illust. D. Camillæ testatricis, & grauati sint per fideicommissum cõditionale restituere hæreditatem R. Monast. S. Petri, & Venerabili

Hospitali S. Mariæ de Misericordia de Perusia, detrahere debēt duas quartas legitimã scilicet, & Trebellianicã. c. Raynutius. & c. Raynaldus de test. & Bar. in l. Papinianus. §. Meminisse, sub num.4.ff.de inoff.test.dicit, quod ita seruatur. quod etiam repetit in l. Quãquam. C. Ad l. Falcid. vbi Bal.ait & ipse ita de consuetudine seruari. Ang.in l. Cohæredi. §.Cũ filiæ.ff.de vulg. asserens, ita frequentari in iudicijs,& in scholis.& in l.In ratione.§.Quod vulgo.ff.ad l.Falcid.dicit hãc communem. prosequitur Alex. conf.250. lib. 6. & prius dixerat cons.26.col.fin. lib.1.& cons.43.in fin.& consil. 142.2.dub. lib.2. & hæc est cõmunior, & ab omnibus recepta sententia, vt firmat Becci cons. 23.nu.1. Mich. Grass. de success. tit.de Trebell.q.4.num.1. Thesaur.decis.252.in prin.

35 Qua propter videndum erit, postquam semissem esse legitimam filiorũ masculorũ asseruimus, nũquid aliã quartã ꝓ Trebellianica detrahere debeant.

Quæstio est difficilis: vnde Aym.cõs.50. irresolutus remãsit,& Stracch. in addit.ibi, cogitandum reliquit, dicens esse nouum,& difficilem articulum. de quo pariter dubitauit Ranch.in l. Hæredes mei. §.Cũ ita. nu.815.ff.ad Trebell.

36 Et quod quarta Trebellianicæ non sit detrahenda, respondit Bal.cons.94. & cõs.260.lib. 2.addentes ad Alex.cons.3.lib. 7.Dec.cons.228.circa fin. Curti. sen.cons.75.num.4. Couar.in c. Raynaldus.§.11.nu.9.& ab auctoritate Bal.non ausus fuit recedere Aym.d. cons.50. Padill. in auth.Res quæ.nu.4. C.Com. de lega. Panci rol.cõs.65.nu.14. & cons.124. nu.21. Matheat.de via,& ratio iur.lib.2.c.25.num. 35. Mouet Bal. satis viua ratione, qa alias honoratus remaneret grauat', & grauat' verè honorat' diceret, cũ plus de toto haberet grauatus, q̃ honorat'.

37 Et Thesaur.decis.252.sub nu. 3.addidit, q cũ legitima filiorũ esset quarta pars eius portionis, quæ abintestato contingebat l.Parẽtibus.C.De inoff.test. & ex speciali priuilegio filiorũ fuerit ad trientem, & aliquãdo ad semissem reducta.d.auth.Nouissima; non debet tale priuilegiũ damno fideicõmissarij cedere, cũ priuilegia nõ sint amplianda.ex quibus cum quæstio in facti cõtingẽtia Thesaur.decidenda contigisset, multũ dubitabat,& Bal. opinionem fundamento non carere affirmat.

38 Contrarium verò, quod Trebellianica à filio grauato cõditionali fideicommisso detrahẽdã sit, etiam quãdo legitima est semis ob filiorum numerum, cõprobarũt eorũ dictis. Bart. cõs. 22.num.2.& seq.vbi concludit, cũ fideicõmissum esset cõditionale,& filij quinq; , deducendã esse in primis legitimã quæ est semis

semis, & de residuo faciēdas esse quatuor partes, & vnam pro Trebellianica filio grauato dādam. hoc idem expressè voluit Ang.cons.287.vers.2.Premitto. & vers.5.Præmitto. Bal.ibi parū constans consil.101. lib.2. & in l.Iubemus. col.2. vers. Sed licet ista. C. ad Trebell. quo in loco reliquit, qđ si filius est sub conditione grauatus, statim legitimam detrahit de toto asse, quæ est triens, vel semis secundū numerum liberorum; & ista est prima deductio, quæ fit à lege: deinde conditione fideicommissi existente detrahitur Trebellianica de residuo corpore hæreditatis. vnde clarè Bal. sentit deducendam Trebellianicam, etiā quando legitima est semis. Idem apertè dixit Cur. sen. cōs. 51.nu.25.& cons.75.nu.4.prosequitur Alex.d.cons.3.nu.2. lib. 7. vbi agens de legitima per statutum aucta ad semissem, cōcludit, eam primo loco detrahendam, & demum fideicommissi conditione adueniente Trebellianicam quoque deducēdam. Et mirū, quod Aym. pro se adduxerit consilium hoc Alex. cū de directo sit cōtrariū. Mādell. de Alb.cons.41. 2.dub.cōs.147. nu.2.vbi respondit Bal. d. cons. 94. quia legitima deducitur vt æs alienum, & Trebellianica vti quarta pars fideicommissi, quæ non includitur in legitima, & Trebellianica, detrahitur vt lucrum. §. Sed quia hæredes. Instit.de fideic. hæred. & latè per glos.in d.c.Raynuti'.in ver.Legitima.de test. Bec. plenè cons. 23. per tot. & fuit de mente gl. in §.Si quis autem.auth. de hæred. & Falcid. Pic. in l.In quartam.col.fin.ff.ad Trebell.Cugn. in l. Papinianus. §. Meminisse. num.19.ff.de inoff.test.Marzar. de fideicom.q.51. Caualcan. in tract.de vsufr.mulier. relict. fol. 274.Eman.Cost.in c.Si pater.in iur.absque deductione.nu.109. de test.lib.6.& magis cōmunem pronunciat Cucch.de legit.seu magis. in rep. auth.Nouissima. sub Rub.de legitima,& Trebellianica, an quādo semis. exced. nu.2.& ab hac tanquā à cōmuni recedendum non esse scribit Grass.de success. §.Trebellianica.q.4.nu.2.& magis communē esse comprobat Petr. à Petr. de fideic.q.15.nu.211. Ceph.cons. 506.in fi.Decian. cons.106.li.1. Hip.Rimin.cōs.227 n.19.Euge. cons.11.nu.9.Berett. cons.122. nu.4. Rot. Auenion.decis.147. & ita se iudicasse dicit Thess. d. decis.252.& sic practicatum vidisse testatur Peregr. de fideic. art.3.nu.56.

39 Verū cū Per Ill.testatrix in testamēto, in quo versamur, mādauerit pleno iure, & sine aliqua diminutione restitui dictis locis pijs in defectū lineæ masculinæ, & fœmininæ suorū filiorū; cumq; verba illa, sine aliqua diminutione, absq; dubio de necessitate importēt prohibitio-

nem Trebellianicæ, ꝓ vt de cõi citatis multis scribit Pergr. d. art. 3. nu. 89. Quapp solũmodo legitimę detractioni locus erit.

Nec dicat, ꝙ filijs Trebellianica, nec ẽt expssè ꝓhiberi possit, secũdũ cõmunẽ, de qua ipse Peregr. d. art. 3. num. 168. & seq.

40 Respõdetur nẽpè id nõ procedere quotiescũque filij detrahũt duas quartas, vt in casu nostro; nã tũc benè prohiberi potest Trebellianica, ita Dec. cõs. 136. col. 4. & cons. 480. col. pen. Ias. in auth. Res quæ. col. 5. vers. Secundò limita. C. Com. de leg. Roman. sing. 192. Alex. cons. 29. nu. 3. lib. 5. & cõs. 250. lib. 6. Mãdell. de Alb. cons. 7. nu. 6. consil. 200. nu. 12. cons. 147. nu. 10. cõs. 312. nu. 21. & cõs. 708. nu. 3. vbi Vincent. Anib. in addit.

41 Et Peregr. d. art. 3. nu. 113. limit. ꝓpositionẽ, ꝙ Trebellianica filijs prohiberi nequeat, vt ꝓcedat tantũmodo in ea portione, in qua fuerunt instituti. sed si duo, vel plures sint filij, & vnꝰ alteri substitutus, potest quidem in hac portione grauari, vt nõ detrahat Trebellianicã.

Quapropter cõcludẽdũ erit, quod Per Ill. D. filij tãtum legitimã habere debeant; postquã detractio Trebellianicę illis ꝓhibita per dictã clausulã pleno iure, & sine aliqua diminutione.

Restat modo videre, an p assertionẽ Per Ill. D. testatricis ꝓbetur, ꝙ scuta bis mille auri in auro remanserint in hæreditate, ita & taliter, ꝙ hæredes Per Ill. & Reu. D. Io. Baptistæ à Cornea, per cuius obitũ factus fuit locus fideicõmisso, teneanť illa restituere, deductis deducẽdis.

42 Et resolutiuè decidendũ duxi, ꝙ cum Per Ill. filij testatricis nullo cõfecto inuẽtario hæreditatem maternam adiuerint, nõ possũt de pſenti dicere, ꝙ scuta ista bis mille plegata, in hæreditate nõ fuerit; quia cũ testatrix id asseruerit, esse illam, redarguere de mẽdacio: ꝙ fieri ꝓhibetur ad tradita p Iosef. Laud. conclus. suis 16. illat. 22. & 56. & 82. in 1. ampliat. q plena manu scribit, hæredẽ dicere minimè posse testatorẽ fuisse mentitũ, sed seruare tenetur ꝙ voce, vel scriptis asseruit testator, de quo satis disseruimus in decis. nostris huius Fori Epalis. decis. 14. sub nu. 16. Et sibi ipsis imputent, ꝙ nõ cõfecto inuẽtario hęreditatẽ adiuere; nam lex fingit tãtũ esse in hæreditate, quantũ in onere, quo grauatur hæres; postq̃ nõ cõfecto inuẽtario adiuerũt, vt volũt oẽs in l. Vlt. §. In cõputatione. C. De iure delib. & clare firmat Ruin. cõsil. 42. nu. 3. lib. 5. & diximꝰ in d. decis. nostris decis. 9. num. 54.

43 Et quatenꝰ ex assertione ista testatricis nõ plenè cõstaret de scutis istis plegatis, & fideicõmisso subiectis; attamẽ cũ hęredes instituti nõ confecerint inuentarium, vti tenebantur de iure, p ea, q̃ scripserũt Bar. Bal. Imo. & Castren. in l. Cũ tale. §. Titiꝰ. ff. de cõd. & demõstrat. idẽ


Bal.

Bal. in l. Filium quem habentē in vlt. ver. C. Fam. ercis. Ruin. conf. 159. num. 25. lib. 3. Ceph. conf. 296. in vlt. col. Soc. consil. 51 lib. 3. Guid. Pap. decis. 351. Marzar. de fideicom. q. 54.

Ideo nōnulli dixere deferēdum esse fideicommissario iuramentū in litē, sicuti defertur pupillo aduersus tutorem, qui inuentarium bonorum cōficere omiserit. ad l. Tutor, qui repertorium: in prin. ff. de ad. tuto. per quæ iura, ita censuit Plot. in rep. l. Si quā §. 26. nu. 2. C. vn. vi. Ceph. d. conf. 392. nu. 14. Corn. conf. 96. num. 5. lib. 3. Roland. conf. 72. n. 50. lib. 2. preuia tamē iudicis taxatione, ne in immēsum iuretur. ad l. Fin. §. Si quis autem temerario C. De iur. delib. cuius dicti ratio assignatur, quia hęrede grauato per fideicommissum vniuersale, videtur ꝙ dolus, & culpa obijci posſit, cur inuentarium nō cōfecerit, dato quod hæres sit de liberis, vti respondit Paris. cōs. 126. col. pen. lib. 1. & consil. 93. col. pen. lib. 2. Ceph. d. cōs. 392. nu. 15. quorum sententia quanquam non placeat Peregrin. de fideicom. art. 35. sub num. 27. posset tamē, vt ipsemet subiungit, iudex ex varijs circumstantijs informare votum animi sui, & arbitrari bonorum quātitatem. & Hier. Gabr. in proposito conf. 121. nu. 53. lib. 1. respōdit æquum esse propter aliquā pręsumptionem, quæ est contra nō conficientem inuentariū, vt fideicōmissarij in eo releuentur, vt fides haberi debeat quo ad mobilia, quæ surripi posſunt eorum probationibus, licet nō ita plenis. arg. in l. Fin. C. de in lit. iur. vbi cauetur, quod cōtra hęredes sufficiunt indicia; & sic minor quarta probatio, & fuit opinio Roman. conf. 197. Alcia. conf. 48. num. 9. lib. 3. Corn. in l. Fin. §. Si verò postquam. C. de iur. delib.

Cum verò in testamento, de quo quæritur, testatrix dispoſuerit, quod emerētur pro filijs cēsus, seu officia pro scutis bis mille auri in auro, de pecunijs suis, quas habere affirmauit diuersis locis, dicendum videbatur, quod non posſit refragari in dubium, si dictæ pecuniæ re vera extarent, cum, vt diximus, esset redarguere de mendacio testatricem, quod nō licere demonstrauimus. Vlterius cū Per Ill. Testatrix esset valde diues, & magnū haberet patrimoniū, præsumendum de facile erit, ꝙ pecunias istas haberet: & propterea concludo, quod ista scuta restituenda sint cum cæteris bonis fideicōmissarijs, detracta tamen legitima, sicuti de alijs bonis hęreditarijs: & ita iudicandum esse dicebam: tamen causa ista fuit concordata. Laus Deo.

Alex. Ambros. Vic. Generalis.



E anno 1525. fuerunt vẽdita nonnulla prędia cum pacto redimendi quandocunque, & quotiescũque venditori placuerit, & in fine instrumenti fuit iuratum, omnia in eo contenta fuisse, & esse vera, attendere, & obseruare in forma, & vsque ad præsentẽ annũ 1610. nunquam instatum fuit pro redemptione: modo hæredes venditoris instãt, vt eodem pretio retrouendantur. Replicabatur ab hæredibus emptoris, facultatem redimendi esse præscriptã ob lapsum tanti temporis. Fuit dubitatum, an stante pacto redimendi quandocũque, & quotiescunque, hoc ius præscriptũ fuerit ob cursũ triginta, & quadraginta annorum.

SVMMARIVM.

1 *Actiones præscriptis verbis, vel ex uendito, perpetuò competere, quod declaratur num. 12.*

2 *Dictio, quandocunque, perpetuat actionem, & cõnumerantur doct. hanc sententiam tenentes; sed declaratur nu. 12. & 14.*

3 *Iuramentum impedit præscriptionem; & sufficere iuramentum illud apponi solitum in fine instrumentorum. Cuius contrariũ distinguendo demonstratur nu. 15. & 16.*

4 *Præscribi nequeunt, quæ sunt facultatis; sed, quomodo procedat, enucleatur nu. 17. & 18.*

5 *Poßeßor malæ fidei non præscribit. Et mala fide poßidere is dicitur, qui immemor suæ promißionis, & obligationis poßidet.*

6 *Actio omnis tollitur præscriptione quadragenaria.*

7 *Præscriptionis quadragenariæ causa fuit, ne dominia rerum semper in incerto starent; quod abhorrent leges, sicuti etiam ad tollendam immortalitatẽ litiũ.*

8 *Quod expresè prohibetur fieri multo minus tacitè.*

9 *Præscriptio trigenaria non potest expresè prohiberi, & multo minus tacitè per dictionem, quandocunque.*

10 *Facultas concessa posteriori creditori, ut offerat primo, non differt à facultate redimendi rem alienatam.*

11 *Facultas concessa posteriori, offerendi primo creditori, præscribitur spatio triginta annorum.*

12 *Facultas redimendi quãdocunque præscribitur spatio triginta annorum, & connumerantur Doctores hanc sententiã sectantes.*

13 *Actio ad dotẽ recuperandam perpetua.*

Quæ nihilominus spatio triginta annorum præscribitur.

14 *Perpetuitas redimendi includitur spatio triginta, vel ad summum quadraginta annorum.*

15 *Iuramentum in contractu appositum quando impediat præscriptionem latè demonstratur.*

16 *Iuramentum in contractu appositum impedit trigenariã, sed non quadragenariam præscriptionem.*

17 Fa-

17 *Facultati quomodo præscribatur, ostenditur.*
18 *Facultas, quando prouenit ex contractu currit præscriptio contra eam.*
19 *Mala fides non præsumitur regulariter, sed bona.*
20 *Emens cum pacto redimendi in nihilo tenetur: ideo non peccat nõ retrouendendo inrequisitus, & propterea præscribit.*
21 *Mala fides præsumpta purgatur lapsu triginta annorum; post quod tempus allegari non potest.*
22 *Hæredes emptoris cum pacto redimendi possunt præscribere; dato quod emptor fuisset in mala fide; quæ eis non nocet, quando nõ vtuntur accessione auctoris.*

De pacto retrouendendi quandocũque, & quotiescunque placuerit venditori, an præscribatur spatio triginta, vel quadraginta annorum.

Diuino inuocato suffragio.

CVm in instrumento coram nobis producto conuentũ legatur, quod liceat venditori, quandocunque, & quotiescunque sibi placuerit redimere p̃dia, de quibus agitur; grauis est inter nostrates controuersia, an redimere volẽti obstet pręscriptio triginta annorum: & non obstare prætendebant patrocinantes pro hæredibus venditoris, & mouebantur.

1 Primò per text. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. vbi expressè constitutum extitit, actionẽ præscriptis verbis, vel ex vendito perpetuò competere absque pręfixione alicuius termini aduersus emptorem, vt retrouendat ex illa dictione, quandocunque, quæ perpetuam actionem dari significat: quod respõsum considerauit in hoc proposito Bal. in sua Margarita in uer. pręscriptio, & perpendunt Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. nume. 17. Fabian. de mont. de empt. & vendit. in 3. q. prin. nu. 25. & Ceph. cõs. 40. nu. 5. Hiero. Gabr. consil. 144. per tot lib. 2.

2 Cui sentẽtiæ adhærent Crot. in l. 1. nu. 50. ff sol. matr. & in l. Nemo potest. ibid; Seyssell. in fi. ff. de leg. 1. & voluit Alciat. in l. Petens. in 1. glos. in fin. & ibidem Purpur. nu. 40. C. De pact. qui dicit, hanc opinionẽ æquiorem, & conscientiæ aptiorem; quam opinionem, vti æquissimam, esse in practica tenẽdam dixit Ignac. in l. In cognitione. num. 76. cum multis seq. vsque ad 173. ff. ad Sillan. Mars. ĩ Rub. de fideiuss. nu. 118. Bal. & Ang. in l. Quod si nolit. §. Si quid ita. ff. de edi. edict. vbi dicunt, quod si huiusmodi alienationi apponatur verbum, quandocunque, non currit præscriptio legalis, nec statutaria: quod etiam dixit Ant. de Petr. in l. 1. num. 218. ff. de iureinran. prout etiã, idem voluere Ang & Imol. in l. 1. ff. de vsucap. & pariter Ang. in l. Cum sti-

stipulatus sim mihi à proculo. ff.de iur.oblig. Bal.in d.Margarita in Iur.præscriptio. in prin. vbi scribit, præscriptionem non procedere aduersus illum, qui ex pacto potest quandocunque agere. Fabian. de mōt.de empt. & vend.d.q.3. 7.q.prin. nu. 25. vbi per plura, contrariam opinionē impugnat,& hanc tenet; prout etiā facit Barbat. omninò videndus conf.51.num.7.vsque ad 12.lib.1.qui num.9. in fi. dicit, ita fuisse consultum ab Excellentissimis Iurisperitis, & se quoque ita pro veritate cōsuluisse apud Marchiam. & in cōs. 22.num.21.lib.4. dicit,ita fuisse pariter consultum in Terra Fabriani per solēnes Doctores. Cœpol.caut.68.num.50. Ruin. consil.111.nu.6.& 7.lib.1. Cassan.conf.11.num.26.& in Consuet. Burgund. tit. dens.retens. §.1.nu.8.& citat eiusdem opinionis Ricard.Bal. & Salyc.Fulgos.consil.11.nu.13.Nauar. de vsur.glos.14.num.96.& latè Tiraq.de retract.conuent. §.1.gl. 2.num.15. cum multis seq. vbi quam plurimis auctoritatibus, ac verissimis fundamentis, & rationibus hanc sententiā exornat, & verissimam dicit, ac defendit: quibus addendus erit Fachin.controuer. iur.lib.2.ca. 13. Ex quibus viginti doctoribus,qui hanc partem sequūtur, communem sententiā esse prætenditur; quod stante facultate concessa redimendi quādocunque spatio triginta annorū non præscribatur.

3 Secundò dicebatur. Quod in instrumento vēditionis fuit appositum iuramentum, cuius virtute præscriptioni triginta annorum dicitur renunciatum, & sufficere illud, quod in fine instrumenti apponi solet, contendebatur per ea,quæ scripta reliquit Cagnol.in l.2. C.de pact. int. empt.& vendit.nu.68.in fi. & num.88. in fi.Alex. in l. Cùm stipulatus sim mihi à proculo. ff.de ver.oblig.& in l.4.§.Quæsitum.in fin. ff.si quis caut. Roman.in l.1.versic. Et adde.ff.de vsucap. vbi inquit esse optimā cautelam ad impediendū præscriptionem, prout idem voluit Ias.in §. De constit. vers.Et adde vnum.instit. de actio. Felyn. in cap.Si diligenti.col.5.de for. compet.Boer.decis.211. nu.19. Brun.conf.38.col. penult. Alex. in d. l.Nemo potest. & ibi Rip. nume.111. & Aquens. in fi.ff.de leg.1. Balb. de præscript. in 5. par.5.part. princ. quæst.6. cum alijs adductis per Rolan. cons. 25.num.3. lib.2. vbi de magis communi.

4 Tertiò considerari potest. Quod in instrumēto præfato in facultate vendentis remissum fuerit quandocunque sibi placuerit redimere, restituto pretio. Hinc resultat, quod præscriptioni non sit locus; resolutum nempe est, quod ea, quæ sunt facultatis impræscriptibilia

lia sunt doct. magis communiter, per l. Viam publicam. ff. de via pub. vbi Bart. & Ioan. de Aren. iterum Bar. in l. Notissimi. §. Sed cum illud. C. De præscrip. 30. vel 40. anno. Io. Andr. Io. de Lign. Gemin. & Franc. in c. fin. de consuet. in 6. Castren. in rub. num. 1. ff. de acq. hæred. Ruin. cons. 28. nu. 10. & seq. lib. 1. Capic. decis. 134. nu. 3. & seq. cum alijs allegatis per Ant. Gabr. com. opin. tit. de præscrip. conclus. 10. in prin. & nu. 7. vbi de communi testatur etiam, ꝙ tempus immemorabili defluxerit.

5 Quartò volebāt hæredes vēditoris, ꝙ hȩredibus emptoris noceret mala fides; quia scientes, quod quandocūque retrouendere tenebātur, dicūtur in mala fide si immemores ꝓmissionis, & obligationis suorum antecessorum, retinere rē alienam cōtendant. quod probatur in c. vlt. de præscrip. in c. Si virgo. 34. quæst. 3. & tradit Bar. in l. Celsus. nu. 18. ff. de vsucap. Conar. in reg. possess. malæ fidei. §. 11. sub nu. 3. Ceph. cons. 316. nu. 17. Fach. cōtrou. iur. lib. 2. c. 13. sub littera B. Quapropter impediuntur præscribere quolibet cursu tēporis vulgata reg. possess. de reg. iur. in 6.

His tamen non obstantibus in contrariam deueni sentētiā; scilicet quod facultas per pactū redimendi quandocunque, & quotiescunque cōcessa, præscribatur spatio triginta, vel quadraginta annorū. & ad ita decidendum me induxerūt infrascipta.

6 Primò. Quia tam iure ciuili, quàm canonico omnes actiones tollūtur pręscriptione quadragenaria: vt probatur, in l. Sicut. & in l. Omnes. C. De præscrip. 30. vel 40. anno. in auth. quas actiones. C. De Sacro. Eccles. in c. Ad aures. & ī c. Illud, & in c. Quia indicante, de præscrip. in c. Placuit. il 1. & in cap. Post quingentos. 16. quæst. 3. in quibus iuribus ponderātur dictiones vniuersales qualēcūq; actionem tollentes, & maximè in c. Ad aures. vbi omnis prorsus excluditur actio. quæ verba ponderauit Ruin. cons. 103. nu. 7. lib. 5. & faciunt dicta per Iason. consil. 115. num. 27. lib. 4. Aym. cons. 234. & Roland. consil. 72. nu. 20. lib. 2.

7 Quod rationabili caussa introductū fuisse videtur, ne dominia rerū semper incerto starent; quod abhorrent leges. l. 1. ff. de vsucap. §. 1. instit. eo. l. Cū notissimi. C. De pręscrip. 30. vel 40. anno.

Ac etiam quia litiū immortalitates tollerentur. l. Fin. vbi glos. in uer. Finis. ff. pro suo. Cū vero de anno 1525. alienata fuerint ꝓdia de quibus agimus, vnde nō solū triginta, & quadraginta, verū, & octuagīta & quinque anni effluxerūt: & ꝓpterea dicendum videbatur, ꝙ ex hac

præ-

præscriptione tã longæua redderentur omnino tuti possessores istorum prediorum, per tradita latissimè à Soc. iun. cõs. 76. nu. 102. lib. 2. Menoch. cõs. 701. num. 93. & Tiraq. de retract. cõsarg. §. 35. glos. 4. nu. 36.

8 Secũdò quod præscripta fuerit hæc facultas facere potest. Quod expresse fieri prohibetur, nec etiam tacitè à fortiori fieri permissum est, eo quia voluntas, & cõsensus expressus est fortior & potentior tacito. l. Si ex pluribus. ff. de suis & legit. l. 2. §. Pen. ff. de bonor. possess. secundum tab. & clare scribunt. Bal. i l. Si arrogator. col. 4. vers. Sed contra oppono. ff. de adop. Aret. in l. Si ita quis. §. Ea lege. colum. 3. vers. Dixit etiam. ff. de ver. oblig. hoc argumẽto vtitur Menoch. cons. 143. num. 22.

9 Verum cum per expressam prohibitionem nõ possit tolli, atq; extingui præscriptio triginta annorum.

Ergo à fortiori nec extingui potest per hanc prohibitionem tacitam inductam ex verbo quotiescunq; vel quãdocũque.

Quod autem expresse præscriptio trigenaria tolli nequeat, comprobarunt Bar. Bal. Comm. Aret. Alex. Abb. Card. Alex. Ang. Aret. Balb. Felyn. quos recẽset Tiraq. de retract. conuent. §. 1. Glos. 2. nu. 13. & responderunt consulti Soc. iun. cons. 145. lib. 1. & Roland. cons. 21. nu. 38. lib. 2. & firmauit Rot. coram Illustriss. Pamphilio in decis. registratis post præsentẽ in prin. Nec repugnare affirmat Menoch. vbi proximè: q. scribit Tiraq. præcitato loco aduersus Bar. & citatos, esse magis communem. Quinimò ex receptioribus Rip. in l. Nemo potest. nu. 104. & 105. ff. de leg. 1. attestatur, communem esse cum Bar. & Paris. nu. 23. & Bero. num 69. in rub. de præscrip. affirmãt pariter, hanc esse communem, & subiungit Menoch. vbi supra, q ex his nemo est, qui asserat magis communem esse cõtra Bart.

10 Tertiò ad decisionẽ prepositæ quæstionis facere, visum fuit, quod nulla differẽtia probabilis afferri potest inter facultatẽ concessam posteriori creditori, vt offerat primo, & inter facultatem, quæ conceditur venditori, vt redimat rem alienatam, cum pacto retrouẽdendi, sicuti in specie aduertit Bal. in l. Cum notissimi. in prin. nu. 14. C. De præscrip. 30. vel 40. anno.

11 Sed sic est, quod facultas ita offerẽdi præscribitur cursu triginta annorum per tex. d. l. Cũ notissimi. §. Sed si quis. & huius pronunciati veritatem eorum auctoritate comprobarũt. glos. in l. Rem. §. Communis. in glos. 1. ff. de pigno. actio. & in d. l. Cũ notissimi. §. Eodem iure, & in l. Pignori. in prin. ff. de vsucap. vbi Ang. Imo. & Roman. Ang. consil. 55. col. 1. Odofred. in l. Nec creditores nu. 3. C. De pigno.

gno Bal. in d. l. Cum notissimi, & in c. 1. in prin. nu. 5. de feud. dat. in vim. leg. commisso. & in c. Pastoralis. col. 1. de off. ord. Corn. consil. 305. col pen. lib. 3. Alber. in l. Licet. C. De iur. deliberan. Io. Fab. in d. l. Cum notissimi. col. 2. Io. Montalon. in promptuar. iur. in ver. emere. Castren. cons. 220. num. 1. lib. 2. Roman. in l. Quam diu. la 1. nu. 2. ff. de acq. hæred. Franc. Aret. in l. 2. num. 2. ff. de acq. hæred. Ang. Aret. in §. Actionum. num. 54. instit. de actio. Alex. in l. Si finita. §. Iulianus. num. 64. ff. de dam. infect. Balb. de præscrip. in 4. part. 5. part. prin. q. 2. Iaf. in l. Quam diu. nu. 4. C. qui admitt. & in l. Si mater. infi. C. De instit. & substit. Ruin. conf. 61. col. vlt. lib. 1. Dec. conf. 164. col. 2. Rip. in rub. ff. de pigno. num. 14. vbi communem esse testatur, & in l. vlt. nu. 185. C. De reuocan. donat. Soc. iun. d. conf. 145. nu. 38. lib. 1. Man. consil. 195. num. 8. & conf. 34. lib. 1. Negu. de pigno. in 5. part. prin. in 3. memb. num. 52. Aym. de antiq. in 4. part. prin. nu. 35. & 37. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 9. num. 3. Panciro. cōs. 23. nu. 11. & copiosè Vegg. conf. 33. & Mattheus Nereaberius Germanus conf. 2. num. 49. prosequitur Menoch. his omnibus citatis. conf. 201. nu. 83.

Hinc decidendum putaui, quod ex cursu tanti tēporis hæredes isti venditoris amiserint hanc facultatem redimendi quādocūque, eis reseruatā in istrumēto venditionis.

12 Quartò recepta magis doctorum sententia videtur, quod huic iuri, & facultati redimēdi quandocunque, & quotiescunque placuerit ipsi vēditori, pręscribatur spatio triginta, vel ad summum quadraginta annorū. & huius opinionis citantur infrascripti ex nostratib' magnæ auctoritatis.

1 Bal. antesignamus huius sententiæ fuit conf. 303. lib. 1.
2 Ang. conf. 55. nu. 3. qui dixit, ēt procedere si pactū esset iuratum, & expresfè dictum, quod posfit semper venditor retrahere, non obstante quacūque temporis præscriptione.
3 Signorell. conf. 139. num. 3. & 4.
4 Anch. conf. 131. col. 2.
5 Castren conf. 430. in prin. lib. 2.
6 Crott. conf. 61. nu. 32. lib. 1.
7 Ruin. cōs. 167. nu. 15. & 16. lib. 1.
8 Bertrand. consil. 181. col. 2. vers. sed vbi lib. 3.
9 Rube. conf. 12. nu. 75.
10 Zasi. conf. 12. nu. 75. & 78. lib. 1. qui loquitur de feudo antiquo alienato cum pacto redimendi quandocunque.
11 Soc. iun. cōs. 145. nu. 63. & 65. li. 1. qui copiosè & diligenter hanc partem tuetur.
12 Hieron. Scurph. conf. 41. num. 8. & conf. 70.
13 Alciat. respons. 403. secūdū impresfionē Lugdunen. antiquā. quo in loco manifestè dixit cōtrariā opinionē non esse verā.

14 Aym.

14 Aym.conf.52.num.9. & consil. 732.num.15. & de antiq. in 4. part prin.in ea part.quæ incipit.Circa præmissa.nu.35.
15 Petr.Ant.Angusol.cōs.31. li.2.
16 Roland.conf.21.nu.43.lib.2.
17 Ceph.conf.43.nu.12.
18 Decian.conf.10.nu.53.lib.1.
19 Celsus Hugo.conf.59.num.10. & conf.81.num.5.
20 Bero.conf.156.nu.9.lib.1.
21 Cioff.conf.22.nu.2. & conf.52. num.9.lib.1.
22 Rimin.sen.conf.296.nu.4.
23 Menoch.conf.143.nu.23.conf. 201. nu.85. cōsil.606. in prin. conf.726.nu.62. conf.962.nu. 39.cōs.1097.nu.20. cōs.1147. nu.7.& conf.1169.nu.1.
24 Io.Fab. d.l.Cum notissimi. nu. 14. C. De præscrip. 30. vel 40. anno.
25 Felyn.in c.Cum accessissent.n. 27.de cōstit.& in rub. de præscrip.num.15.
26 Ias. in l. Petens. num.10. C. De pact.& in l.Si mater.prope fin. C.De instit.& substit.& consil. 92.col.vlt.lib.3.
27 Dec. in d.l.Petens.num.7.& in conf.164.col.vlt.
18 Claud.Seyssell. in eadem l. Petens.num.6.
29 Gozadin. in l.2.num.84. C.De pact.in t.emp.& vendit.
30 Thom.Parpale. in l.2. col.2. ff. sol.matr.
31 Cagno.in d.l.2.nu.73.
32 Lup.in d.l.Cōmēt.2.§.3.nu.39.
33 Curt. iun.in d. l.Petens.nu.14. C.De pact.
34 Camill.Visitarin. in l.1. nu.93. ff.sol.matr.
35 Io. Annibal. in l.Nemo potest. nu.357.ff.de leg.1.
36 Iacob. de S.Georg. in d. l. Petens.nu 17.C De pact.
37 Masuer. in pract. tit. de emp & vendit.nu.11.
38 Balb.de præscrip.in 4.part. partic.5. par.1. prin.q.3.
39 Io.Bolognett. in d.l.Petens.nu. 42.C.De pact.
40 Afflict. de iur. prothomis. in iur. licet enim supradiximus. col ante pen.vers. item quæro de illa quæstione.
41 P.Sancta.sing.18.
42 Rebuff.in l.Vni.nu.53. & num. 98.C.De sent quæ pro eo.
43 Montalon. in promptuar. iur. in ver.Emere.qui dicit, ita iudicasse Senat.Parisien.
44 Tiraq.de retract.conuent. §.1. glos.2 nu.7 & 28.
45 Couar.var.resolut. lib.1.cap.9. num.1.
46 Ant. Gabr. com. opin. tit. de præscrip conclus.6.
47 Port.com.opin. li 3. cōclus.38.
48 Boer.decis.182.nu.4.qui testatur,ita seruari in curia, & foro.& in Comm. ad cōsuet. Buturgen. tit. de præscrip. §. 1. glos.1 in fin.
49 Borgin.decis.16.num.13 & 17. part.2.
50 Rot. Roman. in vna Reatinę tenutæ coram Illustriss. Card. Lācellotto die 13. April. 1579. & iterū coram Illustriss. Card. Pamphilio die 12. Decembris 1588.

1588. & iterum coram eodem Illustriss. Pamphilio in vna Florentina honorũ die 19. Februarij 1593. quorum copiæ cũ non habeãtur inter impressas in fin. huius nostræ decis. registratæ erunt, & illas refert Illustriss. Card. Seraphinus in illa famosissima decis. firmata de anno 1600. an remed. c. Reintegrãdæ præscribatur, quã alias registrauim' post decis. 19. 1. par. decis. nostrarũ. Ex quibus oĩbus decidendũ esse duximus; q̃ hæredes emptoris præscripserint, & quod de præsenti molestari nequeãt ab hæredibus vẽditoris.

Nõ obstãtibus adductis pro contraria parte. Primũm itaq; desumptũ à l. 2. C. De pact. int. emp. & vend. non obstat. Quia admisso, quod hæc redimendi facultas cõcessa fuerit, adiecto verbo perpetuitatem significãte; adhuc tamen dicendum venit, hanc facultatem esse extinctã cursu triginta annorum: vi-

13 demus nẽpè, & caussam dotis, actionemq; ad recuperãdã dotem esse perpetuam, pepetuòq; priuilegiatam l. 1. ff. sol. matr. & tamen illi actioni præscribitur spatio triginta annorũ. ita habemus in l. In rebus. §. Omnis, C. De iur. dot. quam ita ibi intelligunt Doct. & clarius responderunt Bal. cons. 4. lib. 3. & cons. 230. lib. 4. Corn. consil. 56. nu. 3. & cons. 92. num. 7. lib. 4. & Bal. de. præscrip. 4. par. prin. in prin. q. 1. Sicuti igitur huic actioni de dote priuilegiatæ, quæ perpetua est, spatio triginta annorum præscribitur, ita & huic actioni de redimendo, quę est min' priuilegiata. Simili argumento vsus fuit Menoch. cõs. 143. nu. 17. vbi per multa iura, dictionem, perpetuò, adhoc tẽpus triginta annorum restringi perbellè comprobat.

14 Et perpetuitas ista concessa redimendi includitur isto spatio triginta, vel quadraginta annorum, quemadmodũ actiones perpetuæ dicuntur illæ, cõtra quas sola præscriptio trigenaria, vel quadragenaria opponi potest. Instit. de perpet. & tẽpo. act. Et cõcordantes tex. desumi possunt apud Brissin. de ver. sig. in ver. Perpetuę actiones. & firmauit Rot. Rom. in supra citata decis. corã Illustriss. Seraphino 17. Maij 1600.

Et hoc modo itelligẽdi erũt scribentes in contrariũ adducti, vt scilicet velint, nõ posse præscribi minori spatio triginta annorum.

Et quatenus instaretur, quod nullo termini spatio præscribi queat facultas redimendi perpetuò, illorũ sententia, tanquã cõmuni & magis receptæ opinioni cõtraria, minimè erit attẽdenda; postquam ex auctoritatibus superius adductis satis comprobatũ extitit, quod pactum hoc præscriptibile sit.

Et multi ex relatis ꝑ contraria non affirmant id, ad quod alle-

allegantur. Bal. enim in Margarita hac de re, nec verbũ quidẽ facit, immo contrariũ asserit in locis supra citatis.

Ita pariter Cepo. in specie nostra non loquitur, sed quãdo præscriptioni, quæ non est in odium neglĩgẽtis à iure introducta, renuntiari possit.

Seyssell. verò in casu nostro hanc opinionem non firmauit.

Et Crott. cõtrariũ respondit d. cons. 61. nu. 31. & 32. lib. 1.

Nec non Purpurat. in d. l. Petens. nu. 40. C. De pact. nõ affirmat absolutè contrariam opinionem.

Vnde quouis modo actionis competentes ad redimẽdũ sint vel p̃scriptis verbis, vel ex vendito, vel alia personali. iux. l. 2. C. de pact. int. emp. & vendit & consequenter tanquam personales perpetuæ. Instit. de ppet. & tempor. act. in prin. nihilominus spatio triginta annorũ tolluntur: vt præcitato loco Iustinianus affirmat, & Imperialib' Cõstitutionibus sancitum fuit nẽpe in l. Sicut. C. De præscrip. 30. vel 40. anno. & scribũt Balb. de prẽscrip. 4. part. prin. in prin. q. 1. & Boer. decis. 182. nu. 6.

Pari itaq; modo sublata est actio hæc, & omne hoc ius perpetuum redimendi. ita in pũcto Gozad. in d. l. 2. num. 75. C. De pact. int. emp. & vendit. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. nu. 11. in fin. & Roland. d. cons. 21. nu. 35. lib. 2. prout eos citat Menoch. d. cõs. 143. nu. 18. & 19.

15 Secundũ de iuramento in hoc instrumento vẽditionis apposito nõ facit. Quia Felyn. in rub. de prẽscrip. num. 15. distinguit duos casus, quorum primus est, quando factum est pactũ de retrouendendo re alienata quãdocunq; prætio restituto, renũciando expresse cuicunq; præscriptioni cũ iuramento, & hoc in casu nulla vnquã currit prẽscriptio ob renũciationem expressam iuratam, quæ impedit. & hoc modo asserit Felyn. procedere opinionem Alex. & Rip. in d. l. Nemo potest. & Felyn. assentit Ias. in l Nam, & postea §. Si quo temporali. in 2. not. ff. de iureiuran. cumq; in instrumẽto nostro expresse renunciatũ minimè legatur præscriptioni, nõ est casus noster.

Secundus igitur erit casus; quando in contractu adiectum est pactum cum iuramẽto simpliciter pro obseruatione contractus, nulla facta mẽtione expressa præscriptionis: hoc ĩ casu iuramentũ non impedit cursum prẽscriptionis triginta annorum; cum iuramentum intelligatur secũdum naturã actus, cui adijcitur. Ita in specie consuluit Ang. d. cõs. 55. in fin. quẽ sequutus fuit Felyn in d. rub. de præscrip. nu. 15. hoc idẽ sentit Ias. in l. 3. C. De instit. & substit. Balb. de præscrip. in 4. part. 5. part. prin. q. 3. Soc. iun. consil. 55. nu. 7. & cons. 145. nu. 60. lib. 1. pro-

1. prosequitur Seraphin. de priuil. iura priuil. 51. num. 9. Ant. Gabr. com. opin. tit. de prescr. cōclus. 6. nu. 13. & cōclusit Rot. Roman. coram Illustris. Lācellotto, & Pamphilio in citatis decis.

16. Et quatenus opinio Alex. & sequacium procedere posset in prescriptione trigenaria, attamen nullo modo locum habet, in quadragenaria, vt ī casu nostro. ita Soc. iun. d. consi. 145. nu. 63. lib. 1. post multos ab eo citatos; cū quib⁹ residet Menoch. d. consi. 201. num. 122. & 123. & comprobauit Seraph. d. priuil. 51. nu. 8. & concludit Rot. corā Illustris. Pāphilio decis. citata.

17. Tertium ꝙ in facultate vendentis remissum fuerit quādocunq; redimere, & quæ sunt facultatis non præscribantur, remouetur, quia verum est meræ facultati non præscribi, quādo ex facultate ad exercitium deducta, nō oritur aliquod ius in iudicium deducibile. & in istis terminis ꝓcedit d. l. Viā publicā. quia in casu illius legis deducenti facultatem itinerandi ad exercitium, non oritur aliqꝰ ius. & ita intelligendi sunt illi, qui per d. l. Viam publicam. putant facultati nō præscribi. Sed quādo est talis facultas, per cuius exercitiū acquiritur ius deducibile in iudicium, vt esset in casu nostro, in quo hæredes vēditoris experiri poterant ꝓ redemptione prædiorum alienatorum cū pacto redimendi, tūc non procedit d. lex. & facultati præscribitur, vt declarāt Ias. in d. l. 2. nu. 15. ff. de acq. hæred. Ang. Roman. & Imo. in l. Si finita. §. Postea autē. ff. de damn. infect. ꝑ tex. l. Licet. ibiq; Ang. C. de iur. deliberand. Corn. cōs. 305. col. fin. vers. Secundo soluitur. lib. 3. Dec. consi. 164. num. 4. Aym. consi. 111. nu. 23. Soc. iun. d. cōs. 145. nu. 41. lib. 1. Barbat. consi. 22. col. pen. lib. 4. Ant. Gabr. de præscrip. conclus. 10. nu. 8. in 1. limit.

18. Secundò responderi potest, ꝙ facultas ista redimendi competebat ex contractu, & actione ex eo oriente; ideo locū habebit præscriptio.

Nam quando facultas competit ratione iuris quæsiti, vel ex contractu, & actione, ex cōtractu exoriente, præscriptio procedit, vt dicunt Soc. iun. d. consi. 145. num. 37. lib. 1. Felyn. Balb. & alij allegati per Ant. Gbr. in d. conclus. 10. num. 10. & 11. in 3. & 4. limit. Roland. consil. 21. nume. 51. lib. 2. ita etiam respondent, & declarant Hieron. Scuof. consil. 69. num. 23. & consil. 70. nu. 20. & 22. & Couar. var. resol. lib. 1. cap. 9. num. 2. & Menoch. consil. 143. num. 28. & 29. qui optimè declarat d. l. Viā publicam. Et pro ratione adducit, qa apud hæredes vēditoris, qui ius hoc redimēdi habebāt, extabat aliqua, imò vna actio redimēdi: si ergo diù neglexerunt

runt redimere, hæredes emptoris præscripserunt; & ita extinguere fecerunt ius illud. vnde dicendum venit, quod hæredes emptoris illorum præscripserunt.

19 Quartum argumentum, quod ex mala fide emptoris desumebatur, non obstat; cum bona, & non mala fides regulariter præsumatur in possessore; prout respondit Vlpi. in l. Merito. ff. pro Soc. & docuit glos. in l. Super. in iur. probatur. C. De præscrip. long. temp. in l. Pen. C. De euict. in prin. Instit. de vsucap. in cap. Fin. de præscrip. oēs citat Mascard. de probat. conclus. 1224 in prin. part. 1. Ant. Gabr. comm. opin. lib. 7. tit. de crim. conclus. 7. num. 27. & alias comprobauimus decis. 26. num. 3. prin. part.

20 Vlterius aduertendū velim, q emptores isti in nihilo tenebantur, nec ad aliquam oblationem erant adstricti, sed venditoribus incumbebat interpellare, vt retrouenderent, & sat erat emptoribus esse paratos sēper retrouendere, quādo essent requisiti; quapropter in illis nullum cadebat peccatū; & consequenter nō fuit dicendi in mala fide; sicq; præscribere potuerūt etiam de iure canonico. Ita Abb. in cap. Quod Clericis. col. pen. vers. Et pro concordia de for. compet. & plenius in c. Fin. colum. 4. de præscrip. Soc. iun. d. cōs. 145. nu. 63. lib. 1. post Corn. consf. 277. col. 2. lib. 4. Poterant nēpe credere, quod venditores nollent redimere; quod sufficit, ne dicatur retinere iniustō venditore; vti docuit Abb. locis proximè citatis; & in fortioribus terminis respondit Purpurat. conf. 339. quod verè debitor, qui non tenetur offerre, nec ire addomū creditoris, nō interpellatus præscribit; huius quoq; sententiæ citatur Dec. cons. 554. col. 1. & voluere Cōmen. Corn. & cæteri citati à Tiraq. in l. Si vnquā § vers. Reuertantur. nu. 390. C. De reuoc. donat. Caccialup. in l. Omnes populi. nu. 65. ff. de iust. & iur. Rip. cōs. 160. nu. 5. vbi dicit præscribere posse debitorem, qui non fuit in mora. Bocci. de præscrip. glos. 2. num. 16. Vasq. q. Ill. c. 76. nu. 8. ratioq; assignatur; quia, cessante peccato, cessat impedimentum, quod Ius canonicū obijcit contra præscriptionem.

21 Et posito quod isti emptores fuissent in mala fide, ea non est vera, sed præsumpta, vt patet ex prædictis. At mala fides præsūpta purgatur lōgissimi tēporis cursu. Inno. in c. 1. de in integ. restit. Bar. in l. Fin. nu. 17. C. Vni. vi. & ibi Salycet. nu. 1. Abb. cōs. 102. nu. 1. lib. 1. & in c. Si diligēti. nu. 16. de for. cōpet. Alex. cōs. 6. nu. 3. lib. 1. Corn. conf. 96. col. 2. lib. 4. Aret. conf. 63. col. pen. Ias. in §. Sed istæ. nu. 100. instit. de actio. Aym. de antiq. part. 4. § Materia ista. nu. 4. & Sane dicit cōmunem Vasq. q. Ill. c. 81. nu. 2.

nu. 21. qui citat alios. Menoch. de recup. possess. remed. 13. nu. 70. Et post cursum triginta annorum malæ fidei præsumptio allegari non potest; & ex tunc præsumitur posidentem retro fuisse in bona fide. ita docuit Bar. in l. fin. ad fin. C. Vnde ui. ibique Salicet. & multos citaui in d. decis. 20. nu. 7. par. 1.

22 Et quotiescunque emptores isti in aliqua præsumptione malæ fidei fuissent, vnde ipsi non potuissent præscribere; potuerunt tamen hæredes ex personis proprijs inchoare, & perficere præscriptionem, non utendo accessione auctoris; & non obstaret eis mala auctoris fides. glos. magna in fin. in l. Tutor rerum. ff. de adm. tut. quam dicit sing. Castren. in l. Nunquam in fin. ff. de vsucap. & dicit perpetuo notandam Alex. in l. Pomponius. §. Cum quis. col. 7. vbi Ias. nu. 13. ff. de acq. possess. Soc. in cons. 203. col. 2. lib. 2. Felyn. in c. Si diligenti. col. 5. de for. compet. Ruin. cons. 170. in fin. lib. 1. Balb. de præscrip. in 2. par. 3. part. prin. q. 12. nu. 14. Vasq. q. Ill. c. 73. nu. 9. Aym. Soc. iun. & Ruin. quos citat, & sequitur Lamberteng. de contract. cor. glos. 1. nu. 287.

In Quibus stantibus resolutum fuit ad fauorem emptoris hæredum, vt præscriptione tot annorum sint tuti. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

COPIA DECIS. ROT. ROMANÆ Lancellotto.

Reatina tenutæ Veneris 13. Aprilis 1579.

DOmini, pro resolutione præsentis dubij firmauerunt duas conclusiones; quarũ prima est, Quod pactum de rei retrouendendo cum clausula semper, & quandocunque etiam in infinitum, præscribatur spatio triginta annorum secundũ Bal. in cons. 303. col. 2. vers. Quæro. Volum. 1. cuius opinio est magis communis; & verior, vt post alios deducit Soc. iun. cons. 145. nu. 34. & 36. vol. 1. Gabr. de præscript. conclus. 6. nu. 10. & 11. & latè hic p. informãtes pro parte litis consortium.

Secunda est conclusio, quod quando super d. pacto apponitur iuramentum specificè, & nõ generaliter super obseruantia contractus, prout hic est specificè appositum, tunc actio perpetua-

C

petuatur ad annos quadraginta. vt post Bar. & alios notat Ias. in l. Nam & postea. §. Si is qui nu.4. in 2. not. de iureiuran. quã legit cũ l. Ait prætor. Soc. iun. d. cõs. 145. nu. 63. Aym. cõs. 71. nu. 2.

Sed difficultas remansit, ex quo sumus in Communitate, & an dictum iuramentum perpetuet actionem vltra quadraginta annos, erit particulariter agendum.

PAMPHILIO.

Reatina tenuta 12. Decembris 1588.

Fuit resolutum, non censeri renunciatum præscriptioni quadraginta annorum, quæ cũ sit in odium negligentis introducta ob bonum publicum l. 1. ff. de vsucap. pacto priuatorum tolli non potest. l. Ius publicũ. ff. de pact. vt post Crott. in l. Nemo potest. sub nu. 20. & alijs, tradit Rip. nu. 104. ff. de leg. 1. Felyn. in rub. de præscrip. num. 9. Boer. decis. 182. sub num. 8. latè Balb. in tract. de præscrip. §. par. prin. q. 6. cum alijs allegatis.

Et ideò non obstare, quod dicitur ex vniuersalitate verborum semper, & omni tempore: ita, vt tempus nunquàm finiatur, satis constare de mente cõtrahentium remouẽdi præscriptionem; quia non obstantibus quibuscunque verborum formulis, etiam infinitatem importãtibus, secundum magis cõmunem, & veriorem opinionem, pactum de retrouendendo præscribitur triginta annis: verba enim quantumuis vniuersalia à iure recipiunt interpretationẽ secundum potestatem contrahentium, & sic vt non egrediãtur tempus, quo iura volunt actiones extingui: vt in hac caussa fuit resolutum coram Ill. D. Card. Lancellotto sub die 13. Aprilis 1579. ex Bal. in cõs. 303. nu. 3. lib. 1. Ang. cons. 55. de communi testatur. Soc. iun. cons. 145. nu. 34. cum pluribus seq. lib. 1. Couar. uar. resolut. lib. 1. c. 9. sub. nu. 4. Tiraq; de retract. cõuent. §. 1. glos. 2. nu. 14. Gabr. conclus. 6. de præscrip. cũ alijs de quibus per Roland. cõs. 21. nu. 42. lib. 2. & latissimè per Tiber. Decian. cons. 10. nu. 51. lib. 1.

Quod procedit etiam stante iuramento super pacto specialiter apposito, quod licet operetur, vt non intret præscriptio triginta annorũ, sed perpetuetur actio ad quadraginta annos; hoc tamen non inducitur ex eo, quod censeatur renunciatum præscriptioni, vbi cum iura-

iuramento ad sunt verba denotantia infinitatem, sed vi perpetuationis, actionis à iuramento causatæ: vt post Bar. tradit, Ias. in l. Nam & postea. §. Si is, q. in 2. not. nu. 4. ff. de iureiuran. & benè declarat Soc. iun. d. cős. 145. nu. 33. Couar. vbi supra nu. 7. Aym. conf. 71. nu. 2. cum alijs allegatis per Tiber. Decian. d. consi. 10. sub. nu. 51. & 74. lib. 1. & fuit per Dominos firmatum in hac caussa, & benè; quia cum ex iuris interpretatione, licet adsint verba in infinitum se prò trahentia, nihilominus, partes cum censeantur se restrinxisse ad tempus à iure actionibus finiendis constitutum, non debet iuramẽtum, quod regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur vulgata l. fin. C. De nõ num. pecun. actũ extẽdere vltra quam partes voluisse censentur, vt declarant doct. supra allegat.

Nec refert quod in casu de quo agitur, vnà cum speciali iuramento super huiusmodi promissione adsit clausula, Renunciantes, &c. Quia nec etiam cũ iuramẽto huic præscriptioni renunciari potest; vt tradit Ang. d. conf. 55. Ias. in d. l. Nemo potest. nu. 115. & Cròt. nu. 75. Boer. decis. 182. nu. 7. vbi de communi. & licet Alex. in d. l. Nemo potest. cum alijs per informantes pro Communitate allegatis cõtrarium senserit; eius tamen opinio procedit, quando est specificè renunciatum præscriptioni, & super huiusmodi renũciatione est appositum speciale iuramentum: vt Alex. declarat Felyn. ex aduerso allegat' in rub. De prescrip. nu. 15. vers. Sed Alex. loquitur Gabr. cõclus. 6. de prescrip. nu. 13. Rub. Alex. conf. 3. col. fin. ꝙ cessat in hoc casu, vbi nulla adest expressa renunciatio præscriptioni, nec suffragatur clausula generalis, Renũciãtes, &c. quia non cõprehendit ea, q̃ sunt speciali nota digna, prout est præscriptio quadraginta annorũ, quæ nec etiã sub generali, & expressa præscriptionis renũciatione cõprehenditur, iuxta glos. in c. 1. §. Præterea, & ibi Bal. Afflict. & alij de cap. corrad. Ang. d. conf. 55. Afflict. decis. 254. nu. 11. in fin. Tiraq. de retract. cõuent. §. 1. glos. 2. nu. 12. latè Roland. d. cõs. 21. nu. 33. lib. 2. & maximè, quia in dubio semper ea est capiẽda interpratatio, vt minus q̃ fit possibile cẽseatur renũciatũ, iuxta doctrinã Ant. de Butr. cõmuniter receptam. in. c. Accedẽtibus de priuil. doct. in l. Postq̃ liti. C. de pact. Tiraq. in præfat. l. Si vnq̃ nu. 129. C. de reuocand. donat.

Quod dicitur contra Cõmunitatem non præscribi minori spatio centũ annorũ, & iuramẽtũ hoc casu perpetuam actionẽ vltra quadraginta annorũ, indiget particulari decisione: & Domini reseruauerunt particulariter videndum.

C 2 PAM-

PAMPHILIO

FLORENTINA BONORVM

Veneris 19. Febr. 1593.

DOmini pro tunc firmarũt, Abbati agẽti ad retrouẽditionẽ bonorũ, de quibus agitur, obstare præscriptionem, nõ obstãte ꝓmissione de retrouẽdẽdo semper perpetuis futuris temporibus, oĩbus, anno, mẽse, septimana, die, & hora, & toties, & quoties Abbati placuerit; qa istæ, & aliæ verborũ formulæ quęuis, ẽt infinitatem importãtes, semper à iure recipiũt interpretationẽ secundum potestatem contrahentiũ, vt non egrediantur tẽpus, quo iura volunt actiones extingui. Bal. cõs. 303. nu. 3. lib. 1. Ang. cons. 55. de cõmuni testatur Soc. iun. cõs. 145. nu. 34. lib. 1. Cagno. in l. 2. num. 77. C. de pact. int. emp. & vend. Tiraq. de retract. conuẽt. §. 1. glos. 2. nu. 26. Couar. var. resol. lib. 1. c. 9. sub nu. 4. Gabr. cõclus. 6. de præscrip. cũ alijs congestis per Roland. cons. 21. nu. 47. lib. 2. Et in pacto de redimẽdo semper attendi tẽpus, ita vt tẽpus nũquã finiatur: & nõ obstãte iuramẽto super hoc pacto specialiter apposito, tenuit Rota i caussa Reat. tenutę Arpeiæ primò sub die 13. Aprilis 1579. coram Illustriss. Card. Lancellotto. & postea sub die 12. Decembris 1588. coram me. Quia tamen Abbas prætẽdit sibi esse concedendam restitutionem in integrum aduersus hanc præscriptionẽ ex capite ignorantię DD. dixerunt de hoc particulariter esse agendum.

Decisio Vigesimaoctaua.

Pendente antiqua lite in hac Rota Perusina inter D. Fabritium Torellum actorẽ, & D. Liuiam dè Seraphinis reaṁ cõuentam, super prætensis spolio medietatis vnius domus sitæ in Ciuitate Perusiæ, cuius possessione contendit D. Fabritius fuisse spoliatũ quinquaginta annis, et vltra elapsis. Quo iudicio possessorio pẽdente, domus ista transiuit in diuersos successiuis venditionibus, & alienationibus de illa factis, & tandem deuenit ad manus

nus Reuer. D. Curtij de Petrutijs, qui domum hanc à diuersis, quibus singulæ eius partes fuerant venditæ, emit, & effectus dominus integræ domus, fuit eidem pro parte D. Fabritij facta intimatio de pẽdentia litis super possessorio iudicio: cui respondendo D. Curtius dixit, se non credere litem adesse, postquam non à D. Liuia, sed ab alijs emerat. Quibus sic per actis, cum domus collaberetur, & ruinam minaretur D. Curtius illam de nouo fundare curauit, & notabiliter meliorauit, expẽdendo in ea notabilem pecuniarum summam vltra bis mille scutorum; & mutata antiquæ domus facie, illam reduxit ad vsum, & formã nobilem. Mortuo D. Curtio, Reuer. D. Franciscus eius frater, habita notitia de pendentia istius litis, procurauit causam committi eidem Rotæ, & commissionem admissionis ad causam pro suo interesse melioramentorum præsentare fecit in actis die 12. Maij 1609. Qua non obstante Rota die 3. Iulij immediatè sequentis protulit sententiam super spolio, pronunciando, D. Fabritium esse reintegrandum ad possessionem medietatis eiusdem domus, nullo præfixo termino eidẽ D. Francisco ad probandum sua melioramenta: licet die 11. Iulij decreuerit citationem, cũ inhibitione vigore præfata commissionis, quæ intimata fuit die 15. & 16. eiusdem mensis. Nihilominus post prædictam citationem, & inhibitionem exe quutã, & intimatam, vt supra, mandatum de reintegrando, extorsit D. Fabritius, & die 17. Augusti, & sic post citationem, & inhibitionem sibi præsentatam exequi fecit mandatũ præfatum: & cũ esset clausum ostium domus, illo violenter reserato, se intrusit in possessionem, ne dum medietatis domus, sed totius, proijciendo in viam publicam suppellectilia, quæ ibidem

habebat D. Franciscus. Fuit recursum pro parte ipsius D. Frãcisci ad signaturam Sanctissimi, et causa Vicario Perusino commissa, fuit dubitatum de validitate sententiæ præfatæ, & illius exequutionis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra auctorem lata, nocet successori: quod declaratur num. 15.*

2 *Clausula, appellatione remota, prohibet appellationem tam ad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuũ, præsertim in causa spolij.*

3 *Notificatio litis pendentiæ constituit emptorem in mala fide, qui, si postea ædificet, perdit melioramenta: sed declaratur nu. 18. & seq.*

4 *Aedificans in re, quam sciebat esse alienam, donare videtur.*

5 *Aedificans in re, quam sciebat esse fideicommisso obnoxiam, non repetit melioramenta.*

6 *Aedificans socius in parte socij, quã inuaserat, perdit melioramenta.*

7 *Melioramentorum exceptio nõ competit in spolio, sed prius res restituitur; postea melioramenta probantur; & post restitutionẽ habetur illorũ ratio: sed contrarium num. 22. & seq.*

8 *Melioramentorum exceptio non debet retardare exequutionem sententiæ, quando saltem in genere de melioramentis nõ constat; sed quomodo procedat, declaratur num. 26. & seq.*

9 *Melioramentorum exceptio, an retardare debeat exequutionẽ sententiæ, relinquitur arbitrio iudicis.*

10 *Litis pẽdentia inducitur per præsentationem commissionis, quæ non minus operatur, quam citatio legitimè exequuta.*

11 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda, & Rota Romana seruat, quod gesta post inhibitionẽ debeant reuocari, & redditur ratio.*

12 *Inhibitio facit illicitum, quod ante erat licitum.*

13 *Excessus in exequendo facit totam exequutionem corruere.*

14 *Missio in possessionem excedẽs summam debitam in totũ vitiatur.*

15 *Sententia lata, antequam ius trãslatum sit in successorem, ei nocet; secus si ante: & multa in hoc proposito.*

16 *Bona fides in dubio præsumitur.*

17 *Possessorium iudicium non facit rẽ litigiosam.*

18 *Credere quis non tenetur simpliciter nuncianti; quia alias esset nimis credulus, quod esse quis non debet.*

19 *Filius, non tenetur credere patri, asserenti in testamento, esse debitorem alicuius, in præiudicium suæ legitimæ.*

20 *Bonæ fidei possessor dicitur is, qui*

factum

factum sciuit, sed probabili iuris errore ductus putauit rem acquirere posse.

21 *Intellectus ad l. fin. §. Emptor. C. com. de leg.*

22 *Spoliator non auditur nisi facta restitutione, secus qui non spoliauit, sed bona fide emit, & meliorauit.*

23 *Bonæ fidei possessor melioramenta consequi debet.*

24 *Retentio rei melioratæ datur pro melioramentis.*

25 *Citatus si sua putauerit interesse, non comparendo, non dicitur cõtumax, & sententia contra ita citatum lata, non afficit.*

26 *Melioramentorum exceptio competit etiam post sententiam; & quare.*

27 *Retentio datur pro melioramentis, vt circuitus euitentur, ne, illis liquidatis, reddere postea teneretur, quod esset consecutus.*

28 *Retẽtio rei melioratæ datur etiã, si melioramenta adhuc liquidata non sint.*

29 *Melioramentorum existentia satis probata dicitur, quando fumus de illis datur.*

30 *Retentio rei melioratæ datur, etiã si offeratur cautio de soluendo illis liquidatis.*

De sententia lata post præsentationem commissionis causæ per tertium obtentę pro suo interesse, an sit nulla.

De attẽtatis post inhibitionem, reuocandis.

De exceptione melioramentorum, quando, & quomodo opponi possit post sententiam. & si pro melioramentis detur retentio rei melioratæ.

Diuino inuocato suffragio.


Idebatur dicendum, quod D. Fabritius iuridicè exequi fecerit mãdatum Rotale de reintegrãdo ipsũ in possessione domus, è qua fuerat spoliatus.

1 Primò. Quia sentẽtia Rotæ lata contra D. Liuiã auctricẽ auctoris, auctorũ D. Curtij, & cõsequenter D. Francisci, præiudicium omnibus ipsius D. Liuiæ successoribus attulit, p ea, quæ scribit Inno. in c. Quãuis. de re iud. Bal. in l. 2. num. 18. C. de edẽ. ibiq; Curt. sen. nu. 47. Abb. in c. Caussam quæ. il 2. vbi Dec. nu. 5. de test. Alex. in l. Sæpe nu. 69. ff. de re iud. Soc sen. cõs. 82. nu. 4. lib. 3. Paris cons. 23. nu. 16. lib. 1. Capi. decis. 20. nu. 3. Boer. decis. 182. nu. 49. qui in specie affirmarunt, quod sentẽtia lata cõtra vẽditorẽ, nocet emptori.

Vnde sequitur, quod sententia lata cõtra D. Liuiam exequi potuerit contra D. Franciscum, qui causam ab ea habet.

2 Præsertim cũ caussa ista cõmissa fuerit, appellatione remota; qua propter prohibitum est, quouismodo appellare, tam ad effectum suspensiuum, quàm de uolutiuum, vti respondit Bart. Imolen. cons. 59. nu. 2. & cons. 120. nu. 2. quod fuit de mente Franc. in c. Pastoralis. in prin. de appellat. prosequitur Lãcellott. de attenta. par. 2. c. 12. de attenta. appellat. pẽden. limit. 8. nu. 2. in fin.

Quæ clausula, Appellatione remota, tãto fortius debet operari in caussa ista spolij, cũ cõtendant scribẽtes, An detur appellatio. vt igitur clausula ista aliquid operetur, dicẽdum venit, quod stante sententia inappellabili contra D. Liuiam lata, exequi debeat etiam contra R. D. Franciscum eius singularem successorem.

Secundò. Cum Reu. D. Franciscus nil aliud prætendere posset nisi melioramenta facta per D. Curtium. q. eius fratrem, si locus non sit refectioni melioramentorum in vanum defatigare videtur D. Fabritium.

3 Quod verò meliorationes nõ sint soluendæ, deducitur ex mala fide ipsius D. Curtij, cui per D. Fabritium fuit notificata litis pendentia super domũ istã; ex qua notificatione fuit in mala fide constitutus. l. Sed etsi. §. Si ante litem. ff. de petit. hæred. Caput Aquen. decis. 166. par. 2. & est elegans tex. in l. fin. §. Emptor. iuncta glos. in ver. Meliorationе; quæ sic declarat. C. com. de leg. & ibi communiter interpretes, & præcipuè Ang. & Ias. & ante eos Bal. qui inquit, quod pdit meliorationes propter malam fidem; prosequitur Negusant. de pigno. in. 4. membr. 5. part. prin. nu. 19. Cagno. in l. 1. nu. 70. C. de sent. quę pro eo, vbi instruit fidei commissariũ, quod protestetur emptori; nam si ædificabit post cognitum fideicommissum, perdit melioramenta, tanquam possessor malæ fidei; sequitur Marz. in epit. de fideicom. q. 66. in fin. & sentit Menoch. de recup. possess. remed. 15. nu. 537. & 540.

4 Eo quia, cum facta sint in re, quam sciebat alienam esse, donasse videtur; ideo non repetit. l. Adeo. §. Ex diuerso. ff. de acq. rer. domin. §. Ex diuerso. instit. de rer. diuis. l. fin. §. Emptor. vbi glos. Bal. Ang. Castren. & Ias. com. de lega.

5 Et in eo, qui scienter emerat rem fideicommisso obnoxiam, habem' tex. l. Si seruus seruũ. §. Qui oliuã. ff. ad l. Aquil. glo. Bar. & alij. in l. In fundo. ff. de rei vẽd. Corn. cons. 243. nu. 6. lib. 2. Neuiz. cons. 78. in fin. Et in socio,
6 qui partem socij inuadens in re communi ædificauit, est casus l. Si is. C. de ædi. priua. & consuluit Alex. cons. 168. col. vlt. lib. 2. sequitur Ruin. consil. 100. lib. 4. Cornel. consil. 222. colum. ult. lib. 2.

Hinc

Hinc videtur q D. Curtius cum emerit domum hanc post litem inchoatam inter D. Fabritium,& D. Liuiam,nõ potuit post protestationem sibi factã, ita meliorando mutare statum domus, & deteriorem reddere conditionem D. Fabritij Spoliati l.Quanquam.§.1 ff. de aq. plu.arcen.l.ult.ff.de litigio.Couar.pract.q.c.13.nu.7.vers.Hoc ipsum probatur.

7 Tertiò. Contra Reueren. D. Franciscum facere videbatur. Quod in spolio exceptio melioramentorum non competit pro retentione rei melioratæ; sed prius res restituitur, postea melioramenta vtilia probãtur; & post restitutionem habetur il lorum ratio. Neuiz. d. consil. 78.in fin. Io. Garz. de expen. & melio.c.2.nu.2.& 3.c.5.nu.15. & seq. & c.7.num.18.& fuit dictum in Rota Romana in vna Fauentina bonorum 19. Iunij 1595. coram Rener. P. D. Corduba in qua citantur supradicti.Et adeo est priuilegiata caus sa spolij, quod nec etiam potest opponi de compensatione. ita Caput Aquen. decis.171.par.3.

8 Quartò ad fauorem D. Fabritij potest considerari, quod ad omnes actus, & terminos substantiales,& ad sententiam semper fecit citare D. Liuiam, vti principalem, reliquos verò pro omni eorum iure, & interesse, & omni alio meliori modo. Cumque in actis non reperiatur aliquid probatum de melioramento, non solum in specie, sed nec etiam in genere, non venit retardanda exequutio sub prætextu melioramentorum. Nec erat præfigendus terminus ad liquidandum,quia sola verbalis allegatio non sufficit, sed aliquo modo de melioramentis constare debet. ita Contard. de moment. possess. quæstio. 24. num. 3. Rot. Roma. decis.111. num.2.lib.1.par. 3. in nouiss. Gales. ad oblig.camer. ad 4. particulam. quæstio. 2. num. 14. versicul. Ne tamen erres.

9 Et in hac melioramentorum materia, an sit præfigendus terminus, vel non; & an retardetur exequutio, est iudici arbitrarium, secundum Contard. dicta quæstio.24. num.49. Cum enim Rota iudicauerit sententiam exequendam, nec admiserit exceptionem melioramentorum, vti nec in genere probatam. Sequitur quod Reuer. D. Franciscus non sit audiendus in petitione melioramentorum, cum post sententiam, & mandatum relaxatum de melioramentis opposuerit. l. Peremptorias. C. senten. rescin. non poss. Ceph.conf.180. nu.7. Et postquã sẽtẽtia Rotalis,quo ad reintegrationẽ D.Fabritij in possessionẽ,fit cõsũmata ex tũc quod relaxatũ fuit mandatũ,vti cõclusũ fuit in Rot. in vna Burgen. decimarum de Scalant.29.

Octo-

Octobris 1587. coram R. P. D. Bubalo, non est de præsenti suspendenda sub prætextu melioramentorũ. Quibus tamen non obstantibus ad contrarium decidendum inductus sui ex infra dicendis.

Primò. Cum Reu. D. Franciscus obtinuerit commissionem admissionis ad causam pro interesse suorum melioramentorum; & in actis die 12. Maij præsentauerit; & die 3. Iulij eiusdẽ anni sententiam protulerit Rota ad fauorem D. Fabritij; & antequam mandatum concederet die 11. Iulij decreuerit Reu. D. Francisco citationem cum inhibitione, quæ die 15. & 16. fuit exequuta; sequitur, quod nõ potuerit Rota, stante cõmissione prædicta, sententiã proferre cõtra D. Franciscũ, ipso nõ audito in iuribus; & termino nõ præfixo ad docẽdũ de melioramẽtis.

10 Eo, quia per præsentationem dictæ cõmissionis inducta fuit litis pendentia, & non minus operatur huiusmodi cõmissionis præsentatio, quam citatio legitimæ exequuta; sicuti firmauit Aegid. decis. 545. incipit. Si pendente. & voluit Felyn. in c. Cum super. col. vlt. de re iud. & post eos Cassad. decis. 1. Vt lit. penden. num. 4. Peregrin. decis. 70. in fi. lib. 2. quos omnes reassumpsit Lãcell. de attẽt. in pręfat. 2. par. capit. 4. de attent. lit. penden. num. 201.

Quod autem Rota voluerit D. Franciscum vigore dictæ cõmissionis admittere ad causã, colligitur manifestè, ex citatione cum inhibitione concessa die 11. eiusdem mensis Iulij. Quo fit, vt nulliter sententiatũ fuerit die 3. Nã si nolebat Reu. D. Franciscũ ad causam admittere, frustra citationem cũ inhibitione decreuisset, etsi D. Franciscum audire intẽdebat super suis meliorationibus, vti de iure debebat, & dicetur inferius; qua de causa sententiam tulit? & ob id ex parte Rotæ nulliter processum fuisse dicendum venit; & consequenter exequutio retractanda.

11 Secundò, ad ostendendũ nullitatẽ istius exequutionis, considerandum erit, quod etiam ex parte D. Fabritij nulliter, & contra formã inhibitionis sibi præsentatæ exequutio facta est. Nã die 15. & 16. Iulij fuit citatus cũ inhibitione, & die 17. Augusti mãdatum exequutioni demandari, procurauit. quod, stante Rotali inhibitione, vtique non debebat aliquo pacto pręsumere; quia inhibitio siue iusta, siue iniusta erat, timenda: secundum Rot. Romanam decis. 26. alias 307. incipit. Nota quod audiẽtia. in fi. de appellat. in antiq. & licet tex. cap. Non solum. de appell. in 6. ad litteram dicat, qđ inhibitio debet esse canonica, & per illum text. ita conclusetit Rot. Roman. decis. 58. alias 412. incipit. Si appelletur. de ap-

appellat. inno. De stilo tamen modernæ rotæ, nō obstantibus ijs, quæ habentur in d. decis. 58. indistinctè tenetur, quod gesta post inhibitionem debeant reuocari. Ea ratione moti fuerūt Domini, ne, sub clypeo iniustitiæ inhibitionis contemnentur inhibitiones ipsæ, & diù litigetur, an inhibitio fuerit iusta, vel ne? & pars grauata interim expēsis, & laboribus fatigetur; ideo decreuerūt, vt prius reuocentur attētata, & postea de validitate inhibitionis disputetur: vti fuit obtentum in vna legione n. coram Reuer. P. D. Marco Ant. & est celebris decisio in recollect. Fab. Accorromb. 53. incipit. licet Rota lib. 5. quam postea sæpius amplexata fuit Rot. vt in vna Senogalien. parochialis de Mandulphio. coram Reuer. P. D. Oradino 9. Iunij 1559. & in alia Romana, rei iudicatæ de Soderinis corā Reu. P. D. Sarmiēte. 21. Aprilis. 1561. in qua fuit dictum, quod, stante inhibitione Rotali, non potuit Auditor tenere terminum pro seruato propter interpretationem & stilum Rotæ, qui in hoc versatur, vt omnis inhibitio afficiat; cum in Curia duo sint remedia in prōptu, scilicet reformatio commissionis, & moderatio inhibitionis: prout latè refert, & sequitur Lancell. de attent. 2. par. c. 20. de attent. post inhibit. nu. 1. & seq. & in præfat. 2. par. q. 5. nu. 238. scribit, ꝙ pluribus doctorū auctoritatibus posset hoc dictum comprobari; sed cum adeo clarum sit, superfluum omnino videtur; & ita firmauit Rot. decis. 201. nu. 1. par. 2. in nouis.

12 Et præd. in tantum sunt vera, quod etsi D. Fabritius licitè potuisset mandatum de reintegrādo exequi, antequam inhiberetur; attamen inhibitio facit illicitum, quod ante erat licitum. sic Mandos. de inhibit. q. 75. nu. 8. quod comprobat, & exemplificat Lācell. de attent. par. 2. c. 20. de attent. post inhibit. ampliat. 1. nu. 1. & seq.

13 Tertiò, ex altero capite nulla ostēditur exequutio D. Fabritij. Cum enim mandatum p eū obtentum, esset solummodo de medietate domus, & ipse acceperit possessionem totius domus, resultat, quod ratione excessus d. executio corruat in totū: per notata in l. Si non fortē. §. Si certum. ff. de cond. indeb. vbi Bar. communiter sequutus, dicit, id procedere quamuis in vno tantum nummo esset ex-

14 cessum. Bal. in l. Cū conditio. §. Quoniā. ff. si cert. pet. Et in puncto quod missio in possessionē excedens summam debitam in totū vitietur, & corruat: voluit Alex. in l. 1. §. Sed etsi mihi. nu. 3. ff. de verb. oblig. dum inquit Bal. in eodē §. Referre Bar. cōsuluisse, missionem in possessionem rei debitum excedentē in totum vitiari, & corruere, & dicit

cit ad hoc facere tex. l. 1. § Hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & remittit se ad dicta per Bart. in l. fin. C. de iur. domin. impetran. vbi inquit, esse tex. notabilē. sequitur Afin. de exequut. §. 4. c. 19. & resoluit Rot. in vna Romana de Ceulis. 21. Februarij 1600. corā Reu. P. D. Iusto. Quod verò D. Fabritius excesserit in exequendo, apparet ex eo, quod cum in domo essent multa suppellectilia Reuer. D. Francisci, præsumpsit in viam publicā proijcere: cumq; in quolibet lapide remaneret possessio pro indiuiso Reuer. D. Francisco, certè ex projectione d. rerum, non solū exequutus fuit cōtra formā sui mādati, sed, quod plus est, inuasit partem Reuer. D. Francisci, & eum spoliauit possessione. quo fit, vt sicuti Rota decreuit q D. Fabriti⁹ redintegraretur in possessione domus, è qua erat eiectus à tempore immemorabili: ita pari ratione in primis, & ante omnia venit restituendus R. D. Frācíscus, qui fuit spoliatus, nō obstante inhibitione Rotali, è possessione domus, cuius retentio sibi competebat de iure, vt mox dicetur, ob melioramenta ita notabiliter in ea facta. His sic firmatis, non obstāt, quæ dicebantur pro parte D. Fabritij, pro quorum totali resolutione respondetur.

15 Primùm non obstare de sententia lata contra D. Liuiam, quæ etiam D. Francisco præiudicasse prætenditur.

Nam respondetur hoc verū esse, si sententia cōtra D. Liuiā fuisset lata, anteq̄ aliquod ius esset in successorem translatū: at secus, quando ante sententiā ius erat in successorem translatum; & enim tunc non præiudicat l. Si superatus. ff. de pigno. vbi Bar. Quinimmò dato, q D. Liuia fassa esset ius non habuisse in domo alienata; nihilominus eius confessio non noceret D. Francisco successori, in quem ius ante translatum erat: vt per Cuman. cons. 155. n. 4. qui dicit, quod venditoris confessio nocet emptori, qui post cōfessionem, caussam habuit, sed nō ei, qui prius emerat. hoc idem dicit Castren. cons. 134. col. 1. in fin. lib. 1. vbi adducit, quod dicitur de confessione cedentis, quæ non nocet cessionario, cui ante ius quæsitum erat. & dicit ipse Castren. in l. scia. ff. ad Velleian. quod debitor confitēdo sæpius, rem alij pignorasse, non nocet creditori, cui res ante d. confessionem erat pignorata: & post Io. Andr. & Butr. inquit Ruin. cōs. 177. nu. 4. lib. 1. quod confessio auctoris nunquā nocet successori caussam habenti ante cōfessionem; alijs cōprobat Rolād. cons. 58. nu. 9. & seq. & cons. 85. nu. 6. & seq. lib. 2. prosequitur, & firmat Surd. decis. Mātua 256. nu. 8. & seq. & nu. 17.

Sed cum Reu. D. Franciscus ante sententiam haberet domū hanc

hanc, quam nõ emit D. Curtius à D. Liuia, nec etiam ab eis, cui ipsa dederat, sed ab alijs ĩ quos vero, & iusto titulo deuenerat; ideo sentẽtia Rotalis nõ debet, nec potest obesse D. Francisco.

Nec de p̃senti erit discutiendũ de effectu & efficacia clausulę, appellatione remota, in præfata cõmissione inserta; quia cũ agatur tantũmodo de nullitate exequutionis, clausula asserta nõ facit obstaculũ. Et quanquã D. Frãciscus prætẽdat remanere in possessione domus pro suis melioramẽtis, exceptio ista opponi potest, et post sententiã, vt suo loco demonstrabit inferius.

16 Secundũ de mala fide D. Curtij facili negocio remouetur, negando malam adfuisse fidem: in dubio nẽpe possessor præsumitur bona fide possidere, sicuti respondit Vulpianus, in l. Merito. ff. pro Soc. & docuit glos. in l. Super. in ver. p̃batur C. de præscrip. long. tẽp. & in l. pen. C. de euict. glos. 1. ĩ prin. instit. de vsucap. in c. fin. de p̃scrip. & tenuit Bar. in l. Celsus. col. pen. vers. Dato etiã. ff. de vsucap. & in l. Quẽadmodum num. 3. C. de agri. & cẽs. lib. 11. Bal. in d. l. Super. col. 3. vers. Illud autẽ. & ibi Ang. C. de præscrip. long. temp. Inno. in c. Nihil. col. 2. vers. Non credit. de elect. & in c. Si diligẽti. circa prin. & in cap. Vigilanti in prin. de prescrip. Ant. de Butr. in d. c. Si diligenti. col. 2. vers. Quæro quomodo probetur. Anch. in c. 1. de prescrip. in 6. & hanc p̃positionẽ cõmunem pronunciauit Seyssell. in d. l. Celsus. nu. 77. ff. de vsucap. & firmauit Rot. decis. 24. in no. & cõprobauim' in decis. 20. 1. part. Idq; procedere absq; dubio asserit Menoch. de presump. lib. 3. p̃sump. 130. nu. 1. quando possessor habet titulum verum: & ante Menoch. dixerat Mascard. de probat. cõclus. 228. in prin. par. 1. Quod probari satis manifestè, inquit Menoch. vbi supra per l. pen. C. de euict. vbi glos. ea ratione q̃ in dubio delictũ nõ præsumitur. Verũ D. Curtius possedit domũ melioratam cum titulo vero emptionis: hinc resultat, quòd sit, & fuerit in bona fide.

Nec refragatur, q̃ dicebatur ob intimationẽ, & p̃testationẽ de litis pẽdentia fuisse in mala fide constitutũ. Quia in ipsa intimatione nil aliud legitur, nisi quod inter D. Frabitiũ, & D. Liuiam lis pendebat super possessorio occasione spolij; quapropter cum emptio facta esset lite pendẽte, protestabatur de nullitate iuxta formam iuris, & statutorum.

17 Ex qua manifestè apparebat, q̃ domus empta nõ erat litigiosa, eo q̃ tãtũmodo possessorio remedio agebat, ex quo res nõ efficitur litigiosa. glos. 1. in c. 1. de cõfirmat. vti. vel inut. quã dicit sing. Bal. ĩ Margar. in ver. Litigiosa. vers. 5. Cassado. decis. 4 vt lit. pẽden. incipit Maior. pars. qui

qui dicit esset veram, & communem opinionẽ Mili. in reput. in ver.lis.vers.23. & respondit Calcan.cons.116.nu.9. Et propterea ex lectura ipsius notificationis reddebatur certus D. Curtius, quod domus per eum empta litigiosi vitio non erat affecta, & ob id non potuit in mala fide constitui.

18 Vlterius cum D. Fabritius nil produxerit ad iustificandũ eius intentionem in prætensa notificatione, non debebat D. Curtius ei credere; nam simpliciter nunciãti non tenetur quis credere: secundum Bar. in prin. l. 1. in fin. ff. de eo per quẽ fact. erit. & aduersario dicenti, se appellasse à sententia non esse credẽdum docuit Spec. decitat. §. Sequitur. post prin. nu. 2. Et D. Curtius respondendo d. intimationi, expresse protestatus fuit se nolle credere assertioni D. Fabritij: & si credidisset, fuisset nimis credulus, quod esse quis nõ debet. glos. in c. Si quis præpostera. in ver. Videri. 50. dist. & est tex. l. 1. §. 1. ff. de rebus eor. Frãc. Balb. in repet. l. Celsus. sub nu. 46. ff. de vsucap. Felyn. in c. Cũ contingat. ad fin. de rescrip.

19 Et hoc ampliatur, quod nec etiam filius tenetur credere patri, asserenti in testamento se esse debitorem alicuius in præiudiciũ legitimæ: alias facilè fraudaretur. Bar. vbi alij. in l. Cum quis decedens. §. Codicillis. nu. 4. & ibi apost. ff. de leg. 3. Spec. vbi Io. Andr. tit. de confess. vers. Sed nũquid patris cõfessio. nu. 11. Panor. & alij in c. Quamuis nu. 33. de re iud. Et quotiescunque doctores volunt quod protestatione facta, si quis meliorauerit, nõ repetit, præsupponũt, quod legitimæ doctum sit de iuribus protestantis, & non quando simpliciter asseritur, habere ius in re, vti fecit D. Fabritius.

20 Et in hac materia, bonæ fidei possessorem dicimus etiam eũ, qui factum sciuit, sed probabile iuris errore ductus, putauit rem acquirere potuisse. Sic elegãter Castren. cons. 247. nu. 7. lib. 1. & pulcherrimè Corn. cõs. 147. lib. 2. & cons. 243. eo lib. & alijs adductis comprobat Peregrin. de fideicom. d. art. 50. nu. 36.

21 Nec nõ moderni Gall. in cõsuet. tit. 1. §. 1. glos. 5. nu. 76. intellexit d. tex. l. fin. §. Emptor. C. com. de legu. vt emptor à vẽditore repetere nõ possit melioramenta, prout nec etiã duplã extipulatione; non autem quod non possit repetere à vindicante, imo ab eo posse secundum regulas, quam refert, & sequitur Menoch. de recup. possess. remed. 15. nu. 508.

Qua propter stante bona fide D. Curtij, & titulo vero suæ possessionis, poterat infallanter in hac domo ædificare ad libitum; cum unusquisq; rei suæ sit moderator, & arbiter. l. In re mandata. C. mand. & cõsequẽter meliorationes debẽtur R. D. Frãcisco.

22 Ter-

22 Tertium quod in spolio non detur retentio pro melioramētis, sed restituitur, & postea de melioramentis cognoscitur, nō facit ad casum. Eo quia D. Curtius non spoliauit D. Fabritium, & quæ fuerunt adducta, militāt in spoliatore, vti considerauit Rot. in illa Fauētina bonorum, vbi hæc verba leguntur. Et Domini resoluerūt negatiuè, quia spoliator deberet prius restituere, & postea officio iudicis melioramenta petere.

23 Qua de re cum D. Curtius nō spoliauerit, sed bona fide melio ramēta cōfecerit in hac domo; nulli dubium est, quin R. D. Frācifcus eius successor melioratio nes istas consequi debeat l. Domos hæreditarias; vbi notant scribētes ff. de leg. 1. Rip. & cæteri. in l. Vbi purè. §. fin. ff. ad Trebell. Ruin. cons. 117. 1. dub. lib. 3. Bertrand. cons. 21. nu. 15. lib. 1. Paris. cons. 55. nu. 22. lib. 3. Ceph. cons. 188. nu. 37. Hip. Rimin. cons. 90. nu. 1. cum seq. cōs. 163. nu. 21. & cons. 411. nu. 4. & & per tot. Decian. cons. 18. nu. 24. lib. 2. Natt. consil. 601. col. 1. late Roland. cons. 28. lib. 1.

24 Pro quibus melioramētis resolutum quoq; est, quod ei, qui fecit, cōpetit retentio rei melio ratæ l. Paulus. ff. de dol. excep. l. Si ī arca. ff. de cōd. indeb. l. Qua ratione. §. Litteræ. ff. de acq. rer. domin. l. Idemq;. §. Illud. ff. de act. emp. l. Colonus. ff. loca. l. Colonus. iuncta glos. ff. de vi, & vi arma. l. Qui iniurię. §. fin. ff. de furt. l. Qui in rebus. §. Possunt. ff. cōmod. l. Si prædiū. C. De prædmino. cū alijs adductis per Negusant. de pigno. in 3. membr. 5. part. num. 8. Menoch. de recup. possess. remed. 9. nu. 8. & remed. 15. nu. 550. Alcia. de præsump. reg. 1. præsump. 50. Petr. à Petr. de fideicom. q. 15. nu. 308. Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 55. & notauit Bar. vbi latè Ias. in l. Si non fortem. §. Si centū. ff. de cond. indeb. Bal. & Salyc. in l. fin. C. Mand. & consulti responderunt Curt. iun. cons. 41. num. 10. Bello. cons. 10. num. 2. Ruin. cons. 100. nu. 6. lib. 4. Surd. cons. 183. num. 1. 2. & 3. Hip. Rimin. cons. 90. nu. 6. & cons. 411. nu. 5. & fuit conclusum in Con. Neap. teste Capi. decis. 17. nu. 7. Ludo. decis. Perus. 24. nu. 26. par. 2. Ex quibus omnibus non est ambigendum, quod R. D. Francisco concedenda sit retentio domus pro melioramentis factis in ea.

Quartò de citatione facta ad omnes actus, & terminos substā tiales de D. Liuia vti principali, & de alijs, si sua putauerint interesse, cumq; nil deduxerint de melioramentis istis non solum in specie, sed nec etiam in genere, sibi imputent.

25 Respondetur, quia cum R. D. Franciscus fuerit citatus, si sua putauerit interesse, & non comparuerit, nec aliquis ꝓ eo, acta, & sententia contra eum lata nō afficiunt; cum citatus in sua putauerit

tauerit

tauerit interesse non compa-rendo non dicatur contumax, secundum Bal. in c. 1. in 9. q. de milit. vassall. qui contu. est vbi Afflict. nu. 9. glos. Bal. & Salyc. in l. Ea quidem. C. Si manci. ita fun. alien. ipse Bal. in l. Praescrip. in 15. col. vers. Sexto quaeritur. C. Si contr. ius. veluti. pub. & in c. fin. in prin. de fid. instr. Ang. in l. Contumacem. C. Quomo. & quando iud. Aret. in § Quadrupli. 15. col. vers. Quid si comparuerit. instit. de act. Alex. in l. De pupillo. §. 1. in fin. ff. de no. op. nunc. & in l. Libertis. la 1. ff. de in ius vocan. quos sequutus fui in meis comment. de immun. & libert. eccles. c. 20. nu. 75.

26. Ac ẽt quia ista retẽtio dom⁹ melioratę venit cõcedẽda R. D. Frãcisco donec facta fuerit liq-datio meliorãmẽtorum; quanq̃ sententiatũ sit ad fauorẽ D. Fabritij; cum retẽtio, detur ẽt post sententiã, ex quo sentẽtiatũ nõ impugnat. per tradita à Bart. & Bal in l. 1. C. De iur. & fact. igno. ipse Bal. in l. pemptorias. nu. 12. C. Sent. rescin. nõ poss. Castren. cõs. 166. nu. 3. lib. 2. Corn. cons. 147. col. pen. ĩ fin. lib. 2. Dec. cõs. 119. nu. 2. Aym. cons. 148. nu. 2. Rolãd. cõs. 28. nu. 3. lib. 1. Ceph. cõs. 299. n. 36. Surd. cõs. 248. nu. 15. & fuit dictũ Spec. tit. de except. §. dicto. vers. Sed penè aedificauit. Ias. in l. Si in area. ff. de cond. indeb. Negusant. de pigno. in 4. membr. 5. part. nu. 10. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 7. nu. 13. Peregrin. de fideicom. d. art. 50. num. 80. Capi. decis. 119. nu. 2. Decis. Lucens. 82. nu. 1. & probat tex. l. Fideiussores. ff. de fideiusso. l. Nesennius. § 1. ff. de re. iud. l. ex diuerso in fin. ff. sol. matr. & l. 1. C. de iur. & fact. igno. vbi Ias. notat.

27. Cumq; concedatur ex parte D. Fabritij, quod facta restitutione istius domus, esset tractãdum de melioramentis, ad euitandos itaq; circuitus retinere debet possessionem domus D. Franciscus, nã si liquidatis meliorationibus D. Fabritius teneretur reddere quod esset ex illis consequutus, vtiq; expeditius erit cõcedere D. Francisco retentionem, vti circuitus euitentur, qui semper sunt euitãdi: l. Cũ fundus. §. Seruum. ff. si cert. pet. vbi Alex. & Dec. in prin. l. Dominus testamento. ff. de cõd. indeb. ibiq; latiss. Ias. nume. 3. clem. auditor. de rescrip. Io. Andr. ad spec. in rub. de oblig. & & solut. col. 1. Tiraq. de retract. conuent. in summ. 41. Natt. cõs. 153. nu. 9. Menoch. cons. 68. nu. 19. & hoc argumẽto vtitur Sur. cons. 248. nu. 18. & firmat Osasc. decis. Pedemon. 129. nu. 16. quia alias videretur, quod vna manu Rota dedisset D. Fabritio, quod altera reddere teneretur.

28. Et quae dixim⁹ adeo vera sũt, quod & si meliorationes in domo factae adhuc liquidatae non sint, attamen retentio domus competit R. D. Fracisco per eã, quae

quæ videm⁹ in restitutione vniuersalis fideicom. in qua si grauatus detrahere debet quartas, antequam fideicōmissarius mittatur in possessionem, fieri debet liquidatio, in qua examinetur, & declaretur quid dimittendum sit pro sua quarta; nec ante cogitur grauatus realiter relaxare bona. sic Bal. in l. Filiū quem habentem. num. 36. C. famil. ercisc. quē sequitur ibi Matthet. in rep. in fin. Marzar. in epitom. de fideicom. q. 70. Purpurat. consil. 104. nu. 8. quos refert, & sequitur Surd. cons. 248. num. 14.

Nec aliquid releuat dicere, quod hoc benè ꝓcederet, quādo cōstaret saltem in genere de existentia melioramētorum, nō autem quando est sola verbalis illorum allegatio.

Nam respondetur, quod satis est R. D. Francisco se offerre paratum liquidare melioramēta: vt inquit Bal. cōs. 309. nu. 4. lib. 2. & de hoc instatur in hoc iudicio, vt præfigatur terminus ad liquidandum.

29 At etiam quia de melioramentorum existentia cōstat ad sufficientiam per testes examinatos ad perpetuam rei memoriam, qui de illis optimè deponunt: & licet absq; partis citatione fuerint examinati, negari tamen nō potest, quin talem faciāt probationem, quæ sufficiat in caussa ista; sufficit nempè dare fumum de melioramentis, & offerre se paratum incontinenti probare; & quando datur fumus de melioramentis exequutio sententiæ suspenditur. Lancell. de attent. compet. num. 80. vsq; ad fin. Menoch. de recup. possess. remed. 15. nu. 568.

30 Nec audiendus esset D. Fabritius, offerendo fideiussorem de soluendis meliorationibus, illis liquidatis, secūdum Ruin. cōs. 84. col. vlt. lib. 1. ea ratione, quia iura concedunt rei retentionē, vt melioramenta soluantur: ergo non sufficit fideiussoris oblatio. prosequitur Capi. decis. 17. & sentit Tiraq. de retract. conuen. §. 1. glos. 7. nu. 13. quos refert Menoch. de recup. possess. remed. 15. nu. 569. & fuit de mente Bertaz. caus. ciui. cōs. 69. in vlt. verbis. Bursat. consil. 60. nu. 31. & ita Rotam seruasse testatur Gales. ad oblig. in for. came. ad 4. pont. quæst. 2. Quæ conclusio & si non transeat sine contradictione: verum iudicis arbitrio relinquendum, dixit Peregrin. de fideicom. d. art. 50. sub num. 82. vbi scribit: Si reus sit vir bonus, non litigiosus, vti semper fuit, & est Reu. D. Franciscus: actor verò persona difficilis, litigiosa, & potens, sicuti est D. Fabritius, prout ex gestis in exequutione, prætensæ sententiæ, plusquam satis compertum fuit; tunc Peregrin. dicit, quod non est admittenda oblatio fideiussoris, præcipere cum melioramenta sint magnæ

importantiæ, & R. D. Fräciscus sit paratus de illis docere. Et subiungit Peregr. d loco, In re dubia, & pari possessori fauendum, cui iura retentionem rei, etiam post rem iudicatam, concesserunt; nā nisi ex aliqua iusta caussa, cautionibus res cōmittēda est, hæc Peregrin. Surd. verò d. cons 248. nu. 18. vers. Posthumo. respondit. Quod naturalis dictat ratio æquitatis, ꝙ dum tractatur de valore melioramentorum, stet possessio penes reum, potius quam penes actorē: etsi fideiusio esset præstanda, vtique magis recipienda esset à Reuer. D. Francisco, in quo tot concurrunt qualitates, quam à D. Fabritio. Quare decisum fuit malè exequutionē factam, & domum restituendam esse D. Francisco, pro retentione suorum melioramentorum, donec de eis fuerit cognitum. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Vigesimanona.

Vigente statuto in hac Ciuitate, ne maritus habens filios ex primo matrimonio possit relinquere secunde vxori vltra quinquaginta libras, D. Bartholomæus Zanichellus de Cruciano habens filios ex prima vxore, volens ostendere aliquod signum amoris quo semper prosequutus est D. Fuluiam Magnanā eius vxorem in secundo matrimonio, & in aliquo compensare seruitia, & obsequia per eandem facta, non solum versus personam ipsius, sed personas eius filiorum ex primo matrimonio, & etiam propter fructus terrarum extra dotaliū ipsius D. Fuluiæ perceptos per ipsum de eius voluntate, & in vsus proprios conuersos, sponte, & omni alio meliori modo titulo donationis inter viuos, quæ vllo vnquam ingratitudinis vitio reuocari nequeat, aut alia de caussa, donauit eidem D. Fuluiæ multa mobilia excedentia d. summā à statuto præfixam. Mortuo D. Bartholomæo R. D. Ascanius vnus ex filijs præfati D. Bartholomæi ex pri-

primo matrimonio recusabat tradere bona donata, sub praetextu, quod vigore statuti donatio esset nulla: caussa in hoc foro introducta, fuit dubitatum de validitate istius donationis.

SVMMARIVM.

1 Statutum, quod maritus habeus filios ex primo matrimonio, non possit relinquere nisi certam summam secundæ vxori, valere demonstratur.

Cuius statuti ratio ea est, ne maritus priuet propriam sobolem successione ei debita.

Quę ratio ita militat in relictis factis in vltima voluntate, sicuti in factis inter viuos.

2 Statuti ratio quando militat, & statuti dispositio locum habet, & ex identitate rationis extenditur, cuius contrarium. nu. 17.

3 Statuti dispositio quando viget, nō est vlterius inuestigandum; quia inanis reputatur disputatio, vbi statuti extat decisio.

4 Donatio caussa mortis dicitur, quotiescunq; donans magis respicit personæ suæ, quam donatarij.

5 Donatio caussa mortis vltimæ voluntati comparatur quoad efficaciam, & effectum.

6 Iura non admittūt fraudes, & collusiones statutorum.

7 Opinio Collegij doctorum, cęteris opinionibus antefertur.

8 Menoch. opinio refertur in cons. 344. vbi dicit. Quod si per statutum prohibitum sit testari ad cōmodum vxoris in præiudicium filiorum, multò magis interdictum erit donare inter viuos: eo quia facilius impeditur inter coniuges donatio inter viuos, quàm testari. Sed declaratur nu. 23. & seq.

9 Actus, seu contractus talis præsumitur qualem partes denominat, & ex tenore verborum dignoscitur contractus, cum verba sint forma contractus.

Donatioque inter viuos dicitur, si donans dicat se titulo donationis inter viuos donare.

10 Donatio irreuocabilis, etiam si esset facta caussa mortis, transit in donationem inter viuos.

Quia qualitas irreuocabilitatis repugnat donationi caussa mortis, & est illi incompatibilis.

Maximè si qualitas irreuocabilitatis ponatur à principio in verbis substantialibus ipsius contractus.

11 Verbum, Relinquo, est verbum vltimæ voluntatis, vbi multa de proprietate illius.

12 Statutum prohibens relinquere, non prohibet donare inter viuos, nec extenditur ad actum inter viuos gestum.

13 Statum prohibens relinquere, non habet locum in donatione caussa mortis, eo quia inducitur vt contractus, & in modo ineundi æquiparatur contractui. Et est titu-

lus medius inter donationem inter viuos, & legatum.

14 *Statutum prohibens maritum relinquere uxori non habere locum in donatione inter viuos, ostenditur.*

15 *Maritus tenetur restituere vxori fructus perceptos ex bonis extra dotalibus.*

16 *Donatio remuneratoria, seu compensatoria non est propria, & mera donatio.*

Vnde personæ probibitæ donare, possunt nihilominus caussa remunerationis donare; & referuntur multi casus.

17 *Statutum prohibens relinquere vxori est iuris communis correctorium; Ideo non extendendum, nõ solum ex identitate, sed nec etiã ex maioritate rationis, vbi multa ad propositum.*

18 *Donationem inter viuos prohibendi ratio non est eadem, quæ est in vltima voluntate: & differentia datur.*

19 *Donatio patris inter viuos facta vxori transfert in eam dominiũ bonorum donatorum, in quibus tunc temporis filius nullum ius habet, nec spem probabilem, nec vltra legitimam, nec in legitima: & filius, viuente patre, nullo pacto disponere potest de bonis paternis.*

20 *Dispositio patris in vltima voluntate non sortitur effectum, nisi post mortem, quo tempore ius quæritur descendentibus.*

21 *Donationis effectus collatus post mortem non facit quod donatio dicatur caussa mortis.*

22 *Statuta sunt stricti iuris, nec extendi debent, vel aliter intelligi, quàm loquantur, & tantum disponunt, quantum dicunt, & sunt sterilia sicut mulæ.*

23 *Menoch. cons. 11. & cons. 344. declaratur.*

24 *Statutum prohibens matri relinquere alijs, quàm filijs, differt à statuto prohibente marito relinquere vxori, & differẽtia assignatur.*

De statuto prohibente relinquere vxori, an comprehendat donationem inter viuos.

Diuino inuocato suffragio.



Visis statuto & instrumẽto donationis factæ per D Bartholomeum D. Fulniæ eius secundæ vxori iudicialiter exhibito, videbatur dubitandum de validitate ipsius donationis ex infrascriptis.

1 Primò. Quia statutum præfatum prohibet marito habẽti filios ex prima vxore relinquere secundæ vltra quinquaginta libras Quod statutum valere docuit Bar. in l. 1. sub nu. 42. C. de sum. trin. & respondit. Alex. cõs. 41. nu. 7. lib. 5. quod duplicatur consil. 116. libr. 6. Dec. post multos. cons. 196. in prin. vbi dicit de eius validitate, non esse dubitan-

bitandum, Aich. conf. 79. in fin. Cum vero D. Bartholomęus donauerit suæ vxori secundæ omnia mobilia, quæ tempore suæ mortis reperirentur excedentia absq; dubio quantitatem à statuto permissam; hinc donationē nō valere dicere debemus.

Eo quia statuentes ad ita sanciendum inducti fuere, ne maritus habens filios ex primo matrimonio, propriā sobolem successione ei debita priuet, allectus blandicijs, & suasionibus mulieris.

Quam rationem vti verā considerarunt Bar. consil. 23. col. 4. in fin. lib. 4. Socyn. conf. 75. col. 2. in fin. lib. 3. Alcia. consil. 226. & de verb. signif. lib. 2. Natt. conf. 463. in fin.

2 Quæ quidem ratio tā militat in relictis factis à marito vxori in vltima voluntate, sicuti inter viuos; & postquam eadem militat ratio, ergo & statuti dispositio locum habere debet. hoc argumento vtitur Alciat. d. consil. 226. nu. 1. Curt. sen. conf. 11. col. 2. vbi firmat. quod hoc statutum ex identitate rationis extenditur. ita in puncto Menoch. conf. 11. nu. 9. & 10. & cōf. 344. nu. 12.

3 Et postquam habemus statuti dispositionem, non debemus vlteriꝰ inuestigare, vt dicit Bal. in l. Gallus. §. Etiā. in 2. not. ff. de lib. & posth. quē refert Dec. cōs. 163. num. 7. Et inanis reputatur disputatio, vbi statuti extat decisio, secundum Corn. conf. 109. in fin. lib. 1. Ceph. conf. 138. nu. 20. Beci. conf. 12. nu. 2. Surd. cōs. 58. nu. 3. & conf. 100. nu. 13.

4 Secundò, postquam D. Bartholomæus in donatione ista magis respexit personæ suæ quā vxoris, cum post mortem ipsius bona donata habere voluit; ideo caussa mortis donasse videtur tex. Habemus in l. 1. ff. de donat. cauf. mort. in qua dicitur, quod mortis caussa donatio est, cum quis habere se mauult, quā eum, cui donat, magisq; eū cui donat, quam hæredem suū.

5 Verùm quia donatio caussa mortis vltimæ voluntati comparatur quoad effectum, & efficaciam secundū glos. quæ ordinariè allegari solet in l. 2. in prin. in ver. Legatum. ff. de dot. prælega. quam communiter approbatam esse dicit, Soc. consil. 130. nu. 9. lib. 1. eāq; tanquā cōmunem sequitur Iason in l. Cum antiquitas. num. 2. C. de test. in l. 2. num. 1. ff. de leg. 1. & in l. Senium. nu. 8. in fin. C. qui test. facer. poss. Rip. in d. l. 2. num. 15. ff. de leg. 1. Alcia. in l. 2. num. 10. ff. de verb. oblig. quos omnes recensuit Clar. in §. Donatio. q. 5. num. 1. quibus addo Surd. conf. 71. num. 8.

Quò fit, quod sicuti maritus vigore statuti prohibetur relinquere vxori in vltima voluntate, pari ratione donare prohibetur caussa mortis, postquam quoad efficaciam parificantur.

6 Tertiò, si donatio hęc nr̄a valeret,

leret, sequeretur, quod maritus posset fraudare, & eludere statuti prohibitionem, quas fraudes & elusiones iura non admittunt. l. Non dudũ. C. de ll. Simili argumento citetur Rip. in l. 2. nume. 14. ff. de leg. 1. & fuit de mente Dec. d. cons. 196. num. 1. in fin. & Rip. testatur ita fuisse iudicatum ab amplissimo Collegio Iuris. Cons. Mediolani, quę
7 Collegij opinio cæteris debet anteferri; vt scribunt Abb. in c. Prudentiam. in princip. de off. delegat. Dec. consil. 400. num. 1. & Aym. consilio 132. numero 16.
8 Quartò & vltimo, etsi assere re velimus, quod donatio ista non caussa mortis, sed inter viuos facta fuerit; attamen in statuto prohibitiuo relinquere vxori comprehendi, totis virib. conatur defendere præclarissimus Menoch. cons. 344. per tot. & nũ. 9. comprobat quod si per statutum prohibitum est testari ad commodum alterius in præiudicium filiorum, multò magis dicitur esse interdictum donare inter viuos, quandoquidem facilius impeditur donatio inter viuos, pręcipuè inter coniuges, quam testari, & in vltima voluntate disponere. hæc Menoch. q inuisus non relinquatur; respõdit enim, quod stante statuto Patauino, quod mater habens filios non possit relinquere alijs, quàm filijs, quod nec etiam donare poterit inter viuos. His tamen non obstantibus, contrarium decidendum esse duxi ex pluribus.

Primò. Quia clarum est, quod D. Bartholomęus inter viuos donauit D. Fuluiæ, sicuti expressè & apertè dicũt verba ipsius donationis, ibi titulo donationis inter viuos, quæ vllo vnquã ingratitudinis vitio reuocari nequeat, aut alia de caussa.
9 Talis nempe præsumitur actus, seu contractus, qualem partes denominarunt. Abb. consil. 15. in fi. lib. 1. Alexand. cons. 3. col. 2. lib. 1. Socin. consil. 248. col. 2. lib. 2. Bec. consil. 35. nu. 9. & dicebat Dec. cons. 32. col. 1. Quod ex tenore verborũ cognoscitur contractus. & secundum Bal. in l. Quoties. colum. 2. C. de suis & legit. verba sunt forma contractus: & hoc procedit etiam si in contrarium aliquæ sint coniecturæ, vel præsũptiones, Aret. consil. 55. in fin. Aym. cons. 20. num. 4. Bec. d. cons. 35. num. 10. & magis in specie dicebat Bar. in l. fin. colum. pen. vers. Et examinemus. C. de pact. quòd iudicatur donatio inter viuos, quando donans dicit, se titulo donationis inter viuos dare: hoc idem tenuit Castrens. cons. 382. nu. 1. lib. 1. & etiam voluerunt Alex. Soc. Ias. Rip. & Ruin. quos refert, & sequitur Sim. de Pret. de interpr. vlt. vol. lib. 2. interpret. 1. dubit. 1. solut. 14. nu. 3. quibus nõ dissentit Surd. cõs. 450. num. 3. & 4.

Et

10 Et tantò fortius donatio de qua agimus, est dicenda facta inter viuos, postquam D. Bartholomęus voluit quod irreuocabilis sit. vnde resultat, quod etiã si esset donatio caussa mortis, transierit in donationem inter viuos per tex. expressum in l. Vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. & est communis opinio secũdum Couar. in rub. de testa. in 2. part. sub num. 11. & respondit Natt. consil. 104. nume. 6. & seq. quod in hoc neminem reperit cõtradicentem: scribitq; Clar. in §. Donatio quæ. 4. quod hæc qualitas, quod sit irrenocabilis; adeo repugnat donationi causa mortis, vt sit illi incompatibilis. Præsertim cum à principio in ipso donationis contractu, & in verbis substantialibus dixerit D. Bartholomæus donator, quod non possit reuocari vllo vnquam ingratitudinis vitio, aut alia de caussa. Quo in casu dicitur donatio inter viuos; ita notabiliter dixit Dec. consil. 305. colum. penult. vbi dat intellectum ad d. l. Vbi ita donatur; & Dec. sequitur Natt. d. consil. 104. nume. 8. His sic firmatis, quod donatio facta per D. Bartholomęum sit inter viuos, non resistit statutum suprad. quia loquitur in vltimis voluntatibus, non in dispositione inter viuos.

11 Verbum etenim, Relinquo, quo semper vsi fuere statuentes, est verbum vltimæ voluntatis. l. fin. in fin. ff. de tab. exhi. glos. 2. in l. Vnic. Cod. de pecul. eius qui liber. mere. & glos. vni. in authent. Sed hodie. Cod. qui mann. non poss. & in §. fin. in ver. Impleuerit. instit. qui & ex quib. caus. Dec. consil. 86. in fin. Rauen. sing. 625. Hip. Rimin. consil. 244. num. 137. Alexand. consil. 54. nume. 4. lib. 7. & hæc est propria significatio hui' verbi, Relinquere, secundũm Alexand. vbi proximè, & præfatum verbum Relinquere, non conuenit donationi inter viuos d. l. fin. §. vlt. vbi glos. & doct. ff. de tab. exhi. l. Iubemus nulli. §. vlt. cum glos. in c. Requisisti. in ver. Nec est. de testa.

12 Postquam igitur statutũ prohibet relinquere vxori in vltima voluntate, non per hoc impedit donare inter viuos, per tex. l. Si seruum meum. in prin. ff. de hæred. instit. in quo cauetur, quod prohibitus capere ex vltima voluntate, non prohibetur capere ex cõtractu inter viuos: quem tex. ad hoc notauit Bal. ibi, ipse Bal. in l. Si is, qui. ff. de vulg. & pup. Et mandarunt nobis Aretin. §. vltim. instit. quib. manu. non lic. & Dec. in l. fin. in 4. not. Cod. de test. milit. Quod dispositio loquens in vltimis voluntatibus, non extenditur ad actum inter viuos gestum. Et habemus in l. Si ita quis. §. Ea lege, vbi doct. ff. de verb. oblig. quod prohibitus alienare in vltima

D 4 volun-

voluntate, non censetur prohibitus alienare inter viuos: vnde dicere cogimur, statutū nostrum non resistere donationi factæ D. Fuluiæ inter viuos.

13 Secundò. Quæstionem hanc nostram decidere videtur Bart. in l. 2. ff. de dot. prælega. & in l. 1. in fin. ff. de donat. caus. mort. dum ait, quod statutum prohibens reliquere, vel legare, non habet locū in donatione caussa mortis; eo quia huiusmodi donatio inducitur vt contractus, quod fuit dictum glos. in d. l. 2. ff. de dot. prælega. & Alexand. in l. 2. ff. de leg. 1. affirmat, quod lex municipalis prædicta non impedit, virū donare caussa mortis vxori: quod etiam cōprobauit idem Alexand. consil. 116. lib. 2. & consil. 76. colum. 4. lib. 5. prosequitur Dec. d. consil. 196. vbi citatis alijs, tenet, hoc procedere, etiam si donatio caussa mortis fieret in testamento, sub illa clausula, si non valet iure testamenti, valeat vt donatio caussa mortis. huius quoq; sentētiæ citatur Roman. cons. 171. col. pen.

Et mouentur præfati, quia donatio caussa mortis in modo ineundi semper æquiparatur contractibus, secundum glos. in d. l. 2. ff. de dot. prælega. Bal. Cuman. Alexand. Iason. Ruin. Pont. Rip. & Socyn. iun. in d. l. 2. ff. de leg. 1. vbi Iason. in specie dicit, quod totus mundus ita tenet. Alios cumulat Hipp. Riminald. instit. de donat. in prin. num. 572. & in consil. 789. nume. 68. modo si in donatione caussa mortis, supradicti maximè auctoritatis patres voluere, statutū prohibitiuum relinquere, locum sibi non vindicare in donatione caussa mortis, & tamē donatio caussa mortis quoad effectum, & efficaciam æquiparatur vltimæ voluntati, vt diximus, & dicit tex. l. fin. Cod. de donat. caus. mort. Bal. in l. Cum hi, in prin. ff. de transact. doct. in d. l. 2. Guil. de Bene. in c. Raynutius. versic. Testamentum. 4. nume. 39. de test. & Hippol. Riminald. instit. de donat. in prin. num. 649. Et nihilominus Alexand. consil. 26. nume. 4. lib. 2. respondit, statutum Parmę, quo marito interdictum est, ne vxori leget, non prohibere donationem caussa mortis, cum donatio caussa mortis sit titulus medius inter donationem inter viuos, & legatum: ita pariter interpratatus fuit, statutū Cremonæ Ruin. cons. 44. nu. 25. lib. 2. pari modo Dec. intellexit statutum Mediolani d. consil. 196. & Ceph. in statuto Papiæ consil. 59. num. 12. Quinimò Corn. in fortioribus terminis consil. 185. lib. 1. respondit, maritum prohibitum legare vxori, non censeri prohibitum eam hæredem institnere. cum hæredis institutio sit quid diuersum à legato, & è contra. Barbat. consil. 12. colum. 4. lib. 1. respondit 14

quod

quod statutum prohibens donare caussa mortis nō comprehendit legatum.

Quid ergo dicendum in donatione nostra inter viuos facta, quæ absq; dubiò inter contractus connumeratur, & consequenter non comprehenditur in dict. statuto de vltima voluntate loquente.

14 Tertiò. In hac nostra facti specie consultus respōdit Alexand. consil. 54. nume. 4. lib. 7. quod statutum prohibens maritum relinquere vxori, non habet locum in donatione inter viuos. Et in casu magis dubitabili consuluit Ruin. dict. consil. 44. num. 25. lib. 2. quod confessio facta per maritum de dote recepta ab vxore, ad instantiam Notarij stipulantis, & recipientis nomine vxoris, sapit donationem inter viuos, & non comprehendi sub statuto prohibitiuo nil tacitè, vel expressè legari vxori, cum sub nomine relicti nō contineatur donatio, quæ morte mariti fit confirmata, per ea, quæ tradit Alexand. consil. 26. lib. 2. & hanc Ruin. opinionē amplectitur Hippol. Riminald. consil. 42. nu. 104. qui loquitur in statuto Patauino p̄hibente mulieres habentes filios, alijs quicquam relinquere, & dicit intelligendum quādo relinqueret in vltima voluntate, nō tamen per contractum inter viuos, & citat Alex. Dec. & Ruin. Et Io. dilect. de art. testan. lib. 1. caut. 13. nu. 1. 2. & 3. pro cautela dat; quod stante, statuto, ne maritus possit vltra certam quātitatem relinquere vxori, si maritus benemerenti coniugi vltra quantitatem permissam, quantum velit dare intēdit, remedium erit, quod per viā donationis inter viuos donet; ita quòd donatio post mortem viri effectum habeat per d. l. Vbi ita donatur. cum glos. ff. de donat. caus. mort. sicuti factum fuit in casu isto.

15 Quartò considerandum erit, quod D. Fuluia habebat bona extra dotalia, quorum fructus receperat D. Bartholomæus, vti ipse asseruit in actu donationis, ad quorum restitutionem absq; dubio D. Bartholomæus tenebatur, & eius hęredes tenentur, vti magistraliter, & plenè scribit Soc. cons. 82. sub nu. 24. vers. 4. principaliter lib. 4. per notata in l. De his. C. de donat. int. vir. & vxo. & est tex. iunct. glos. secūdū vnū intellectū ibiq; Angel. & Imo. in l. pen. ff. ad l. Falc.

16 Quapropter cum in compēsationem, & remunerationem d. fructuum, quos restituere cogebatur, donauerit D. Fuluiæ; ista non est dicenda propria & mera donatio l. Aquilius. & l. Si pater. §. 1. ff. de donat. Oldr. cōs. 139. 2. q. Io. Andr. ad spec. tit. de instr. edi. §. Porrò. in vlt. addit. Bal. in l. Quoniam nouella. post prin. Cod. De in off. test. Panor. vbi apost. in rub. de donat. in fin.

fin. Alex. cons. 12. col. 2. vers. Insuper d. donatio libr. 1. q. duplicatur cons. 53. lib. 5. Ias. consl. 73. num. 2. lib. 3. Bar. per tex notabilem in l. Sed etsi lege. §. Consuluit. in fin. ff. de petit. hæred.

Qua de re dato etiam; quod in statuto supradict. comprehenderetur donatio inter viuos, tamen donationem hanc remuneratoriam nõ comprehenderet per supradicta.

Personæ namq; prohibitæ alienare possunt utiq; ex caussa remunerationis beneficij alie- 1 nare. l. Cuius libertus. ff. Si quid in fraud. patro. Hinc videmus in c. Relatum. & in c. Cum in officijs. de testa. dari facultatẽ Prælatis, quibus alias est prohibitum alienare, vel infeudare res ecclesiarum, illas alienandi propter merita, & gratia remunerandi. quod pariter habemus in l. Iubemus nulli. in prin. vbi Bar. & alij C. de Sacros. Eccles. & notat Bar. in l. Iusta caussa. p illum tex. ff. de manu. vindi. Io. Andr. in addit. spec. tit. de reb. Eccles. non alienan. super rub. Ias. cons. 227. nu. 35. lib. 2. Tutores quoque & curatores, qui alias prohibetur donare res minorum, possunt tamen donare ex caussa remunerationis benè merentibus. l. Cũ plures. §. pen. ff. de admin. tuto. l. 1. §. Sed nõnullos. ff. de tute. & ratio. distr. Tiraq. in l. Si vnquam. in ver. Largitus. num. 25. C. de reuocan. donat. Bero. cons. 61. num. 25. lib. 1. Similiter Decuriones Ciuitatis possunt donare de bonis Ciuitatis vt remunerent benefacientes, & benemeritos. d. l. Iubemus nulli. C. de Sacros. Eccles. & d. l. Cũ plures. § pen. & l. Tutor secundum dignitatem. ff. de admin. tuto. l. Diuus. § fin. ff. de bon. damna. nec per hoc decreta dicuntur esse ambitiosa, nec rescindi poterunt, 1 ita signãter tenet Bar. in l. Ambitiosa. in 1. q. ff. de decret. ab ord. facien. Ias. consil. 73. num. 12. & 13. lib. 3. vbi Becci. in addit. littera A, B, & C.

Ex quibus omnibus dicendum duxi, quod donatio facta per D. Bartholomæum eius vxori valida sit, non obstantibus, quæ in contrarium adducebantur.

17 Primùm nempe de extensione statuti ex identitate rationis, non valere visum fuit; quia cum statutum hoc sit iuris cõmunis correctorium, postquam impedire liberam bonorũ suorum dispositionem est contra formam iuris. l. Dudum. C. de contrah. emp. l. 1. C. de Sacros. Eccles. cum similibus. & dicit Bal. consil. 411. lib. 1. quod hoc statutum iniquum est, prout illum refert Decian. consil. 33. num. 148. lib. 1. Curt. Sen. consil. 11. colum. 1. Soc. Sen. cons. 75. colum. 1. libr. 1. Dec. dicto consil. 196. num. 4. Corn. cons. 185. num. 1. libr. 1. Curt. iun. cons. 6. num. 7. Natt. cons. 463. num. 6.

num. 6. Ceph. conf. 59. num. 27. Ius namque commune permittit viro vxori relinquere secundum Bursatt. conf. 180. nu. 25. vbi pulchrè. Et per hoc statutum derogatur iuri communi. l. vltim. ff. si quis aliq. test. prohib. & l. ult. ff. de ijs quib. vt indi. Curt. iun. d. conf. 6. num. 7. & Natt. d. conf. 463. num. 6. Cum ergo statutum loquatur, quod non possit relinquere, nō erit extendendum ad hanc donationem inter viuos, postquā inter se valde disferunt, vti scribūt Bar. in l. 1. ff. de donat. caus. mort. & omnes in l. 2. ff. de leg. 1. Et dicit in specie Alex. dicto cons. 54. nu. 4. lib. 7. quod statutum præd. correctorium iuris communis, corrigens in vno casu, nō debet extendi ad aliū casum. & nu. 9. subiungit, quod statuta, quæ sunt contra ius commune, ne dum ex identitate, sed nec etiam ex maioritate rationis extendūtur de vno casu ad alium, secundum communem opinionem, vt notatur in authent. quas actiones. C. de Sacrosf. Eccles. & in l. Tam is §. 1. ff. de donat. caus. mor. & plenè tradunt scribentes in l. Si vero. ff. sol. matr. etiam si statutum corrigeret legē iniquā, vt inquit Ange. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth. & Hip. Rimin. d. consil. 42. sub num. 104. comprobat, quod cum statutum loquatur de relicto in vltima voluntate facto, non includitur in verbis statuti tacita donatio, quæ ex confessione resultat, quia uerba statuti præsertim exorbitantis à iure communi, debent intelligi propriè. l. 1. §. Si quis nauem. ff. de exerci. actio. Et multi in auth. Quas actiones. C. de Sacrosf. Eccles. uoluere, quod statutum iuris communis correctorium nō extendatur de casu ad casum ex identitate, uel etiam ex maioritate rationis. Castren. in l. Illam. C. de collat. & in l. Si defunctus. C. de suis, & legit; & dicit Hip. Riminald. consil. 497. num. 64. quod hoc est ab omnibus decantatum, quod in correctorijs non est extensio licita, etiam ex maioritate rationis non expressæ in statuto.

18 Secundò responderi potest, quod non est eadem ratio prohibendi donationem inter viuos, quæ est prohibendi relictum in vltima uoluntate, quia testatores perturbati mortis cogitatione, & plerique in infirmitate constituti, testantur, quo tempore magis egent cura, & diligentia uxorum; ideo facilius seducuntur blandicijs ad eis relinquendum: quod nō contingit, cum donant inter uiuos. ita Alexand. in sæpe citato conf. 54. nu. 9. lib. 7. quam differentiam ponderauit Alcia. dicto consil. 226. in fin. Hippol. Riminald. dicto conf. 442. num. 106. alteram notauit differentiam inter donationem inter

viuos

viuos, & relicti in vltima volũtate; nam per donationem inter viuos agitur de translatione dominij bonorum patris in donatariã eo viuēte, quo tēpore nullũ ius, nec spem probabilē filius habet in bonis patris, nec vltra legitimam, nec in legitima quidem, vt per illũ tex. tradit Bar. in l.1. §. Si impuberi. ff. de collat. bono. Bart. Bal. & Angel. & cæteri in l. Lex cornelia. ff. de vulg. & pupill. cum alijs congestis per. Iason. in l. In suis. 3. colum. ff. de lib. & posth. & in l. Is potest. colum. 3. ff. de acqui. hęred. Dec. cons. 19. colum. pen. Ruin. consil. 149. nume. 3. lib. 3. Fabia. de Chiocc. in autēth. nouissima. num. 66. C. de inoff. test. Et ideo de tali spe veluti vana, nec alius, nec filius disponere potest, vt inquit Bar. in l. fin. ad fin. C. de pact. quem cæteri sequuntur.

20 Sed relicta in vltima voluntate non sortiuntur effectum nisi post mortē patris. l.1. ff. de test. instit. de leg. in princ. cap. Cum mart. de celebrat. missar. Quo tempore ius quæritur descendentibus dict. l. In suis, cum ibi notatis. Igitur in primo casu debet pater facilius posse disponere, quàm in secundo, quia non pręiudicat filio iniure quęsito, sic vt in secundo casu contingit. Hæc Riminald. iun. qui cum fuerit insignis ætatis nostræ doctor, auctoritas illius multum valere debet.

Secundùm, Quod donatio cōtrouersia sit facta caussa mortis, vnde cum comparetur vltimæ voluntati quo ad effectum, ita censenda sit prohibita per statutum, sicuti relictum in vltima voluntate. Satis per iam dicta remouetur, cum firmauimus hanc donationem inter viuos esse, & non posse aliquo pacto reputari caussa mortis ob irreuocabilitatem in ea appositam, quæ totaliter repugnat

21 donationi caussa mortis. Et licet effectus istius donationis sit collatus post mortem Domi. Bartholomæi, non per hoc efficitur, quod donatio dicatur caussa mortis, vti respondit Natt. consil. 104. numero. 11. in fin.

Vlterius ostēdimus superius, quod multi ex nostratibus non leuis auctoritatis, senserunt, quod etiam donatio caussa mortis non sit prohibita vigore dicti statuti. Et propterea non resistit fundamentum præfatum.

22 Tertiùm de fraude, quam facere possunt donantes, si in statuto nō comprehenderetur donatio; facili negocio remouebitur, si præmittamus, ꝙ statuta sunt stricti iuris, nec extēdi debent, vel aliter intelligi, quàm loquantur, & disponant. l. 3. §. Hæc verba. ibiq; Bart. Bal. & alij ff. de nego. gest. sed tantum disponūt quãtum loquuntur,

tur, & non vltra Bal. in l. Testamentum non ideo. C. de test. & in l. Si furiosi. per illum tex. in ver. Nõ loquitur. C. de nup. Hip. Rimin. conf. 588. nu. 34. & conf. 643. num. 3. & Bertazo. cauf. crimin. cõf. 175. nu. 17. lib. 1. dicit, quod statuta sterilia sũt vt mulæ, quæ non pariunt, nec recipiunt interpretationẽ, nec subauditum intellectum, sed secundum eorum verba strictè, & frigidè sunt intelligenda; prout illa refert Hip. Rimin. d. conf. 640. nu. 4. quod etiam dixit Mãtu. conf. 29. nu. 2. lib. 1.

Vnde cum statutum tãtummodo ꝓhibeat relinquere vxori, debet esse contentum suis terminis, sicuti decidit Cassado. in reg. Cancell. quæ statuti vim habent, decis. 16. col. 4. Et propterea donantes vxoribus non fraudant statutum, postquã de donationibus non loquitur, & fat est, vt in casu, de quo loquitur, seruetur. ita respondit Dec. d. conf. 196. in fin.

23 Quartum, & vltimum desumptum ex auctoritate Menoch. d. conf. 11. & conf. 344. satis sublatum cẽsemus ex auctoritatibus tantorũ, qui cõtrariũ consuluerunt. quibus addo Mantu. conf. 201. lib. 2. vbi affirmat, hoc statutũ Patauinũ intelligi de vltimis dispositionibus, nõ autẽ de actibus inter viuos: & ait, ita practicari, & obseruari in Ciuitate Paduæ. Et propterea, & si apud me magna semp fuerit auctoritas Menoch. qui preceptor meus fuit, non per hoc credo, ꝙ æquiparari possit auctoritati Alex. & aliorum superius adductorum.

Etsi velimus deferre Menoch. possumus dicere, ꝙ in conf. 11. loquut⁹ fuit in donatione caussa mortis, nos verò versamur in donatione inter viuos: & ob id eius responsũ nõ officit. Quod verò dixit in conf. 344. in casu suo forsitan substineri potest; quia statutũ Patauinũ mandat, ꝙ mulieres habentes filios non possint relinquere, nec abintestato, aut donatione caussa mortis, aliquo modo bona sua alteri, quàm filio, ex quibus verbis etiam donationem inter viuos comprehẽdi dicit Menoch. nu. 15. ob illa verba, aut aliquo modo, quæ terminare prætendit casum suum. Quia cum dictum statutum velit, quod nõ possint relinquere, nec abintestato, aut donatione caussa mortis, illa verba, aut aliquo modo, si non comprehenderent donationem inter viuos, essent supflua. hinc, vt aliquid operentur, voluit Menoch. comprendere donationem inter viuos.

24 Rursus Menoch. loquitur in statuto prohibente matri relinquere alijs, quàm filijs: nos verò sumus in statuto prohibẽte marito, inter quæ magna est differentia, vti considerat ipse Menoch. d loco num. 28. dum dicit quod ratio ponderata ab Alex. d.

d.conf.54.num.9.in fin.lib.7.& ab Alcia.d.conf.226.in fi.casui suo non adaptatur; quia illa locũ habere potest in casu, quod maritus non possit relinquere vxori, vt scilicet donare possit, cum tunc cesset suspicio blandiciarũ, quibus mariti infirmitate grauati ab vxorib' assiduis blãdicijs alliciuntur; vt sibi relinquant, vt facilè, quod cupiunt, concedant.

Quæ sanè ratio perturbationis mortis, & blandiciarum cessat in donatione iter viuos: Sed in casu Menoch. considerari nõ potest hæc ratio; Quando quidem matres prohibitæ à statuto, de quo respondit, relinquere alijs, quàm filijs, ab illis, quibus relinquere prohibentur verisimiliter allici non possunt ad relinquendum, vt superiori casu, cum vt plurimum matres cõmorari soleant cum filijs, à quibus potius blãdicijs possunt allici ne relinquerent alijs, quàm sibi. Quapropter nec cõs. pręd. Menoch. resistit huic nostræ donationi, cum versemur in marito, & non in matre; & in statuto nostro solum prohibetur relinquere, & nõ donare caussa mortis, aut aliquo modo, vt in statuto Patauino, in quo nihilomin' Hip. Rimin. d.cons.42. cõtrariũ respondit, vt diximus.

Vlterius in casu Menoch. donatio non erat compensatoria, & remuneratoria, sicuti hęc nostra, quæ facta fuit ob fructus perceptos ex bonis extra dotalibus D. Fuluiæ, qua de re nec ẽt propriè dicẽda est donatio, sed restitutio debiti; pro quo & D. Bartholomæus, & hæredes conueniri possent. Fuit itaque decisum, donationem valere, nõ obstante statuto præfato &c. Laus Deo &c.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Trigesima.

Dominus Petrus Cantutius in suo testamento reliquit D. Portiæ eius filiæ scuta mille, si nupserit, & si monasterium ingrederetur, scuta quadringenta. Post mortem Patris habitum monasthicum suscepit, & tempore debito professionem vouit, recepitq; scuta quadringenta à fratribus; fuit dubitatum, an residuum vsque ad mille consequi posset Monasterium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Actus humani à voluntate, & potestate dependent; & in quocunque actu requiritur voluntas, & potestas.

Quia sine voluntate nihil ad finem perducitur; & sine potestate nihil est reducibile.

2 Testator non potest disponere, vt excludatur monasterium. Sed quomodo procedat, declaratur num. 10. num. 21.

3 Conditio impeditiua vitæ contemplatiuæ non valet, & habetur pro non scripta, quod declaratur num. 26. & 27.

4 Filia, cui pater legat mille si nupserit, & quadringenta si religionē ingrediatur, inuitatur ad matrimonium, vnde non valet, sed videndum num. 25. & 26.

5 Conditio impeditiua nuptiarum tēporalium reijcitur, etiam contra expressam testatoris voluntatē, tanquam impeditiua bonum cōmune, sed quomodo intelligatur num. 28. & 29.

6 Argumentum à matrimonio temporali ad spirituale valere, demonstratur, sed declaratur nu. 28.

7 Statutum, quod ingrediens religionem, non succedat, non valet.

8 Argumentum à statuto ad dispositionem testatoris validum.

9 Testator, si relinquat filiæ centum si nupserit, si vero religionem profiteatur, quinquaginta, casu quo profiteatur cētum consequi debere, multi sensere, qui seriose enumerantur.

Sed multò plures contrarium tenentes referuntur nu. 20.

10 Testatoris expressa voluntas attendenda, dato quod piam caussam excludat, & quare.

11 Testator quotiescunque expresè declarat, nolle bona sua in monasterium transferri, non sunt applicanda contra testatoris voluntatem.

12 Papa solus subsistente caussa disponet contra testatoris voluntatem.

13 Testatoris arbitrio est substituere filio iam ingresso Monasterium, dummodo supra legitimam.

14 Benefacere nemo cogitur inuitus.

15 Rip. in l. Ex facto. §. Si quis rogatus. ff. ad Trebell. qui dicebat, quod etsi nemo cogitur inuitus benefacere, attamen compelli debet non malefacere, declaratur.

16 Testator disponendo de rebus suis Ecclesiæ acquirendis, potest legem imponere, & conditionem in præiudicium Ecclesiæ, & eius grauamen.

17 Laycus patronus Ecclesiæ in fundatione potest collationem illius, alteri, quàm Episcopo cōcedere.

18 Res, quæ transit ad Ecclesiam, licet efficiatur immunis & exempta à collectis, potest nihilominus testator legando rem Ecclesiæ apponere legem, quod ipsa Ecclesia teneatur ad onera, & collectas pro re legata.

19 Statutum, quod bona omnia Ciuiū collectari semper possint, etiam si transeant ad Ecclesiam, voluere

luere multi valere.

20 *Monasterium, quod non possit consequi nisi relictũ filiæ, casu quo profiteatur, etsi pater plus reliquerit, si nupserit, latè demonstratur; & referuntur doctores ita tenentes. Et assignatur ratio.*

21 *Monasterij fauor non tanti habetur, vt voluntatem testatoris tollat.*

Ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ, nunquam testatoris voluntatẽ peruertit ad sui commodum.

22 *Debitores non adeo sumus fauorabilibus personis, & caussis, vt alijs iniustitia committatur.*

23 *Intellectus datur. §. Sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. Episc.*

24 *Tex. §. Sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. Episc. exorbitans à regulis Iuris communis, demonstratur, & propterea strictè ad suos terminos intelligendũ esse.*

25 *Filia, quæ spiritu Dei ducitur ad monasticam vitam, non retrotrahitur ob ommissionem bonorum temporalium, & quare.*

26 *Testator, legando mille si nupserit, & quadringenta, si monialis efficiatur, non dicitur voluisse impedire ingressum religionis, nisi sciens filiam ad monasticam vitam aspirare, eam in mille instituat, si carnaliter nupserit; si verò spiritualiter quinque solidos relinquat.*

27 *Filia, etsi ob legatũ pingue si nupserit, & tenuè si religionem ingrediatur, retraheretur à vita contemplatiua, & religionis ingressu, tamen quia testatoris intentio non fuit ad hoc ordinata, non debet esse in consideratione. Quia testator tantummodo voluit prouidere agnationi, & familiæ suæ.*

28 *Legum latores, multa sanciuere ad fauorem nubentiũ, & quare. Quod non ita ad fauorem ingredientium religionem, et assignatur caussa differentiæ.*

29 *Intellectus ad tex. l. Titiæ si nupserit. ff. de cond. & demonstrat. datur.*

30 *Doctores qui voluere, quod filia, cui legatum fuit mille si nupserit, & quadringenta si monialis efficiatur, quomodo intelligẽdi.*

31 *Consuetudo derogat Iuri positiuo.*

De muliere cui relicta fuerunt mille si nupserit, & quadringenta si religionem ingredietur, nũquid ingrediendo religionem mille consequi possit.

Diuino inuocato suffragio.



PRoponitur decidẽda quæstio satis dubia, in qua maiores nostri diuersimodè senserunt; scilicet, An filia cui relicta fuerunt mille, si nupserit, & quadringenta si monialis efficiatur, possit effecta monialis integra mille petere.

Et pro Monasterio, quod mille consequi debeat, multa facere videbantur.

1 Pri-

1 Primò. Quia actus humani à voluntate, & potestate dependēt,& in quocunq;actu requiritur voluntas, & potestas.l.Cum te. C de donat.propt.nup. c.Cū super. de off. delega. Nam sine voluntate nihil ad finem perducitur, & sine potestate nihil est reducibile.ita Bero.cons.76.nu. 26. lib.1. Surd.cons.301. nu.29. In casu autem decidendo, etsi testator voluerit, quod D. Portia,si nuberet, mille habere debeat,& tantum quadringenta si religionem profiteatur: Tamen quia deficit potestas, eius volūtas non est reducibilis ad actū, & propterea non attendenda.

2 Eo quia pater testando non potuit ita legare, & excludere monasterium. huius opinionis fuit Bar. consil.1. Ang. cons.80. col.2. Bal.in c. In præsentia. nu. 18.de probat. vbi Abb.num.43. Aret.nu.64. Felyn.nu.33. & Bero.nu.486.Imo.in l.Fideicomm. ff.de cond. & demonstrat. Ruin. cons.189. nu.13.lib.2. Curt.iun. cons.103. nu.17.q. testatur,hanc esse cōmunem sententiam, quā comprobat Rolan. cons. 35 .nu. 12.&nu.21.li.3.& habemus tex. in §.Sed & hoc præsenti in auth. de Sanctiss. Epis. & est nouella 129.secundum versionem Haloandri, cuius verba retulit Menoch. de præsumpt. lib.4. præsump.84. sub nu. 16.

Ex quibus defectum potestatis argui prætenditur. Vnde licet D. Petrus voluerit, quod D. Portia solūmodo quadringenta recipiat,casu quo monialis euaderet, nihilominus, cum in potestate sua non fuerit ita legando excludere monasterium, ne mille consequatur,non obstante sua volūtate,mille habere debet

3 Secundò.Conditio,per quam quis retrahatur à vita contemplatiua,nō valet, & habetur pro non scripta auth.Nisi rogat. C. ad Trebell. & in corpore vnde sumitur, & ita determinat Bal. Noue.in tract. de dot. in 6. par. priuil.77.vers.Licet dict. puella. Couar.in c. Nos quidem nu. 11. vers.6. & proxima de testam.relati ad Surd.cons.69.nu.11.

4 Cumque ex legato facto D. Portiæ de mille si nubat, & de quadringentis si profiteatur religionem,de facili retrahi poterat ab illius religionis ingressu, & à Patre per tale legatum inuitatur ad matrimonium, quod directo repugnat castitati, & professioni religionis;ideo iure merito est reijcienda conditio ista, & pro non scripta habenda per tex. superius citatum.§.Sed & hoc præsenti.in auth. de Sanctiss. Epis. ex quo desumpta est dicta auth.Nisi rogati.C.ad Trebell. cuius tex. rationem eā esse dicebat.Ricard. Malumbr. relat' à Bar.in l.Si ita quis.§.Is cui. ff.de leg.2. & in d.consil.1. quia si talis conditio admitteretur, retrotraherentur homines à vita contemplatiua.

Quapropter D. Portia timens

E amit-

amittere legatum scutorum mille sibi relictorũ, si nuberet, vtiq; nuptias potius appetitura erat, quàm religionem: & hoc modo actiuam vitam eligeret, relicta contemplatiua, quæ melior, & perfectior est. §. 1. in authent. de monach. c. Infirmitas de pęnit. & remiss. Arichid. in c. Scripturis. 8. q. 1.

5 Tertiò confirmari posse videntur supradicta. Quia conditio prohibitiua nuptiarum temporalium, tãquam impediens bonum publicum tẽporale, quod in procreatione sobolis consideratur. l. 1. ff. sol. ma[illegible]. vbi notant omnes, etiam contra expressam testatoris voluntatem reijcitur. l. Quoties. l. Hæres meus. §. fin. & l. Titię si nupserit. ff. de cond. & demonstrat.

6 Pari modo venit reijcienda cõditio impeditiua religionis ingressus, argumento sumpto à matrimonio temporali ad spirituale: quod valere de Iure tradidit copiosè Euerard. ĩ cẽtur. lega. in loco à matrimonio tẽporali ad spirituale, & è cõtra. Cũ autem in d. l. Titiæ. responsũ legamus conditionem impeditiuam matrimonij temporalis reijci à legato, illudq; remanere purum, multò magis remouenda erit conditio ista in legato nostro apposita, quæ continentiæ & religioni aduersatur. & ne mirum videatur, quod contra expressam testatoris voluntatem, dicamus D. Portiam monasterium ingressam consequi posse mille; nam vidimus in iure nostro plures conditiones reijci, quæ publicę aduersantur vtilitati, vel in se aliquam turpitudinem continent. l. 1. & l. Si filius. ff. de condit. instit. l. 1. cum ibi notatis. C. de his quæ pen. nomi. hoc argumento in puncto vtitur Roland. d. consil. 35. num. 18. lib. 3. vbi per totam hanc partem acerrimè tueri nixus fuit.

7 Similiter videmus, non valere statutum, quod ingrediens religionem non succedat: vti firmauit Felyn. in dicto c. In præsentia. nume. 35. ibique Dec. num. 53. de probat. idem Dec. in l. ult. num. 28. C. de pact. vbi testatur hanc esse communem opinionem. Ergo pari ratione videtur dicendum, non valere testatoris dispositionem, qua religionis ingressus impediri, seu retardari posſit. licet

8 nempe argumentari à statuto ad testatoris dispositionem, per ea quæ latè scribit Euerard. in centur. in loco ab vltima uoluntate ad legem statutum, vel consuetudinem.

9 Quartò, & vltimo multorum scribentium auctoritate comprobatur, quod si testator filiæ relinquat centum, si nupserit; si verò religionem ingressa fuerit quinquaginta, posſit monasterium, in quo professa sit, admitti ad maiorem summam, ac si filia nuptias contraxisset.

Pri-

Primò loco huius pronunciati auctor laudatur Thomas de formaginis in q. incipit, Pater legat centum.
2 Huius opinionis fuit Io. Andr. ad spec. in rub. de stat. monach. qui refert Thomam de formaginis id tenentem.
3 Bar. in l. 2. ff. de his, quæ pen. nomi. per d. tex. §. Sed hoc presenti. authent. de Sacro E-pisc.
4 Soc. sen. in ead l. 2. p. q. & consil. 241. colum. 5. in fin. & consil. 269. col. 1. lib. 1.
5 Alber. in tract. statut. 2. part. q. 104.
6 Felyn. in c. In præsentia. num. 67. vbi cœteri de probat.
7 Paris. in eod. c. num. 145.
8 Roman. in l. Stipulatio hoc modo concepta. col. 7. vers. vlt. ff. de ver. Oblig. & sing. 439.
9 Belenzin. in addit. Abb. in d. c. In præsentia. vers. Et ex his patet decisio. de probat.
10 Ang. Aret. in §. fin. colum. 2. instit. de lega.
11 Ias. in authent. Si qua mulier. num. 8. & seq. C. de Sacros. Eccles.
12 Mars. omnes addens in repet. rub. de fideiuss. num. 127. & in l. Vni. num. 45. de rap. virg. & sing. 215.
13 Rip. in l. 1. num. 62. ff. sol. matr. qui de communi testatur.
14 Ferat. caut. 9. dicens, tenendam esse hanc opinionem, & ab ea non recedendum in consulendo.
15 Viui. com. opin. in ver. Filiæ relinquens Pater.
16 Cott. memoria. conditio adiecta legato.
17 Boer. decis. 3. num. 14.
18 Campeg. de dot. 1. par. q. 30.
19 Roland. ex professo. d. cons. 35. num. 16. & 17. lib. 3. & citat Ricar. Alber. Abbat. Butr. Calcan. Aret. Campeg. Boer. Soc. Mars. Dec. Bero. & alios.
20 Osas. decis. pedemon. 126. nu. 6.
21 Surd. cons. 192. num. 20.
22 Crott. in l. Nemo potest. col. 31. ff. de leg. 1. dicens hanc esse sententiam magis cōmunem.
23 Soc. iun. cons. 160. lib. 2.
24 Dec. consil. 674. vbi hanc sententiam clarè firmat.
25 Bruno. à sol. in proposit. iur. verb. Filia cui Pater.
26 Decian. consil. 5. num. 13. qui scribit hanc esse veram, & cōmunem, & in consulendo, & iudicando ab ea non recedēdum.
27 Bursatt. cons. 151. num. 68.

Ex quibus omnibus doct. auctoritatibus, & alijs solidis fundamentis, niti videbatur Monasterium, cui fauendum, vtique esset in hoc foro eccles.

Verum præd. non obstantibus, quanquā satis vrgere videantur, ad contrarium inducebar ex infrascriptis.

10 Primò. Quia D. Petrus apertè suam voluntatem declarauit, quod D. Portia tantum quadringēta habere volebat in euentū quod religiosa efficeretur. Qua-

propter expressa D. Petri testatoris volúntas seruanda erit, & attendéda, dato quod piá caussam excluderet. ita Bal. in l. Deo nobis. C. de Epis. & cler. & in d. auth. Nisi rogati, vbi Corn. C. Ad Trebell. qui dicunt, quod hęc opinio, æquissima est, & tenenda. prosequitur Dec. in d. c. In præsentia. nu. 58. de probat. vbi relatis contrarium tenentibus, illos cóciliare procurauit, Decian. post multos cons. 41. nu. 33. lib. 1. alios adducit Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 84. nu. 2. & 3.

11 Et quotiescunque manifestè apparet, testatorem noluisse bona sua transferri in monasterium, non debet monasterio applicari contra testatoris voluntatem: vt disputando concludit Iac. de Beluis. in d. §. Sed & hoc pręsẽti. in auth. de Sacro. Epis. prout eum refert Illustris. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 18.

Et cum testator expresse voluerit Monasterium tantũ quadringenta habere, & in hoc casu iura non contradicant, voluntati testatoris erit obsequẽdum, qui rei suæ legem dicere potuit. l. Legẽ. C. de pact. l. Verbis legis. ff. de verb. Signif. §. Disponat. auth. de nupt. l. 1. C. De Sacro. Eccles. l. Quoties. ff. de donat. quæ sub modo auth. excipitur de bon. quæ liber. c. Verum. de cond. appo.

12 Et solus Papa, in hoc casu (non tamen sine caussa) potest disponere contra testatoris voluntatem Clem. Quia cõtingit. de relig. domib. Vnde cũ in potestate D. Petri fuerit relinquere, vel nõ relinquere D. Portiæ, dummodo legitima non priuaretur, absque dubio potuit cõstituere differentiam inter legatum, si nupserit, & legatum si monachauerit; eo quia quilibet rei suæ est moderator, & arbitrer l. In re mandata. C. manda. etiam abutendo. l. Sed si lege. §. Consuluit. ff. de petit. hæred.

13 Et in arbitrio est testatoris, etiam filio, postquam ingressus fuit Monasterium supra legitimam substituere. d. l. Deo nobis. §. Hoc etiam. vers. Sed necesse. ibi, hoc enim voluntati conceditur. C. de Epis. & cler. quem tex. ad hoc notãdum dicit Bal. ibidem circa prin. & in d. auth. Nisi rogati num. 9. dicens, quod vbi testator seipsum glosat, nõ recurritur ad legis glosationẽ, sed standum est suæ voluntati; & subdit, hanc opinionem æquissimam esse: Cum pium sit volũtatem testatoris seruare, etiam si non sit ad pias caussas. Bal. in auth. Ex caussa. sub num. 1. C. de libe. præter.

14 Secundò. Nemo cogitur inuitus benefacere. c. De Iudęis. 45. dist. 1. ad finem, & c. vlt. 23. q. 5. in quibus sancitum est, Iudæos, & infideles compelli non posse suscipere sacrũ baptisma. Nõ ergo cogi poterat D. Petrus lega-

legare mille D. Portiæ suæ filiæ, vt acquirerentur Monasterio; sed, vti diximus, in sua libera potestate positum erat legare. ita Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 84. num. 9. Illustris. Mant. d. lib. 11. tit. 7. sub nu. 18.

15 Nec resistunt cõsiderata per Rip. in d. l. Ex facto. §. Si quis rogatus. nu. 139. ff. ad Trebell. dũ dixit, quod etsi nemo cogatur inuitus benefacere, attamen compelli debet non malefacere. & sic non diuertere filiam ab ingressu religionis. d. c. Ad fidem, & c. Non frustra 23. quæstio. 5.

Quia de mente Menoch. d. præsump. 84. num. 9. respondetur, quod testatoris mens, non est diuertere filiam à religione, sed ita legando volũtas, & animus eius fuit, consulere posteritati, & familiæ; etsi contingit filiam diuerti à religione, id contingit præter animum, & mentem testatoris. hinc non dicitur malefacere, si rebus suis consuluit.

16 Tertiò aduertendum erit, ꝙ testator, quãdo disponit de rebus suis, ecclesię immediatè acquirendis, potest legem, & conditionem apponere in præiudicium Ecclesiæ, & eius grauamẽ. glos. in c. Verum. de cond. appo. glos. sing. in c. 2. 10. q. 1. Ergo multò magis id dicendum venit, quando testator disponit de rebus suis, quæ mediatè ad Monasterium peruenturæ sunt.

17 Quod probatur per tex. c. cũ dilectus. de consuet. quo loco constitutum fuit, Episcopum in fundatione Ecclesiæ posse ad solam petitionem layci patroni fundatoris concedere, quod cõfirmatio ad alium pertineat, quam ad ipsum Episcopum. Vnde colligitur quod laycus fundator potest conditionem apponere rei à se relictæ Ecclesię.

18 Et facit ad propositum quod licet res, quæ transit ad Ecclesiã efficiatur immunis & exempta à collectis, verũ poterit testator legando rem Ecclesię apponere legem, quod ipsa Ecclesia teneatur ad onera, & collectas pro re ipsa legata. ita tradidere omnes, in l. Si ita quis. §. Ea lege. ff. de ver. oblig. vbi glos. Ancha. cons. 218. & Ruin. cons. 27. nu. 4. lib. 4.

19 Accedit, quod scribunt multi, valere statutum, quod bona omnia ciuium collectari semper possint, etiam si transeat ad Ecclesiã; eo quia permissum est ciuibus, rebus suis legem imponere. Calderin. consil. 7. tit. de constit. & consil. 2. tit. de censib. Soc. consil. 45. lib. 3. & cons. 12. lib. 4.

Et huius sententiæ ratio est, quia tractatur de acquirendis Ecclesiæ, in quibus quidẽ præiudicari potest ipsi Ecclesiæ secundum Bal. in l. De quibus. nu. 26. ff. de ll. & in l. Si quis curialis n. 2. C. de Episc. & cler. Menoch. d. præsump. 84. nu. 13. & seq.

Quo fit, vt D. Petrus vtiq; potuerit in suo legato apponere conditionem, vti fecit, & differentiam constituere.

20 Quartò, & vltimò non desunt ex nostratibus, qui hanc partem tuentur, & volunt, quod Monasterium tantummodo quantitatem relictam à testatore in euẽtũ religionis consequi possit; & ĩ terminis tenuerũt infrascripti.

Primò, Bal. in d. auth. Nisi rogati. col. 8. vers. Hac ratione. qui ait, quod communis obseruantia ita se habet, & naturalis æquitas vult, quod filia non debeat habere nisi relicta scuta. & col. 2. vers. Quæro nunquid Monasterium. subiunxerat, quod executores deputati ad virgines maritandas, non debent illam dotem, & quantitatẽ dare, quæ est solita dari virginibus intrãtibus Monasteriũ, & in hoc consistit æquitas naturalis; qa quãdo filia vult nubere, requiritur magna impensa, si vult inuenire maritũ, ipsi mulieri conuenientẽ: secus quãdo ingreditur Monasteriũ, ex quo pro ualde minori impẽsa poterit ingredi Monasterium: ideo non mirum, si pater in casu nuptiarum plus reliquerit.

Iterum Bal. in l. Deo nobis. col. 2. in prin. C. de Epis. & cler. ubi testatur, quod ita seruat consuetudo.

2 Castren. in l. Titio centum. §. 1. in fin. ff. de cond. & demonstrat. inquiens, quod ita seruari uidit per totum mundum.

Ipse Castren. in d. l. Deo nobis. col. 2. pariter attestãs de ista communi obseruantia. Denno Castren. in auth. Nisi rogati. col. 2. inquit, quod ita disputando fuit determinatum: & pro hac parte consuluit Bononiæ.

3 Ias. in auth. Si qua mulier col. 3. uers. Sed aduerte. C. de Sacros. Eccles. huius fuit sentẽtię. Quod etiã affirmauit in l. Lucius. la 2. col. fin. ff. de hæred. instit. ubi inhærendo Bal. subdit, quod ista opinio uidetur sibi magis ęqua, cum seruetur testatoris uoluntas, & propter magnas expensas, quæ fiunt in matrimonio carnali; ob quas maior requiritur dos, quàm quando ingreditur Monasterium, ut experientia docet.

Ias. rursus cons. 43. num. 21. lib. 3. respondit, quod stante tali consuetudine, & cõmuni obseruantia mundi, & naturali æquitate, ista pars debet seruari, cum minimè mutanda sint, quæ certam legem, & consuetudinẽ habuerũt. l. Minime. ff. de ll. Ias. quadruplicate licet remiss. hanc sententiã comprobauit in l. fin. in fin. C. de ind. uid. tollen.

4 Fulgo. in d. l. Deo nobis. scribit ita uidisse seruari de facto.

Latiss. idem Fulgo. cons. 53. col. 2. determinauit, quod isti sunt mores totius Italiæ, & seruantur per omnes diligentissimos, & prudẽtissimos Patres familias, qui filiabus monasteriũ ingre-

ingredientibus longè minorem quantitatem ex sua substantia tribuũt, quàm nubẽtibus in sęculo, ex apertissima ratione; quia Monasterium ingrediẽtibus, & paupertatem profitentibus, secundum laudabiles consuetudines, multò pauciora sufficiunt, q̃ in sęculo nubentibus.

5 Comens. in l. Si ita quis. §. Is cui. ff. de leg. 2. firmat, hanc esse communem.

6 Anch. in repet. reg. Nemo potest. de reg. iur. in 6. testatur, quod ita communiter obseruatur.

7 Iacob. de Beluis in d. §. Sed si præsenti. in auth. de sanctiss. Epis. hanc partem tuetur.

8 Salyc. in d. authent. Nisi rogat. C. Ad Trebell. hoc idem firmauit.

9 Cornel. in d. authent. sequitur Salyc.

10 Dec. in d. c. In præsenti. num. 59. de probat. cum hac parte transit.

Et consil. 259. sub num. 3. huius fuit sententiæ. & consil. 419. sub nu. 2. dicit magis receptã à Doctor.

11 Crot. in l. Nemo potest. num. 71. ff. de leg. 1. hanc opinionem veram pronunciat.

12 Couar. var. resolut. lib. 1. c. 19. num. 9. ex professo opinionem istam comprobat, & respondit contrarijs, ac dicit veriorem.

13 Io. dilect. de art. testan. tit. de leg. caut. 64. cum opinione, quam sequimur, residet.

14 Guglielm. de Bened. in repet. c. Raynutius. in ver. Præterea si filium. sub num. 32. de testa. dicit, esse communem obseruantiam, & naturalem æquitatem, quod plus relinquatur nubẽtibus in sæculo, quàm profitẽtibus religionem.

15 Cagno. in l. 2. q. 22. num. 12. C. de pact. int. empt. & vẽdit. huius pariter fuit sententię.

16 Emanuel. Cost. in l. Cũ tale. 1. ampliat. in fin. ff. de cond. & demonstr.

Et in repet. c. Si pater. in ver. Si absq. liberis. nu. 68. de testam. in 6. tenet hanc partem.

17 Gallicula. in l. Gallus. §. Et quid si tantũ. nu. 18. ff. de lib. & posth. huic sentẽtiæ se subscripsit.

18 Ruinal. consil. 98. num. 26. lib. 2. respondit contra monasterium.

19 Menoch. consil. 169. num. 18. consuluit pro hac parte & de præsump. lib. 4. præsũp. 84. nu. 27. relatis Rolãd. & alijs cõcludit, q hæc est verior opinio.

20 Peregrin. de fideicom. art. 28. num. 72. firmat, quod si testator relinquat filiæ ducenta, si nupserit, & centum si monachauerit, valebit relictũ in cẽtum: & si professa sit non obtinebit ducenta, aduersus testatoris voluntatem. & citatis multis hanc partem sequentibus, dicit, quod apud ipsos hoc iure vtuntur: quãuis Bart. & alij contrarium tenuerint, & communem dixerint; Attamen

men à priori, quam cõsuetudo roborauit, recedẽdum nõ est.

21 Brun. in stat. ꝙ stat. masuel. art. 9. quæ. 3. & 4. distinguit, & effectualiter hanc partem tenere videtur propter cõsuetudinẽ.

22 Vasq. de success. creat. par. 2. §. 29. in fi. sequitur opin. istam.

23 Ant. Gabr. com. opin. lib. 4. tit. de lega. conclus. 2. in fin. comprobat hanc sententiam.

24 Hip. Rimin. cons. 85. nu. 19. cum seq. pro hac par. respondit.

25 Alexand. consil. 98. lib. 4. huius fuit opinionis.

26 Imo. in l. Lucius. la 2. hanc opinionem æquiorem censuit.

27 Port. imo. com. opin. lib. 3. conclus. 13. cum hac nostra sentẽtia transiuit.

Ex supra citatis itaq; doct. constare nõ dubito, ꝙ monasteriũ cõsequi nõ debeat nisi quadrĩgẽta, ꝙ manifestius apparebit ex resolutione eorũ, quæ adduximus pro Monasterio.

Non obstat ergo, quod primo loco dicebamus, quod Pater ita legando non potuerit excludere Monasterium.

Quia & si ex adductis in primo fundamento pro parte, quam sequimur, satis sublatum esse putemus, cũ vera, & recipiẽda sit sententia eorũ, qui scripsere permissum esse testatori, ita disponere, ne bona sua ad Ecclesiam perueniant.

21 Nec Monasterij fauor tanti habetur, vt voluntatem testatoris tollat, aut impediat: & Ecclesia, quæ cultrix iustitiæ est. c. 1. de alienat. feud. nusquam testatorũ voluntates peruertit ad sui cõmodũ & sic cõcludũt magis cõmuniter doct. inter quos Iacob. de Beluis. in d. §. Sed hoc ꝑsenti. auth. de Sãctis. Epis Host. & Io. Andr. in c. Raynutius. de testam. Bal. Castren. Corn. & alij in d. auth. Nisi rogati. C. Ad trebell. idem Bal. in d. c. In præsentia cũ alijs relatis ꝑ Dec. nu. 64. de probat. Et vsus, & cõsuetudo hanc sentẽtiã cõprobauit, secũdũ Bal. in l. Si ita quis §. 1. in fin. ff. de leg. 2. & in cõs. 407. nu. 13. lib. 1. & dicebat Fulgo. d. consil. 53. col. 2. ꝙ vbi extat constans testatoris voluntas, est seruãda, ita tradiderunt. Alex. cons. 121. col. pen. lib. 2. & cons. 35. colum. penul. lib. 3. Corn. consil. 18. & cons. 253. lib. 4. & consuluerunt Ias. & Curt. iun. inter cons. eiusdem Curt. 187. lib. 3. Dec. d. cõsil. 259. & cons. 419. Calcan. cõs. 20. col. 3. & cons. 60. col. 2. Aym. cõs. 152. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 21. ante nu. 9. & infra Ossch. decis. Pedem. 126. Peregrin. de fideicom. art. 28. num. 70. Illustris. Mantic. de coniect. vlt.

22 volunt. lib. 11. tit. 7. num. 18. qui nu. 19. dicit. Quod non sic debitores sumus fauorabilibus ꝑsonis, & caussis, vt alijs iniustitia cõmittatur. c. Ex tenore. de for. compet. c. Nuper. de donat. int. vir. & vxor. & iniquũ est liberis hominibus non esse liberã suorum bonorum dispositionem.

l.2. in fin. ff. si quis à parent. fuer. manum.

23 Nec in d. §. Sed hoc præsenti. Iustinianus Imperator inualidat testantium dispositiones, sed tantum eam conditionem, quæ resultat ex præsumpta mẽte, sicut ita interpretati sunt d. §. Castren. in d. autenth. Nisi rogati. C. Ad trebell. Fulgo. d. cõs. 53. Corn. cons. 253. nu. 6. lib. 4. Ruin. d. consil. 96. nu. 22. lib. 2. & Rip. in l. Ex facto. §. Si quis rogatus. nu. 39. ff. ad Trebell.

24 Vlterius considerandum velim circa istius §. Interpretationem, quod vti exorbitans à regulis iuris ordinarijs, strictè ad suos terminos intelligendum, & recipiendum esse, sicuti notauit glos. in d. autenth. Nisi rogati, quam reassumpsit Bal. ibi in versic. Quæro, quid si monasterium. & clarius. glos. fin. in fin. in d. cap. In præsentia. quam aduertunt post alios Felyn. ibi num. 58. & Dec. num. 62. Rip. in d. l. Ex facto. §. Si quis rogatus. nu. 37. & pulcherrimè Fulgo. d. consil. 53. vbi nobis mandauit, quod ante illa iura, conditio nuptiarum, & filiorum per ingressum Monasterij non inualidabatur, idcirco strictè in terminis suis sunt recipiẽda. quos sequitur Peregrin. dict. art. 28. num. 59.

Et propterea non procedunt disposita in d. §. Quando testator expresè voluit, quod filia ingressa Monasterium tantum habeat quadringenta, quia eius expressa, & aperta voluntas seruanda erit, vti alias comprobauimus in part. 1. decis. huius fori Episcopalis decis. 6. num. 9. & decis. 16. nu. 8.

Secũdò ꝙ D. Portia ex hoc legato retrahi potuisset ab ingressu religionis, remouetũ pluribus.

25 Primò. Quia si D. Portia spiritu Dei ducebatur ad monasticam vitam, non retraxisset pedem à religione ob amissionem bonorum; postquam certa erat, ꝙ in ingressu erat renunciatura mũdo, & suis vanitatibus, & votura paupertatem; ideo nõ curaret, si amplũ vel mediocre legatũ esset consequutura; sicuti nõ fecit, postquã cõtẽta de relicto scutorum quadringẽtorum, professionem emisit. & ita huic obiectioni occurrit Menoch. d. præsump. 84. lib. 4. nu. 17. & seq.

26 Secundò respondere possumus, quod hoc pacto legando, testator nõ dicitur voluisse impedire vitam contemplatiuam, & ingressum Religionis, cum in facultate filiæ reliquerit, & solummodo ingressum religionis impedire voluisse, esset dicẽdũ, si sciens filiam aspirare ad monasticã vitam, eã in mille instituisset, si carnaliter nupserit: si verò spiritualiter in quiq; solidos; quo in casu bene mille sibi deberent licet ĩgrederet Monasteriũ; & ꝓcederet opinio Thomæ de Formaginis & sequẽtiũ, ita Fulg. d. cõs. 53. quẽ reasũpsit

&

& sequitur Hip. Rimin. d. cons. 85. nu. 23. & dicit Bero. cõs. 51. nu. 18. lib. 2. q dispositio tex. d. §. Sed hoc præsenti. pcedit vbicunque dispositio, seu conditio esset impeditiua religionis, vt quia dictum sit, & etsi non ingredietur Monasterium, aut effectus non fuerit Clericus, aut nuptias non contraxerit, relinqui centum: vel per verba affirmatiua, idem cũ effectu importantia, puta, dicẽdo, si ingressus fuerit monasterium eũ exhæredo, vel volo, quod nihil de bonis meis habeat. Sec' verò, quãdo nõ principaliter, directè, aut immediatè nõ tendit ad impediendum vitam cõtemplatiuã, sed potius ad prouidendũ filijs, vti fecit D. Petr' idq; ex sequẽti responsione clarius efficietur.

27 Tertiò ex mẽte Ruin. d. cons. 98. nu. 21. lib. 2. qui eleganter, & doctè hanc rationem diuellit, dicere possumus. Quod & si filia ob hanc legati paterni differentiam diuerteretur, & remoueretur à vita contemplatiua, quia tamen testatoris intentio non fuit ad hoc ordinata, non debet esse in consideratione: nã qualibet dispositio, per quã datur materia delinquendi, tãquã contra bonos mores, & publicã vtilitatem, non valet. l. Conuenire. ff. de pact. dot. l. Iurisgent. §. Si ob maleficium. ff. de pact. l. Ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. tamen quando dispositio testatoris ad hoc non ordinatur, valet, quamuis ad delinquẽdum, quis inuitetur ex ea; & exemplũ afferasatis egregiũ: & hanc Ruin. considerationem impugnatiuã præfatæ rationis, tacitè quoq; præsentit. Dec. in d. c. In præsentia nu. 65. dum dixit, quod non videtur principaliter testator voluisse impedire religionẽ, sed prouidere voluit alijs in sęculo manentibus. prosequitur Hip. Rimin. d. cons. 85. nu. 24. & seq. & firmauit Menoch. d. præsump. 84. num. 18. & 19.

Postquam igitur D. Petrus nõ ordinauit, quod D. Portia scuta quadringenta habeat in odium religionis, sed vt prouideret suę agnationi, & familię, dato, q retrahi potuisset ab ingressu religionis, non est considerabilis ratio prætensa.

28 Tertiũm desumptum à matrimonio carnali, non procedit: Quia Romani legum latores reiecerunt conditiones nuptias impedientes ob publicam vtilitatem, quam in eo pręcipuè versari existimarũt, q Ciuitates liberis hominibus replerentur, qua ratione multa priuilegia aduersus iuris regulas, & cõtra testatorum voluntates condonarunt: ad tex. l. 1. ff. sol. matr. & in autenth. Res quæ. C. de com. de lega. fauore autẽ religionis, & vitæ contemplatiuæ nihil Ecclesia aduersus hominũ voluntates constituit, vti ponderauit Peregrin. de fideicom. d. art. 28. num. 71. & olim cęlibatus erat maxi-

maximè prohibitus, quippequi aduersabatur bono publico, quod in liberorum procreatione positum iudicabatur, vt in specie probat Couar.in epit. de sponſ. par.2. c. 8. Religionis verò ingressus respicit solum bonũ ingredientis. Qua de re non ita reijcitur conditio si religionem non ingrediatur; sicuti illa, si non nupserit: & quanquam cõditio, si nõ ingrediatur religionem, repugnare videatur religioni, attamen alia ex parte dicitur fauere matrimonio, quod reipubulicæ vtile est, & magnũ sacramentum continet. sic Couar.lib.1.var.resolut.c.19.num. 10.vers. Et tamen.

29 Nec non tex. d.l. Titiæ si non nupserit. ff. de cõd. & demõstrat. variè legitur sicuti refert Menoch.d.præsump.84. nu.21, qui sibi magis placere affirmat lectionẽ Haloandri relatã à Dec. in d. c. In præsentia. de probat. scilicet, quod ita legatur. Titia si nupserit ducenta, si non nupserit centum. quam lectionem magis moribus hominum conuenire, & legibus cõsonare dicit; quæ leges mulieres ad nuptias inuitãt, publicæ vtilitatis caussa. l. Cum ratio. ff. de bon. damna. Hominum ẽt moribus cõsentanea est, cũ consueuerint plus relinquere cõtrahenti Matrimonium, vt inde onera matrimonialia perferre posſint, quàm in cœlibatu viuentibus, & sensus Papiniani in d. l. Titię. est secundum Menoch. vbi proximè, quod si ducenta relicta sint Titiæ si nupserit. & si non nupserit centum, si illa nubat, ducenta tantum consequatur, non autem etiam illa centum. Vnde non licere argumẽtari in casu isto à matrimonio carnali ad spirituale, ex iam dictis satis ostendimus.

30 Quartùm, de auctoritate illorum, qui hanc partem tuẽtur; fuit sublatum ex alijs quàm pluribus adductis in 4. fundamẽto, qui hanc sententiam cõprobarunt. Et procedere posset opinio Thomæ de Formaginis, si testator sciens filiã aspirare ad monasterium, ei reliquerit mille, si nupserit, & quinq;, si monachauerit, vti de mente Fulgo. & Hip. Rimin. diximus, veluti dicebat Bero.conſ.51. nu.18. lib. 2. Pater legasset si non ingredietur religionem centũ, vel è cõtra, si ingrediatur, exhęredo: nã tunc centum vtiq; haberet.

Ac etiam vnà cũ Alciat. cõſ. 53.num.6.& seq.lib.9. possumus dicere illorum sententiam, qui sequuntur Thomam de Formaginis nõ procedere in foro cõscientiæ, quia aduersatur defunctorum voluntati; ideo Ecclesia non debet eius bonis vti cõtra illorum voluntatem. & quamuis lex præsumat, quod, si testator cogitasset de monasterio, talem conditionem non apposuisset, tamen huiusmodi præsumptio in foro animæ non est tuta, cum

in

in eo sola veritas spectari debeat per notata à Io. Andr. in c. Is qui fidem. de sponſ. & hoc ſuum dictum Alciat. confirmat in. conſ. 157. nu. 6. lib 9. & in l. Quinque pedum num. 20. in fin. ff. fin. regund.

Præterea ſi cum Gabr. d. concluſ. 2. tit. de lega. lib. 4. in fin. tranſire velimus, poſſumus aſſerere, quod opinio Tomæ, & fautorum ſuorum procedat de rigore iuris; noſtra verò de conſuetudine. Cumque de iure poſitiuo fuerit inuentum, quod monaſterium etiã cõſequi poſſit mille legata cum conditione, ſi nupſerit, non obſtante ꝙ quadringenta relicta eſſent in
31 euentum monachãdi. Verum cum conſuetudo introduxerit generaliter per Italiã teſte Fulgo. vbi ſupra, ꝙ conditio iſta valeat, & filia, cui relicta fuerunt mille, ſi nupſerit, & quadringenta ſi monialis efficeretur, tantummodo quadringenta conſequi debeat, potuit conſuetudo derogare Iuri poſitiuo c. fin. de conſuetud. c. In iſtis cũ duobus ſeq. 4. diſt. c. Placuit. 22. diſt. & notatur in l. De quibus ff. de ll. Quare ſequendo opinionem hanc magis veram, & communiorem, vti conſtat ex ſcribẽtibus hinc inde adductis. Nam ſi à ſentẽtia Formagini remoueantur Iaſ. & Crott. citati pro contraria, qui ex profeſſo hanc, quam tenemus, ſequuti ſunt; & Dec. qui legendo, & cõſulendo opinionẽ noſtram cõprobauit; Nec non Boer. qui nihil, firmat certè communior remanebit ſententia tenentium contra Monaſterium. & in hanc partem vtique deueniebam. ſed quia ęgre ferebam, contra moniales, quæ ſub tutela Epiſcopali viuunt, ſententiam proferre, procuraui, vt ad concordiã deueniretur, vt factum fuit. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Deciſio Trigeſimaprima.

De anno 1603. fuit contractum matrimonium inter Angelum Bernardini de Peruſia, & D. Tiſbam Torellam, cum dote cuiuſdam petij terræ, & certæ domus. Coniuncta matrimoniali copula, per annum, & vltra d. Angelus in domo dotali, cũ vxore habitauit, in quam nihil de ſupellectilibus ſuis aſportauit. Dicto tẽpore elapſo, abſque vlla cauſſa è domo d. ſuæ vxoris receſſit, in qua illam dereliquit, & de alimentis, alijſque neceſſarijs,

cessarijs, nunquam eam prouidit, nec minus procurauit eã traducere ad domum suam; & donec D. Tisba vixit, continuò seorsum habitauit; plurias ægra valitudine fuit D. Tisba detenta, & nunquã de medico, & medicinis illi prouidit; tandem mense Maij morbo oppressa, vitam cum morte commutauit, nullis relictis liberis, in qua infirmitate minus de medico, & medicinis prouidit: & si D. Franciscus Torellus D. Tisbæ sanguine coniunctus medicum, & medicamẽta, ac alia indigentia illi non ministrasset, inopia decessißet. Mortua D. Tisba, nec etiam illam videre curauit, & eius funeri assistere noluit, licet infirmitatem, & mortem suæ vxoris sciuerit.

Quæsitum fuit an dictus Angelus lucretur tertiam partem dotis, stante statuto Perusino in hac verba disponente.

Statutum Perusinum, sub rub. 15. secundi voluminis.

Et si quis de cætero desponsauerit aliquam vxorem, vel sponsam, & cum ea cohabitauerit, & dotem, seù promissionem dotis receperit, & d. vxor, seu sponsa ante mortem viri decesserit sine liberis amborum, apud virum, seu spõsum remaneat, & remanere debeat tertia pars dotis recepta, vel ius petendi tertiã partem dotis promissæ, vel spei dotis, quæ tertia pars dotis irreuocabiliter sit viri, seu sponsi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non priuatur lucro dotis ob eius absentiam, sed solum, quando fuit in caussa mortis ipsius vxoris.*

2 *Re sua priuari, vel aliter puniri nemo potest, nisi expreßo iure cautum sit.*

3 *Maritus, qui nõ potest inopia vxoris subuenire, non est lucro dotis priuandus, si non subuenit.*

4 *Maritus pauper, qui cum suis facultatibus sibi, & vxori prouidere non potest, non priuatur lucro dotis, si vxori non prouidit.*

5 *Maritus, vt lucro dotis priuetur,*

est

est probandum, quod ob defectũ alimentorum, et carentiam medici, vxor decesserit.

6 *Maritus excusatur, & lucro dotis nõ priuatur, si à coniuncto vxoris fuerit praeuentus in administratione medici, & medicinae.*

7 *Maritus in domo vxoris habitãdo, maestitiae signum est.*

8 *Maritus non tenetur alere vxorem extra domum, & quare.*

9 *Maritus non tenetur alere vxorẽ, quando vxor retinet dotem, cum ex fructibus alimentari possit.*

10 *Maritus, qui dotem non est consequutus, non priuatur lucro dotis, si medicum nõ adhibuit uxori infirmae.*

11 *Statutũ defert lucrum dotis marito, in solatium coniugis amissę. Quod procedere demõstratur, quotiescunq; lucrum statuti esset reciprocum; secus verò si maritus tantum lucraretur.*

12 *Statutũ lucrũ dotis concedit marito, ob foedus ipsius matrimonij.*

13 *Statutum lucrum dotis concedere marito ob onera matrimonij secundum magis communem sententiam demonstratur.*

14 *Statutum deferens lucrum dotis marito, recepit interpraetationẽ à iure communi, nempe, si maritus commoratus sit cum vxore, & ei debita alimẽta praestiterit.*

15 *Maritus ob ingratitudinem lucro dotis priuatur.*

16 *Maritus de iure communi non lucratur aliquam partem dotis vxoris prae mortuae sine liberis, nisi aliter pacto fuerit conuentũ, vel per statutum prouisum.*

17 *Statutum deferens lucrum dotis marito, correctorium iuris communis, demonstratur, & redditur ratio.*

18 *Odiosum iudicatur statutũ de lucro dotis disponens, ideo restringendum, & strictissimè interpretandum.*

19 *Statuti commodũ si quis consequi intendit, tenetur verificare qualitates oẽs à statuto requisitas.*

20 *Statutum Perusinum cõcedens lucrũ dotis marito, requirit multas qualitates copulatiuè, et inter caeteras, quod maritus cum vxore cohabitauerit.*

21 *Habitare in aliqua domo is dicitur, in qua cum eius familia, & bonis degit, & facit focum.*

22 *Habitasse non dicitur, qui animum recedendi habuit.*

23 *Habitatio à statuto Perusino requisita consistit, quod vir, & vxor simul viuant, & commensales sint.*

24 *Matrimonium est maris, & foeminae coniunctio, indiuiduam vitae consuetudinem retinens. Vnde cohabitatio requisita à statuto Perusino debet, esse indiuidua vsq; ad mortem.*

25 *Maritorum amore adeo sunt incẽsae vxores, quod potius maritali amore ardere, quã filiorum primi matrimonij, lex praesumit.*

26 *Maritus non interueniendo funeri vxoris dicitur ingratus.*

27 *Maritus concurrere debet in expensa funeris vxoris pro rata lucri dotis.*

Ma-

28 *Maritus, quod sequatur vxoris domicilium, pacto induci potest.*
29 *Marito incumbit onus probandi, quod vxor recusauerit ad eius domum accedere.*
30 *Vxor, qua culpa viri extra domũ habitat, est alenda à marito.*

De marito, qui vxori de necessarijs in infirmitate nõ prouidit, & cum vxore nõ habitauit, an priuetur lucro dotis, per statutum Perusinum concesso, præmoriente vxore sine liberis.

Diuino inuocato suffragio.

IN quæstione proposita videbatur decidendum ad fauorem Angeli mariti, quòd non amiserit, hoc lucrum dotis per statutum sibi delatũ.

1 Primò. Quia &si Angelus absens fuerit à domo D. Tisbæ suæ vxoris, nõ per hoc erit priuandus lucro isto, cum nõ reperiatur iure cautum, quod maritus ob eius absentiam lucrum dotis amittat; & lex solum priuat maritum lucro dotis, quando fuit in caussa mortis ipsius vxoris, ne tunc ex proprio delicto commodum consequi posſit. l. Auxilium. in fin. ff. de mino.

2 Cum ergo non reperiatur ob absentiam mariti in dicta pœna priuationis dotis, sequitur dicẽdum, Angelum illius lucrum nõ amisisse; ex quo re sua priuari, aut aliter puniri nemo debet, nisi expresso iure cautũ sit l. Vt si quis. §. Diuus. ff. de relig. & sump. funer. & scribit Menoch. de arbitr. iudi. cas. 276.

Confirmari posse videtur, quod diximus. Quia dato, quod Angelus præsens fuisset infirmitati, & morti suæ vxoris, certè in nihilo ei subuenire potuisset, & eius præsentia mortem vxoris non impediuisset.

3 Verùm quando maritus inopiæ vxoris subuenire nõ potest, non est lucro dotis priuandus, si nõ subuenit. ita Bar. in l. Si ab hostibus. §. Si vir. ff. sol. matr. Alex. in eodem. §. Si vir. vbi Ias. nu. 10. ipse Alex. cons. 123. nu. 2. lib. 7. Dec. cons. 430. nu. 3. Ruin. cons. 139. col. pen. lib. 4. cõs. 65. nu. 1. lib. 5. hoc idẽ sẽsit Rolãd. de lucr. dot. quæ. 69. Oporteret nempè, quod Angelus potuisset impedire mortem vxoris, & recusasset, vt hoc lucro priuaretur, eo quia culpa, & negligẽtia mariti debet esse talis, vt excusari non posſit, per doctrinam Bart. in l. Si seruum. ff. de verb. oblig.

4 Accedat, quod Angelus est pauper, & non poterat cum suis facultatibus sibi & vxori prouidere, quo in casu non priuatur lucro dotis, si nõ prouidit vxori. sic Roland. de lucro dotis d. q. 69. num. 5. & seq. Phanut. in simil.

mil. tract. glos. 14. numero. 9.

5 Secundò. Vt Angelus lucro dotis priuetur, erat probādum, quod ob defectum alimentorū, & carentiam medici decesserit D. Tisba. ita affirmarunt Alex. d. cōs. 123. nu. 4. lib. 7. post glos. & Castren. in d. §. Si vir. Soc. cōs. 103. colum. vlt. lib. 3. Io. de Ami. cons. 9. col. 3. vers. Nunc præsupositis. & Roland. de lucr. dot. q. 66. nu. 8.

6 Sed D. Tisba ob carentiam alimentorum, & medici, vtiq; non decessit, postquam D. Frāciscus Torellus ad sufficientiā in oībus suppleuit. Quò fit, ꝙ Angelus venit excusandus, si à coniuncto ipsius D. Tisbæ fuit preuentus: sicuti respōdit Alex. d. cōs. 123. nu. 4. lib. 7. quē sequutus fuit Roland. de lucr. d. q. 62. nu. 8. & q. 67. vbi multis cōprobat; prosequitur Menoch cons. 256. sub nu. 8. & nō disentit Hōdad. cons. 4. nu. 51. lib. 2.

7 Tertiò. Etsi Angelus recesserit è domo vxoris, id non fuit inconueniens, quia vxoris habitatio debet esse in domo viri, & non è contra. & quotiescūq; maritus inhabitat domum vxoris, mœstitiæ signum esse, voluere scribentes cōgesti à Roland. de lucr. dot. q. 16. nu. 4. Quapropter si D. Tisba ad domum viri non accessit, sibi est imputādū, si Angelus alimenta, & alia necessaria non præbuit.

8 Maritus nempè non tenetur vxori alimenta præstare extra domum seorsum habitanti. Soc. cons. 286. per tot. lib. 2. quod regulare est, quotiescunq; agitur de alimentis præstādis, eo quia in domo minore cum viri incōmodo pstantur; ita firmat Surd. de alim. tit. 1. q. 33. nu. 10. & tit. 6. q. 10. nu. 5. & tit. 7. q. 16. nu. 11. & diximus decis. 16.

9 Præcipuè cum D. Tisba suam dotem retinuerit, ex cuius fructibus commodè alimēta, & alia necessaria consequi poterat. ita omnes in l. Si cum dotem. §. Sin autem in sæuissimo. ff. sol. matr. & in specie respōderūt Roman. consil. 517. col. 1. vers. Aut neutrius. & in d. l. Si cū dotem. §. Si maritus. num. 25. ff. sol. matr. & Soc. cons. 64. col. 1. lib. 4.

10 Hinc non immeritò dicendū videtur, ex quo Angelus dotem non fuit cōsequutus à D. Tisba, illiusq; fructus non receperit, & minus operata sit pro marito, cui nec debita obsequia præstitit, nō priuari lucro dotis, si medicum, medicamēta, & indigentia nō adhibuerit suæ vxori, per tradita a Roland. de lucr. dot. q. 69. à Phanut. in eo tract. glos. 14. nu. 9. ad fin. à Surd. de alimēt. tit. 1. q. 32. & q. 33. num. 7. & fuit de mente Bal. cons. 53. lib. 5.

Contrarium tamē de iure verū esse existimaui, scilicet, quod Angelus lucro dotis veniat priuandus; ad ꝙ dicēdum moueor.

Primò. Quia tres considerantur à nostratibus rationes, per quas statuentes lucrum hoc dotis

tis

tis detulerunt marito prædecedente vxore sine filijs.

11 Quarum primam dicunt esse, solatiũ coniugis amissæ per mortem. argumento l. Iure succursum. ff. de iur. dot. & instit. ad Tertull. in prin. & hanc rationẽ attulit Bal. nouell. de dot. in 6. par. priuil. 37. in fin.

Quam rationem si admittamus, Angelus non mæretur lucrum dotis, eo quia nõ indigebat solatio ob mortem cõiugis, cum in vita eã dereliquerit, ita, & taliter, vt præsumendum sit nullum ex morte cõcepisse dolorẽ; sicuti cũ effectu demõstrauit: postquã in infirmitate nõ solum de medico, & alijs cogitauit, sed nec eã animam dẽtibus tenentem visitauit; & quod non solum maritali affectione repugnat, sed pietati Christianę, vxoris funeri interesse recusauit. Si igitur ratio ista esset vera, Angelus in vanum de lucro dotis cõtenderet. Sed quia Dec. consl. 67. col. 2. rationem istam procedere considerat, quotiescũq; lucrum statuti esset reciprocũ; secus verò si maritus tantummodo lucraretur. & propterea transitum faciamus ad secundã statuti rationem.

12 Secundo igitur loco aduertunt scribentes, quod lucrũ dotis à statuto defertur ob fœdus ipsius matrimonij. huius sentẽtię citatur Bal. in autẽth. Ex testamento. col. pen. vers. Decimũ tertium capitulum. C. de collat. sequutus à Castren. in l. Si donaturus. §. fin. ff. de cond. caus. dat. & cons. 154. colum. 1. lib. 1. Soc. consil. 32. in fin. lib. 3. Iason. cons. 58. colum. 1. & consil. 115. col. 1. lib. 1. Dec. in autenth. Si qua mulier. colum. pen. C. de instit. & substit. & in l. Eo, quod velis. num. 5. ff. de reg. iur. & cõsil. 260. colum. pen. & cons. 577. in fin. & probat. tex. l. Cũ quis. ff. de dot. prælega. ibi. Quia matrimonij caussa id lucratus est. Bal. nouell. de dot. par. 6. priuil. 37. colum. 3. Roman. consil. 471. in prin. Acchil. de Grass. decis. 12. nu. 14. de constit.

At cum Angelus parum curauerit de fœdere matrimoniali, postquam per totũ temporis spatium vxorẽ absq; caussa dereliquit in vita, & totaliter destituit in morte, ideo attenta ratione ista, lucro dotis est priuandus.

Sed licet hæc opinio plerisq; placuerit: nihilominus communis est sententia, quod ratio huius lucri fuerit onus matrimoniale, propterea ad tertiã descendamus rationem.

13 Tertia itaq; causa huius lucri magis cõmuniter allegari solet, onus ipsius matrimonij, quod supportat maritus. sic glos. in l. Si donaturus. §. fin. ver. Duntaxat. ibiq; Alex. & Ias. ff. de cond. caus. dat. & Bal. in l. Non sine. in prin. vbi Fulgo. C. de bon. quæ liber. idẽ Bal. cõs. 79. col. 2. lib. 1. & cõs. 110. col. 1. lib. 2. Castren.

cons.333.2.dub. lib.1. Cuman. cons.48.col.2.Roman.d consil. 471.in prin.Soc.consil.8. in fin. lib.3. Corn.cons.248. col.4.lib. 4. Alex.cōs.122.col.5.in fin.lib. 7. Dec.cons.67. col.2.cons.352. col.2.& consil.452. col.4. Paris. cons.62.colum.4.& cons.127.in prin.lib.1.Ias.cons.35.in fin.lib. 1.qui omnes concludunt, quod hæc est bona ratio, vti affirmat Decian.cons.33.nu.17. lib.4. & comprobat Hondad.cons.4.nu. 41.& 42.lib.2. Si enim Angelus onera matrimonij sustinuerit ex processatis plusq; plenè probatum fuit, quod toto tempore matrimonij, nihil ad domū vxoris asportauit, & post ipsius discessum penitus omninò onera matrimonialia dereliquit. Resultat igitur quod lucrum dotis ex statuto cōsequi nequeat, ex quo causæ omnes, ob quas statuentes inducti fuere ad dandū simile lucrum, cessant: & tritum est, quod, cessante caussa, cessat effectus.

14 Addatur quod statutum deferens lucrū dotis marito, præmoriente vxore sine liberis, recipit interpretationem à iure communi: nempè, si maritus commoratus sit cum vxore, & si ei debita alimenta præstitit. ita scribunt omnes in l. Si ab hostibus.§.Si vir vxorem.ff.sol.matr. & præsertim Ias.nu.4.

15 Secundò. Angelus nunquam ad domum suam vxorem traduxit, nec traducere curauit. Sed cum matrimonium contraxisset in domo ipsius vxoris, in qua post annum sine prorsus vlla caussa in processu probata, eam reliquit, & nunquam alimentauit, & tempore suæ ægritudinis illi medicum non adhibuit: & quod impium est, nec eam sepeliri curauit: & ne quid minimū, nec etiam in funere pro ea expendit; Vnde sequitur ex prædictis omnibus simul iunctis, quod lucrum dotis ex statuto consequi minimè possit, vt sentit Bal. d.consil.110. lib.2. & d. cons.53. lib.5. & firmat in puncto Hip.Rimin. cons.533. num. 14.& seq.& dicebat Rip.in l.fin. colum.2. C. de reuoc. donat. & in rub.ff.sol.matr.col.pen. quod maritus ob ingratitudinem priuatur lucro dotis. & asseritt Roland.de lucro dot.q.64.nu. 9.& fuit de mente Surd. de alimen. tit.1.q.32.nu.24.

16 Tertiò, & in hoc vis huius decisionis consistit, ideo aduertēdum. Quod de iure communi maritus non lucratur aliquam partē dotis vxoris præmortuæ, nisi aliter pacto fuerit cōuentū, aut per statutum prouisum: sed integra dos venit restituenda hæredibus vxoris l. Vni. §. Illo procul dubio C. de re. vxo. act. c 1.& c. Nuper. de don. int.vir. & vxo.Alcia.cons.3.nu.15. Roland. de lucr. dot. quæst. 2. nu. 5.& q.4. nu.15.

17 Cum itaq; statutum deferat viro lucrū partis dotis, statutū hoc

hoc est iuris communis correctorium, quia liberam potestatē disponendi de tota dote, aufert mulieri, contra l. 1. C. de Sacros. Eccles. l. In re mandata. C. Manda. nec permittit illam integrā restitui hæredibus mulieris, soluto matrimonio: prout de iure communi fieri debet d. l. Vnic. circa prin. C. de rei vxo. act. l. fin. C. Sol. matr. cap. fin. in fin. de donat. int. vir. & vxo. hinc dicebat Bero. conf. 40. num. 1. & nu. 35. lib. 1. quod tale statutū est exorbitans, iurisq; communis correctorium: sequitur Paris. consil. 62. nu. 26. lib. 4. & prius dixerat conf. 34. num. 4. lib. 3. Aym. cons. 632. num. 6. lib. 4. Soc. iun. consil. 27. nu. 16. lib. 1. Roland. consil. 46. nu. 17. lib. 4. Hip. Riminald. consil. 600. num. 17 & conclusit Senat. Pedem. teste Osas. decis. 21. num. 11.

18 Odiosumq; iudicatur hoc statutum si Bero. Aym. & Rimin. locis supradictis stare velimus, quibus addo Ceph. consil. 300. nu. 3. & Roland. de lucr. dot. q. 2. nu. 5. quos omnes citauit Hondad. conf. 3. nu. 18. & seq. lib. 2. Vnde restringendum, & strictissimè interpretandum esse, latè comprobat Hondad. d. consil. 3. nu. 20. post Alex. Ceph. Hieron. Gabr. Decian. Bero. Rimin. Roland. & Osas.

19 Et propterea si maritus vigore statuti consequi intendit lucrum dotis, tenetur probare, qualitates omnes à statuto requisitas verificari, per ea quæ scribit Bal. in l. Si quis non dicā rapere. col. 2. & 3. C. de Episc. & Cler. Soc. consil. 27. nu. 14. lib. 1. Corn. cōs. 170. nu. 9. lib. 2. Paris. latè cons. 62. nu. 40. & seq. lib. 4. Surd. conf. 459. nu. 19.

20 At statutum Perusinum concedens marito dotis lucrum requirit multas qualitates copulatiuè, & inter cæteras, q̄ maritus cum vxore cohabitauerit, & propterea qualitas ista cohabitationis cōcurrere debet, vt lucro sit locus, ita in puncto Hondad. omnino vidēdus cōs. 3. nu. 61. & seq. lib. 2. qui perbellè comprobat, qualis debeat esse coha-

21 bitatio, & in specie nu. 10. dicit, q̄ propriè dicitur ille in aliqua domo habitare, in qua eius cum familia, ac bonis degit, & facit ibi focū, & alia q̄ faciūt, & facere cōsueuerunt habitatores: per doctrinā Alex. in l. Cornelia. ff. de iniur. Grammat. decis. 87. nu. 11. & 12. & secundū Bar. in l. 1. §. Permittitur. nu. 7. ff. de. lib. agno. habitare quis dicit, vbi bona sua, & supellectilia retinet. quod etiā sentire videtur Riminald. Sen. consil. 220. nu. 6. lib. 2. alios adducit Menoch. consil. 288. numero. 11.

Sed Angelus nihil asportauit in domum D. Tisbæ suæ vxoris, ideo cū ea cohabitasse nō dicitur: licet per annum & vltra ste-

22 terit in domo vxoris, postquam animum recedendi semper habuit. Corn. cons. 244. nu. 19. li. 2.

Ruin.cons.112.num.12.lib.5.& Ceph.cons.451.nu.102.respondit, propriè habitatorem non dici eum, qui habet animum recedendi.

Circa q̃ cohabitationis qualitatē, requisitā à statuto Perusino, aliud nō dicendū, cum copiosissimè, & benè scripserit Hōdad. d.cōs.3. nu.10. & seq.lib.2. cui se subscripsit inter alios Excell.D.Cencius, ea potissimū ratione motus, quia in casu ppo-sito nō cōcurrebat qualitas cohabitationis requisita à statuto, quæ maximè consistit in eo,
23 ꝙ vir, & vxor simul viuant, & commensales sint, quod fuit de mente Surd. d.cons.459. nu.20.

Ex quibus satis conuincitur, quod Angelus, qui non vixit, & commensalis non fuit, non est dignus hoc lucro: & hanc cohabitationis qualitatē latè defendit Hond. consil.4. lib 2. vbi multa in proposito.

24 Quibus hoc tantum addendum erit, quod cum matrimonium sit maris, & fœminæ cōiunctio indiuiduam vitæ consuetudinē retinens.c.1.27.q.2.instit. de nup. §.1.& de patr. potest. in prin. ita pariter cohabitatio viri, & vxoris reqsita à statuto debet esse indiuidua vsq; ad mortē: quæ cū in Angelo nō fuerit, visum fuit, ꝙ lucrū statuti cōsequi nō possit, & minus debeat.

Nec refragantur quæ in contrarium adduximus.

Primò nēpè de absentia viri, ob quā nō venit priuādus lucro isto, responderi potest, non subsistere eo, quia Angelus nō fuit absens aliqua de causa à Ciuitate Perusiæ, īmo semp fuit in Ciuitate, & absq; vlla caussa recessit ab vxore, cū qua cū nō cohabitauerit, non potest prætendere lucrum à statuto cohabitantibus cum vxoribus delato.

Et dum Menoch. d.cons.256. num.3. considerauit absentiam viri non esse in caussa amissionis dotis, præsupposuit, ꝙ absentia fuerit de voluntate vxoris: quod non est in casu nostro, & voluit Menoch. ꝙ iusta absentia mariti nō priuet eum; secus tamen quando indebitè.

25 Nec minus subsistit, quod Angelus non poterat impedire mortem vxoris, & ob id excusandus. Nam etsi mors ineuitabilis sit; attamen magnum est solatium in agone vitæ degentibus suorum consolatio; & prçcipuè mariti, cuius amore vxores adeò sunt incensæ, quod licet nullus amor vincat paternum.l.fin.C.de curat. furio.Alcia.de præsump.reg.2.prçsump. 1.Tiraq.in l.Si vnquam.in prin. Cod.de reuo. donat.Bursat.cōsil.307. nume.134. nihilominus lex præsumit, mulieres ardere potius amore ad secundum virū, quā ad filios primi matrimonij. l.Lex quæ tutores. C.de admin.tuto.Bal.ī l.Prçcibus.col.9. vers.Itē dixi idoneos. C. de impub.& alijs substitut, vbi subdit quod

quod nil est ardore amoris vehementius, quem intra debitos limites carcerare, philosophicũ est, nõ muliebre. sequitur Curt. conf.46.col.2. Hip.Rimin.conf. 241.nu.49.

Et propterea priuando Angelus miserrimam vxorem hoc solatio, non debet ex sua ingratitudine lucrum reportare.

Et quamquã Angelus sit pauper, non per hoc non erit dicẽdus ingratus erga vxorem: quia dato, quod impendere non potuisset ob paupertatem, vtiq; alia charitatis, & pietatis obsequia erga vxorem exercere potuisset: ex quorum omissione priuandum lucro dotis ostendimus.

Secundùm. Quod D. Tisba non obierit ob carentiam medici, & alimentorum, cum D. Franciscus omnia administrauerit, quapropter cum præuentus fuerit, excusari contendunt omnes, in dicto secundo fundamento: quæ omnia & si vera sint, aduertendum erit, ꝙ non intrãt
26 in casu cõtrouerso, eo quia nõ solum Angelus defecit in alimonijs vxoris, sed vlterius fuit ingratus, nõ visitando in vita, nec in morte vxorem, & non interueniendo illius exequijs, & sepulturę, in quibus etiam Ethnici soliciti, & pij fuere: vt scribit Couar.var.resolut. lib.2. cap.2.
27 nu.10. Et certum est, quod maritus cõcurrere debet in expẽsa funeris vxoris pro rata lucri dotis: vti habemus in l.Celsus. cum alijs seq.ff.de relig. & sump. funer. & respondit Bursat. conf. 216. num. 130. Ideo ex ista ingratitudine priuandus erit lucro dotis.

Tertiùm. Dum dicebatur mulierẽ debere habitare in domo viri, & non è contra, vnde incõueniens nõ fuit, quod Angelus è domo D. Tisbæ recesserit, ex quo stare in domo vxoris maritum, signum est mœstitiæ, nõ fa-
28 cit: & respõdere possumus. Quãdo quidem ex pacto inter maritum, & vxorẽ induci posse quod maritus sequatur domicilium vxoris: ꝙ pactum valere affirmarunt Panor. in c.1.nu.5. qui matr.accus.poss. Diaz. in reg. 800. 1.limit. Villalob. com.opin.lit-
29 tera V. nu.74. Rebuff.de priuil. scolar.priuil.76.num.6. Vnde si Angelus in domo vxoris stare voluit, sibi imputet; debebat.n. instare, vt D.Tisba ad domum suam accederet, nam tunc culpa mulieris extra domũ stetisset; & hoc onus probandi vxorem ad domũ viri non fuisse ductam ob recusationem, seu culpam vxoris, pertinet ad virum id allegantem, vt post Paris.cõs. 62.nu.29.lib.4. sentit Planut.de lucr.dot.glos.2.nu.53. & firmauit Hõdad.d.conf.4.nu.51.li.2.
30 Vnde cũ culpa viri, D. Tisba extra domũ habitauerit, ab illo alimentari debuit, vti concludit Surd.de alim.tit.1.quæst.32. nu. 17. Nec dicatur ꝙ Angelus

dotem nõ habuerit, quapropter lucro dotis priuari non debuit, quamquã alimenta nõ præbuerit vxori. Quia respondetur, ꝙ statim contracto matrimonio D. Tisba cõsignauit marito dotem conuentam: si enim postea non curauit fructus terrarum recipere, ꝑ se stetit, & ideo sibi imputandum. Et quod diximus de marito, qui non recepit dotem, non tenere alere vxorem, & nõ perdere lucrum dotis, ꝓcedunt quando mulier est morosa in solutione dotis, & non quando iam dotem cõsignauit, quia quid imputandum vxori si colere fundum nõ curauit; postquam vna cum se ipsa omnia bona dedit marito tempore celebrati matrimonij? & propterea hæc fructum non præceptorum consideratio non facit ad casũ nostrum.

Vlterius cum statutum Perusinum requirat cohabitationem viri, cum vxore, & Angelum nõ cohabitasse ex respõso Hõdad. satis comprobetur, Ideo pronũciandũ duxi, quod hôc lucro dotis sit priuandus. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Trigesimasecunda.

De anno 1577. D. Liuia, & sorores de Felicijs de Perusio, cum alias possessionem adeptæ essent nonnullarum terrarum sitarũ in pertinentijs S. Blasij Agri Perusini, concesserunt easdemet terras D. Andreæ, & fratribus de Mauris eorum auunculis pro pretio florenorum octingentorum; & dilationem illis fecerunt quinq; annorũ ad soluendum pacto expresse in contractu inito, quod interim loco fructuum præfati de Mauris annuatim dictis mulieribus præstarent salmas octo frumenti tempore messium, quas non solum durante quinquennio receperunt, verum post quinquennium vsq; ad annum 1604. hanc frumenti quantitatem conuentam exigerunt, cumq; de anno prædicto ante dicti de Mauris à frumenti præstatione cessauerint, anno elapso fuerunt iudicialiter coram Laqueo iudice conuenti pro frumẽto non dato; & instarũt dictæ mulieres, vt in possessione exigendi manutenerentur: isti de Mauris opposuerunt de vsu-

vsuraria prauitate, & recursum habuerunt ad hanc Curiam Episcopalem pro declaratione; Vnde dubitatum fuit, An contractus esset licitus, vel potius fœneratitius.

SVMMARIVM.

1 Aequitas l. Curabit. C. de act. empt. nõ permittit, quod emptor fruatur re, & pretio.
Et propterea licet pacisci, quod donec soluatur pretium, quid soluatur venditori ratione pretij non soluti.

2 Interesse, ratione pretij retenti, dicitur interesse circa rem, siue intrinsecum; ideo debetur quouis iure attento.

3 Venditor, reseruando sibi dominium rei venditæ, potest licitè aliquid recipere, donec pretiũ soluatur.
Quasi quod tunc nõ sit habita fides de pretio, sed quod fructus potius spectent ad venditorem iure dominij non translati.

4 Venditor, qui dominium transtulit in emptorem, cum plus dederit, quam si dominium rei venditæ penes se retinuisset, tanto magis censetur, quod licitè aliquid annuatim percipiat pro pretio non soluto, secundum Couar. opinionem. lib. 3. var. resolut. c. 4. quæ reprobatur. nu. 20.

5 Interesse quod licitè percipitur, et in pactum deduci potest.

6 Fructus rei fructiferæ distinguuntur à re, cuius sunt fructus, & quomodo demonstratur.

7 Fructus, retento rei dominio in locationibus venduntur. Hinc etiã transferri poterit rei dominium, reseruatis fructibus, et quomodo esse possit exemplificatur.

8 Contractus, quod vendita re fructifera, pro fructibus aliquid præstetur singulo anno, donec differtur solutio, iustificatur ex eo, quod fructus sunt separati, & distincti à dominio rei, & translato dominio, possunt reseruari fructus.

9 Contractus in dubio præsumitur licitus, non vsurarius, præcipuè in foro contentioso, licet secus sit in foro conscientiæ.

10 Vsura æque committitur in cæteris contractibus, & præsertim in contractu emptionis, & venditionis, sicuti in ipso mutuo.
Et redditur ratio quia in mutuo directè, in cæteris contractibus indirectè.

11 Vsura est, vbi quantitas est soluenda per dinumerationem temporum pro retardata solutione capitalis, etiam si sub nomine pænæ solueretur.

12 Interesse licet aliquando vtroque iure debeatur, de eo constare debet aliter quàm ex partium cõuentione, illud ab initio taxando.

13 Venditor dilata solutione non potest loco fructuum percipiendorum ab emptore vniformẽ quãtitatem annualem taxare, cum fructus rei venditæ sint incerti,

& variabiles ex multis accidẽtibus.

24 Vsura committitur quotiescunq; pro fructibus percipiendis ratione pretij non soluti aliquid certum paciscimur.

Et quando est licita conuentio super interesse, si ab initio interesse est certum, potest vtique taxari; secus si ab initio esset incertum & variabile.

25 Vsuram non facit taxatio interesse, sed taxati interesse exactio.

26 Canonico iure vsura etiam modica prohibetur: licet secus secundum ius Ciuile.

27 Vsura committitur quotiescunq; est in facultate creditoris exigere quantitatem debitam, & non exigit, & assentit praestationi annuae conuentę: & referuntur auctoritates multorum hanc sententiam comprobantiũ.

28 Vsura erit, si creditor negligens exigere debitum, recepit aliquid loco interesse: nec sufficeret simplex iudicialis interpellatio, sed oportet, quod fecerit omne posse pro exactione.

29 Contractum esse fęneratitiũ, quando pro dilatione data ad soluendum, interim aliquid percipitur, multi voluere, non obstante sancita in d. l. Curabit, quae non procedit facta taxatione pretij.

20 Couar. reprobatur, dum lib. 3. var. Resol. c. 4. voluit translato dominio, magis licere percipere aliquid ratione fructuum.

21 Vsura committitur translato dominio, quia rei suae locatio non datur.

22 Et plura ad intellectum l. Curabit. C. de act. emp.

De vẽditione facta de re fructifera dilata solutione ad quinquennium cum cõuentione de soluẽdo annuatim quãtitatem certã frumẽti loco fructuũ donec soluatur pretium. Et de exactione facta frumẽti taxati, non solũ durante dilatione, sed per plures annos post dilationẽ concessã, nunquid sapiat Vsuram.

Diuino inuocato suffragio.



IN proposita quaestione adeo varij fuerũt nostrates, vt difficilem, & obscuram illi decisionẽ effecerint: nihilominus relinquẽdo oĩa, quae sumus dicturi sub cẽsura S. M. Ecclesiae videbatur dicendũ, ꝙ contractus controuersus sit licitus, & à iure approbatus.

1 Primò. Cũ D. Liuia, & cęterę mulieres cesserint D. Andreę & alijs de Mauris terras in hoc Perusino territorio de sui natura fructiferas, & D. Andreas pretium in totum, nec in partem soluerit, non fuit inconueniens con-

conuenire de dando istis mulieribus annuatim octo salmas frumenti, donec pretium solueretur; iuxta sancita in l. Curabit. C.de act.emp. cuius tex.decisio tota in æquitate fundata fuit,vt ibi notant omnes, & in specie Cagno. post prin. motus per l. Iulianus.§.Ex vendito.ff.de act. emp.vbi habetur, q cũ emptor re fruatur,æquissimum est, eum vsuras pretij impendere:essetq; iniquissimum, quod emptor lucraretur fructus rei emptæ, & pretium penes se retineret: vnde licitus reputatur cõtractus, vt venditori quid soluatur ratione pretij non soluti; donec soluatur: ita Abb. consil.66. 1. dub. lib.1. Soc.sen.cõs.88.nu.9. & consil.103. in prin.lib.4. latè Soc. iun. cons.66.nu.7.lib.2.Paris.cons.60.per tot.& præsertim num.21.& seq.lib.1. Natt.cons. 304.& 494. Bero. cons.157.nu. 7.& nume.22.lib.1.Bursatt.cõs. 11.nu.13. & pluribus seq. lib.1. Hip.Rimin.cons.177.nu.16. lib. 2. Alfan. collect. iur. ver.Interest. nume.281. Ant. Gabr. com. opin.tit.de emp.& vend.cõclus. 4.nu.5.& 10. Hondad. cons.44. per tot. lib. 1.

2 Cum itaq; D.Andreas consequutus fuerit, & consequatur fructus terrarum sibi cessarum, tenetur ob id dare frumentum conuentum loco interesse circa rem,siuè intrinsecum, quod debetur. l.Vinum.ff.si cert. pet. l.Si sterilis.§.Cum per venditorem.ff.de act. emp.l.fin. in prin. & §. Planè. ff. de eo per quem fact.erit. Inno.& Card. in c. Sacro. de sent. excom. P.Iacob.in pract. rub. de act. in fact. col.4. Prat. Pap. in for. libell. in act. real.versic. Viden. itaq;. Bar.& doct. in l. Vnic. C. de sent. quæ pro eo.ibiq; latiss. Rebuff. glos. dupl. nu. 47. Idq; per dictam l. Curabit.omni iure,etiam Canonico licere, responderunt Soc. iun.d.cons.66.lib.2.Paris.d.cõs. 66. lib.1. per vt eos refert Bursat.d.cons.11. nu.14.

3 Secundò pro validitate contractus consideratum fuit,quod voluere multi dispositionem dictę l. Curabit. absq; dubio procedere, quotiescunq; venditor dominium rei vẽditę sibi reseruauit, donec de pretio fuerit solutus, quasi q tunc fides non sit habita de pretio, sed sit quãtitas annuatim soluẽda loco fructuũ:hinc licitũ sit cõuenire,eo quia fructus illi,potius ad venditorẽ ptineãt iure dominij nõ translati: q deduci dicunt ex l. Sicut emptio. §. Vbi. ff. loc.vbi ex eo, quod dominiũ venditor non dum transtulit in emptorem,sed solum detẽtionem rei, potuit quantitatem conuentam locationis titulo stipulari, interim dum pretium solutum non fuerit. sic Panor.consil.66. & cons.76. 2.dub.lib.1.Alexan. consil.119. 120. & 121. lib.4.& cons.121.lib.5.Soc.cons.88.lib. 4.Dec.cons.119.num.4.Fachin. con-

controuers. iur. lib. 2. c. 32. in fin. Ruin. cons. 73. lib. 1. Ant. Gabr. de emp. & vēd. cōclus. vlt. nu. 35.

4 Modo vna cum Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 4. sub num. 4. dicendum videbatur, quod cum mulieres istæ terras tradere, & consignare D. Andreæ minimè tenerentur ante pretij solutionem, & si dominium retinuissent, annualem præstationē recipere potuissent, tradentes illarum dominium, tanto magis eis licebit perceptionē salmarū frumenti in recompensam fructuum, quos è terris ipsæ percepissent traditione non facta, & dominio retento, & postquā ex dominij translatione pluris iuris, & commodi dederint, ideo à fortiori licitè præstationē hāc recipere potuerunt. ita per tex. l. Sicut emptio. §. vlt. ff. loca. cōprobare nixus fuit Couar. loco proximè citato, rationibus per eum adductis.

5 Et sicuti licitè frumenti quātitatem taxatam percipere potuerūt, ita in pactum quoq; deducere absq; vlla vsuræ labe potuerunt si Ruin. credēdum erit. d. cons. 73. sub nu. 3. lib. 1.

Tertiò dicebatur. Quod etsi mulieres nostræ dominiu terrarū prefatarū cōcessissent DD. de Mauris, attamē potuerūt sibi re-

6 tinere fructus illarū, cū fructus rei fructiferæ distinguantur à re, cui' sunt fructus, Dominiū nēpè est ius de re corporali liberè disponendi, prout concludit Bar. in l. Si is qui. in. §. Diferentia. ff. de acq. possess. & Bal. in l. Fœminæ. §. fin. C. de secund. nup. nec non Salycet. in l. Tradit. Cod. de pact. vnde patet, q est ius competens personæ separatū ab ipsa re: & ex hoc dicebat Bar. in l. 1. in vlt. q. ff. de iur. om. iud. q dominium non est qualitas cohærens rei, sed qualitas cohærens personæ: & Bart. sequitur Soc. d. cons. 103. nu. 17. lib. 4.

7 Et sicuti in locatione vendūtur fructus, retēto dominio rei, ita quoq; potest transferri dominium rei, retentis fructibus, vti videmus quàm sæpe in donationibus, & quotidie in beneficijs Ecclesiasticis, quādo resignantur cum reseruatione fructuum.

8 Et hac ratione iustificari potest iste contractus; nam vigore iustæ venditionis, & iustitiæ cōmutatiuæ non tenetur venditor tradere possessionem cum omnibus suis fructibus, nisi integrū soluatur pretium; & cū pretium sit pars rei, postquā nullo habito pretio hæ terræ datæ fuerūt, ob id potuerunt mulieres in recompensationem fructuum, frumentum recipere, ne Mauri rē, & pretium haberent: hoc pacto declarando scriptum reliquit Cosm. Philiarc. de off. Sacerd. tit. de emp. & vendit. c. 26. vers. Verum cum hanc sententiam.

9 Quarto loco pro mulieribus adducebatur. Quod quādo res non esset clara pro istis mulieribus, saltem dubia dici deberet

rer ex fundamentis superius factis, meritò succedere debet, vt cōtractus iste reputetur licitus non autem vsurarius, vt tradit Bal. in l. Rogasti. §. Si tibi. ad fin. ff. Si cert. pet. per l. Si ea pactione. C. de vsur. Alex. cons. 221. col. 2. lib. 2. Dec. cons. 119. col. 3. Paris. cōs. 54. in prin. lib. 1. Crot. cons. 141. nu. 6. & Bal. cons. 210. lib. 3. dicebat, quod contractus, qui potest in bonā partem interpretari, in malam iudicari non debet; sequitur Aym. cōs. 48. ad fin. Soc. iun. cons 83. col. 1. lib. 2. Mars. caus. crim. cōs. 2. nu. 11. Ant. Gabr. com. opin. lib. 7. tit. de crimin. conclus. 2. vbi tenet, hanc opinionem procedere in foro contentioso, de quo nos agimus; & cum præd. concordat Bursatt. cons. 117. nu. 4. & firmat Hip. Rimin. cons. 177. nu. 18. & 19. prosequitur Hondad. cons. 33. nu. 103. & 104. lib. 2. & fuit dictum Aret. cons. 159. nu. 16. Berrett. cons. 114. in fin. Menoch. cons. 358. nu. 12.

Licet in foro conscientiæ secus esset pro salute animæ, cum tutius sit dicere vsurarium secundum Abb. in c. Nauiganti. de vsur. Decian. cons. 2. nu. 186. lib. 1. Bursatt. qui veriorem, & communem dicit, cons. 320. nu. 120, & latè Mascard. de probat. conclus. 438. nu. 1. cum seq. par. 1. & declarauit Hondad. cons. 37. nu. 76. lib. 1.

Quibus tamen non obstantibus, contractū de quo quęrimus fuisse fœneratitium decidendū duxi, & vt huius decisionis fundamenta clarescant, præmittēdū erit. Quod fęnus solet exerceri ęque in cęteris contractibus, ac in ipso mutuo, & præcipue in contractu emptionis, & venditionis; cum in hoc possit esse implicitum mutuum, & ob id vsura committitur, eo quia lucrū inde sequitur. ita scribunt Io. Calder. in c. fin. in 5. not. de vsur. vbi Abb. nu. 6. S. Antonin. in sum. part. 2. tit. 1. de vsur. ex mutuo. §. 1. vers. Quamuis enim in alijs contractibus. & vberius eo tit. de vend. rer. ac termi. §. 15. & 16. Caietan. in sum. in ver. vsura exteriori, vers. De vsura autē consurgente ex mutuo implicito. Syluest. in sum. in uer. vsura il 2. num. 3. & 4. Tabien. in sum. in ver. Vsura quinta rōne emptionis. Osa. decis. Pedem. 95. n. 36. Claus. in sum. in ver. vsura il 1. num. 6. idem respondit Abb. cons. 5. ad fin. lib. 1. & apertissimè Bero. cons. 168. nu. 12. & 16. lib. 1. Alex. de Neuo. cons. 97. nu. 19. qui appellat hoc mutuū indirectum; quo etiam nomine appellat Feder. de Sen. cons. vlt. nu. 2. qui declarando ait, quod vsura cōmittitur altero de duobus modis, directè, & indirectè; directè in mutuo, indirectè in cęteris contractibus, qui implicite illud habent. quos omnes citāuit Menoch. cons. 119. num. 28. & seq.

11 Vlterius præmitēdū erit. Quod vsu-

vsura est, vbicunque quantitas est soluenda per dinumerationem temporum pro retardata solutione capitalis, etiam si solui deberet sub nomine pœnæ. Bar. in l. Qui sine. ff. de ver. oblig. Bal. in l. Cum allegas. in fin. C. de vsur. Anch. videndus cons. 150. num. 6. His sic præmissis, cum in hoc contractu reperiatur taxata quātitas frumenti annuatim soluenda, vsurariam prauitatē sapit.

12 Quia licet interesse debeatur vtroque iure; tamē de eo aliter constare debet, quam ex conuētione partium illud ab initio taxando, vt eleganter respondit Anch. d. consil. 150. Alex. consil. 221. nu. 10. lib. 2. Dec. cons. 119. Soc. cons. 111. col. 2. & cons. 116. nu. 3. lib. 1. & in c. Venerabilis. col. 6. vers. Taxatio vero. de except. Iafrd. decis. 351. Bal. in d. l. Rogasti. §. Si tibi vers. Extra nota. ff. si cert. pet. & in l. Cunctos populos. num. 4. C. de sum. trin. Cyn. in l. Seruus ea lege. ff. de ser. ex par. latè Cagno. in d. l. Curabit. C. de act. emp. & dicit Marius Martius inter consil. crim. Farinac. cons. 15. nu. 25. quod in hoc conueniunt tam legistæ, quam Canonistæ, & Theologi. & si aliter diceretur, esset aperire viam vsuris, cum semper partes conuenirent super futuro interesse.

13 Nec dicatur, quod taxatio ista frumenti succedat loco fructuum, quos percepturi erant emptores, nam cum fuerit vniformis, non potest correspōdere fructibus, qui variantur iuxta varietatem temporum, & diuersorum accidētium; cum vno anno magnam frumenti copiam terræ istę producere potuissent, altero verò minorem, prout aduertit Rom. cons. 520. nu. 8. Capic. decis. 65. nu. 10.

14 Et propterea cū quantitas frumenti ex terris recolligenda esset probanda, conuentio in salmis octo annuatim, dicitur in fraudem vsurarum; ita respōdit consultus Alex. cōs. 49. 50. & 51. lib. 4. Abb. in c. Dilect. nu. 15. de arbitr. Bar. in l. Iulianus. §. Idē Papinianus. ff. de act. emp. Afflict. decis. 135. nu. 20. Purpurat. in l. 1. col. 8. in fin. C. de sum. trin. Ant. Gabr. com. opin. tit. de emp. & vend. conclus. fin. nu. 23. Aym. cons. 189. nu. 8. quo in loco copiosissimè, & magistraliter materiam hanc pertractans distinguit plures casus, & ad propositum dicit, Quod quando sumus in casu, in quo licita est cōuentio super interesse, & tūc aut interesse ab initio statim est certum, & statim potest taxari: Aut sumus in casu in quo interesse ab initio certum non est (vt interesse debitum venditori respectu fructuum) & isto casu taxatio interesse nūq̄ est licita, maxima quando taxatio nō potest veresimiliter correspondere fructib'; prout firmauit Rot. Rom. decis. 340. par. 1. in nouis.

Et

Et quamuis Dec. consil. 111. respōderit, quod taxatio interesse non reddit contractum illicitū, sed exactio: et si creditor nō exigeret quantitatem taxatam, cōtractus non erit illicitus, & taxatio haberetur pro non facta, ex quo illa obseruata non fuit.

Verum in facto nostro, cū mulieres quātitatem taxatam exegerint pro multis annis, & pro paucis, quibus non acceperunt iudicialiter expertæ sunt; resultat quod vsuram commiserint. sic in puncto Aym. d. consil. 189. sub num. 8. & est communis Canonistarum sententia, vt per Io. Andr. Butr. & alios in c. Salubriter. de vsur. Rebuff. in repet. l. Vnic. in glos. vlt. nu. 34. & 35. C. de sent. quæ pro eo.

Ex altero etiam capite cōtractus hic noster apparet vsurari, omisso in pręsenti discutere, an pro quinquennio dato ad soluendum licuerit taxare quātitatē interesse loco fructuum, & exigere.

16 Et pariter omisso, an salmæ octo frumēti annuæ excesserint legitimum modum vsurarum, secundum ius Cæsareum, quanquam de iure Canonico vsuræ, etsi modicæ, prohibeantur.

Nihilominus, cum mulieres nostræ consequutæ sint annualem præstationem frumenti per multos annos post quinquennalem dilationem concessam, videlicet per spatiū quadraginta & septem annorū, & quando præfati de Mauris cessarunt à præstatione, de anno præterito iudicialiter instarunt pro exactione frumenti nō dati, & manutentione exactionis illius, Hinc vsuram commiserunt.

17 Eo quia in facultate illarum erat exigere pretium conuentū vigore promissionis iuratæ, sequitur, quod cum nō petierint, & nullam prorsus diligentiam fecerint in exigendo pretium conuentum, sed potius voluerunt annuam præstationem frumenti, cui cōsentiendo in fraudem vsurarum factum fuit. Sententia ista probatur auctoritate multorum.

Et in primis Anch. d. consil. 150. qui respondit, quod si soluto matrimonio post mortem, viri hæres promisit pręstare annuam pensionem singulis annis ipsi mulieri, donec dos ipsa fuerit integrè restituta: illa pensio præstari nō debet, cum promissa fuerit in fraudem vsurarum; ex quo fuit in potestate mulieris petere, & exigere dotem. & clarius hoc expresit idem Anch. consil. 93. vbi respondit mulierem, cui maritus testator legauit pensionem annuam pro vsufructu suæ dotis, donec illa dotem petijsset, aut exegisset, non potuisse pensionem illam tāquam fœneratitiam cōsequi; cum in facultate eius fuerit petere, & exigere dotem.

Alexand. cons. 27. nu. 9. lib. 4.

&

& cós.74.nu.14.lib.5. sequutus. fuit Anch. sententiam.

Ruin. cons.25.nu.3. & consil. 53.num.14.lib.5. huius quoque fuit opinionis.

Soc. sen. manifestè hanc partem tenuit consil.56.nu.1.& 21 lib.3.

Soc.iun. consil. 131.num.15 lib.2.

Aym.cons.912.nu.9.

Neuizan.cons.74.num.3.

Io.Baptist. Ferrett.cons.247. nu.14.& 15.

Plot. cons.37.num. 8.

Menoch. cons.441.nu.26.& seq.

Surd.cons. 23. qui etsi in casu suo cõtrarium responderit, tamen sub num. 10. sentit, quod quando in posse legatarij est exigere legatum recipiẽdo annuam pensionem, committit vsuram.

Roland.cons.55. nu.2.lib.2.

Cãpeg. de dot.in 2.par. q.13.

Io. Lup. in c. Per vestras in 6. not. num.8. de donat.int.vir. & vxo. secundum nouiss. impressionem Lugdunen.

Purpurat. in d.l. Rogasti. §.Si tibi num.28.ff.si cert.pet.

Couar.var. resolut. lib.3. c.1. num.9. vers. Et sane dicti. dum sic intelligit Bar.& alios dicentes legatum annuum testatoris, donec sors soluatur, esse feneratitium, procedere quando legatarius potest statim petere & exigere si velit: nam dum exactionem differt, eam quantitatẽ videtur hæredi sub usuris mutuo dare.

Rom. in l. Diuortio. num.17. Imo. nu.14. & Ias.num.18. ff.sol. matr. comprobarunt hanc sententiam, cum dixerint, quod cũ mulier elapso primo anno luctus, posit ad libitum exigere dotem suam, etiam si maritus testatus non esset: differendo eam petere, & exigere, non potest illius caussa consequi aliquam annuam pensionem, quia vsura est.

Crot. in l. Nemo potest. nu.5. ff. de leg.1. hos sequendo dicebat, quod recipiendo annuam pensionem, illi consentit, & cõmittit vsuram. Hanc & nos cõprobauimus decis.4. num.18. 1. par. vbi ad iudicandum dispositionem D. Lauræ & exactionẽ D. Alcidis non fuisse vsurariam mouebamur quod in posse D. Alcidis non erat petere, sed D. Florauantis hæredis dare.

18 Et postquam in casu nostro post quinquẽnium per quadraginta, & vltra annos exactioni consẽnserunt mulieres, resolutũ est, quod vsuram commisserunt, quia potius voluerunt annuam illam frumenti quantitatem excessiuam, quam petere pretium iam maturum; vnde non excusantur, & illicitè frumentũ perceperunt; ex quo in iudicio cõueniendo istos de Mauris nullam diligentiam adhibuerunt; sed quod peius est, procurarunt manuteneri in possessione exigendi.

gendi. Nec sufficeret simplex iudicialis interpellatio si forsitan aliquando fecissent, quæ collusoriè fieri potuisset; cũ requiratur, vt fecissent omne posse, quo exigissent ipsum pretiũ; quod si exigere non potuissent rectè percepissent interesse iustũ ratione moræ. hæc Menoch. d. conf. 441. nu. 29.

Nec ab hac sententia me euellere potuerunt, quæ superius adduximus pro contraria parte:

Nempe quod æquitas in qua fundatur d. l. Curabit: consistat in hoc solo, quod emptor vsus fuit re, & pretio; quæ æquitas procedit, etiam si venditor impleuerit plenè contractum, siue non; & siue fuerit in mora, siue non fuerit: vti ponderat Mandell. de Alb. conf. 193. nu. 2.

19 Quia respondere possumus, quod articulus iste non transit sine contradictore, cum multi censuerint cõtractum istum esse fœneratitium: inter quos Dec. conf. 116. 119. & 183. Soc. consi 130. lib. 4. Aym. conf. 189. versi Tertius est casus. Syluan. consi 10. nu. 46. Ceph. conf. 290. Sim. de Pret. cõs 198. Franc. de March. decis. 891. Syluest. in sum. ver. Vsura il 2. in 11. q. S. Antonin. in sum. 2. part. tit. 1. c 3. §. 20. Lup. in c. Per vestras. de donat. int. vir. & vxo. in 6. not. nu. 8.

Et qui contrarium tenuerũt, admittunt, quod etsi conuentio sit licita, tamen certa quantitas taxari non possit: vt ex Dec. & Purp. firmat Ant. Gabr. d. conclus. fin. de emp. & vẽdit. nu. 23.

Quia cum incertũ esset quantum emolumenti ex terris concessis percepturi essent isti de Mauris, propterea non fuit licitum conuenire de octo salmis frumenti annuatim, vti superius comprouauimus; & non dissentit Fachin. qui contrariam partẽ defendere profitetur d. c. 32. controuers. iur. lib. 2. vers. Quinto cũ dubium. cui fundamento nõ satis sufficientem accommodauit responsionem.

Vlterius cum post quinquennium ad soluendum concessum d. mulieres hanc frumenti quãtitatem conuentam exegerint; illis est imputandum, cum in earum facultate esset conuenire emptores, & pretium exigere; ex qua annua pensionis perceptione vsuram commisisse, ni fallor; satis superque ostendimus. & ex hoc fundamento omnia in contrarium adducta diluuntur.

20 Secundum fundamentum ex acuto acumine ingenij Couar. de sumptũ; quod plus meretur ille recipere vsuras pro fructibus, qui dominium transtulit, illo qui penes se retinuit, non est verum.

Nam omnes qui similem cõtractum iustificare conantur, pro cautela dare solent, vt ad tollẽdam omnem difficultatem venditores rei dominium apud se retineant, donec eis pretium exsoluatur, & interim locent, cer-

ta

ta constituta pensione: ita ex Panor. Soc.sen. Soc.iun.Cagno. Andr.Gayll. & Couar.consuluit Fachin.d.c.32.in fin.quibus addamus Ruin.cons.73. col.2. lib. 1. Dec.cons.119.col.2. quos citauit Gabr. d.conclus. fin. num. 25. de emp. & vend.

21 Et si dominium translatum esset in emptorem, quo pacto volumus, quod res vendita dicatur locata, donec pretiũ soluerit, cum nemo conducat rem suam.l. Qui rem. C. Loca. Quapropter absurdum esset, quod venditor effectus verus dominus, solueret vsuras, quia hoc in casu pecunia pareret pecuniam, contra naturam, & iura.

22 Etsi diceremus quod ex æquitate d.l.Curabit. sit locus vsurarum præstationi: hoc non videtur posse ꝓcedere, quia emptor dilationem habet ad soluendũ pretium; quæ circũstantia procul dubio nõ est in d.l. Curabit.

Ac etiã quia in casu isto quãtitas certa fuit cõuenta, & exacta.

Nec non post dilationem voluerunt venditrices potius exigere præstationem illam annuã satis excessiuam, quam pretium, sicuti exitus probauit, & manifestè detegitur ex instantia ipsarum, in qua manuteneri in hac exactione petierunt; & ob id vsuram commiserunt.

Tertiùm de fructibus, quod sint distincti à re, cuius sunt fructus, non potest militare in casu nostro; quia non contendimus tãtummodo, An, durante dilatione ad soluendum, potuerint exigere vsuras loco fructuum, sed dicimus, fœnus commissum, tum ex taxatione, illiusq; exactione, tum ex receptione præstationis annuę post quinquennium, ex quibus vsuram esse volumus; ex quo poterant exigere creditum, & noluerunt: sed allectæ ex lucro tantæ quantitatis frumenti, illi libenter consenserunt, & hinc vsuram commiserunt.

Quartùm, quod sat sit mulieribus nostris dubiũ esse, an contractus per eas celebratus sit vsurarius vel ne; Respondemus in casu isto nullam esse difficultatem, quin vsurarium sit, & propterea dubietas ponderata nõ subintrat. Vnde dicendum duximus, contractum esse illicitũ, & fœneratitium, & teneri d.mulieres excomputare in sortem principalem frumenti quantitatem receptam. Et ita sententiatum fuit, patrocinante pro D. Andrea de Mauris, D. Bartholomeo Giliano, & pro D. Liuia, D. Hectore Fabrie causidicis primarijs huius Ciuitatis. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

De-

Decisio Trigesimatertia.

Nobilis quidam feudatarius, habens duos filios eiusdem nominis Io. Guglielmi, quorum vnum ex legitimis nuptijs procreauerat, alterum verò ex nobili quadam muliere soluta, tempore, quo & ipse solutus erat: Emit nobilis iste vir de anno 1512. multos annuos census pro Io. Guglielmo eius filio cum conditione, quod moriente d. Io. Guglielmo sine filijs legitimis & naturalibus, census isti sint & esse debeant Bartholomaei eius filij legitimi & naturalis: & mortuo Bartholomaeo, sint ipsius Bartholomaei filij primogeniti legitimi, & naturalis: & semper vadant de primogenito in primogenitum ipsius Bartholomaei, & deficiente linea masculina ipsius, legitima, & naturali, vocauit secundo genitum ipsius nobilis ementis, & deinde tertiũ, & quartum, & semper cum conditione legitimitatis, et naturalitatis: & de Io. Guglielmo eius filio legitimo, & naturali in casu mortis Io. Guglielmi, pro quo emerat, nullam fecit mentionem.

De anno 1571. ipse nobilis emptor censuum condidit testamentum; in quo reliquit Io. Guglielmo naturali partem cuiusdam Masaritij pro perpetuis illius indigentijs. Mortuo testatore, et emptore, vt supra, Io. Guglielmus naturalis praetendebat istos annuos census: Io. Guglielmus verò legitimus, & naturalis cõtendebat esse suos: causa in hoc foro Episcopali introducta, cum Io. Guglielmus legitimus & naturalis esset clericus, fuit dubitatum, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Filij nomen naturale est; & conuenit naturalibus aequè, atque legitimis.*

2 *Filiorum appellatione, quando veniant naturales, coniecturis dignoscitur.*

3 *Verbum ambiguum in vna dispositione positum, declaratur per alium clarius in alia dispositione positum, etiã facta ex interuallo.*

Et precedens scriptura declarat sequentem Confessioq; dubia declaratur per aliam factam ex interuallo.

Quod quicquid sit in diuersa, certè in eadem scriptura non est dubitabile.

4 *Testamenti pars declaratur per aliam.*

5 *Geminatio actus demonstrat enixã agentis voluntatem, & intentionem.*

6 *Inaequalitas inter filios inimica legibus, & semper inter eos, aequalitas seruanda erit, quoad fieri potest, & quare introductum.*

7 *Quis dicatur in dignitate constitutus latè demonstratur.*

8 *Nobilis in dignitate constitutus nõ praesumitur, quod velit sibi succedere naturalem filium. Et redditur ratio.*

9 *Naturalis, vel spurius, quis dicendus.*

10 *Spurius dicitur natus ex furtiuo accessu, ad virginem, viduam, vel nuptam.*

11 *Naturalis propriè dicitur, qui natus est ex soluto, & concubina in domo retẽta affectione maritali.*

12 *Filius, qui dicit se naturalẽ, debet probare, quod mater in domo fuerit retenta maritali affectu.*

13 *Spurius filij nomen non meretur, & non potest aliquo pacto succedere parentibus.*

Et iure ciuili attento, nec etiam alimenta ipsi debentur, quia eos repellit publicè honestatis iustitia.

14 *Filius natus ex soluta, & soluto improprië dicitur naturalis, et iste modus loquendi impropriè, fundatur nõ in dispositione legis, sed in communi vsu loquendi.*

15 *Verba sunt propriè, & strictè intelligenda.*

16 *Filio naturali non potest pater relinquere, nisi vnciã, stante prole legitima.*

17 *Filios eos dicimus, qui ex matrimonio nati sunt, & ex proprietate sermonis, stantibus filijs legitimis, & naturalibus, non veniunt naturales tantum.*

18 *Filij naturales non dicuntur propriè filij, & non succedunt patri in immunitate, & non prosunt in excusatione tutelae, & non ueniunt in contractu, & statuto loquentibus de filijs.*

19 *Priuilegium testãdi inter filios sine solemnitate, non competit naturalibus filijs.*

20 *Ciuilitas concessa filijs intelligitur de legitimis, & naturalibus, & non de naturalibus tantum.*

21 *Filius naturalis dicitur impropriè filius, & per posterius, & in dubio debemus intelligere dispositionem propriè, & per prius.*

De emptione facta pro filio, An intelligatur facta pro naturali, stantibus legitimis.

Di-

Diuino inuocato suffragio.

1 IN proposita quęstione; etsi nomen filij naturale sit, & conueniat naturalibus, ęque atq; legitimis. l. Tutelas. ff. de cap. Dimin. l. Pronunciatio. ff. de ver. Sig. & vtrobiq; notat Bar. & tradunt Imo. Alex. & alij in l. Ex facto. §. Si quis rogatus. il 1. ff. ad Trebell. idem Alex. consf. 94. per tot. lib. 1. & respōdit Soc. cons. 102. nu. 9. lib. 3. quod spurij nomen est naturale, & dicuntur de casata, & possunt arma domus portare.

Quapropter cum nobilis iste vir emerit cēsus istos ꝑ Io. Guglielmo filio, venit in hac dispositione Io. Guglielmus, etsi naturalis, secūdum glos. in l. fin. in ver. Contineretur. ff. de iur. delib. Imo. in l. Lucius Titius. §. fin. nu. 19. ff. de leg. 2. & in d. l. Ex facto. §. Si quis rogat'. ff. ad Trebell. & respōdit Dec. cōs. 1. nu. 8.

2 Attamen cum maiores nostri velint, quod coniecturis dignoscatur, quando naturales appellatione filiorum veniant: vti firmauit Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 78. nume. 22. in fin. Hinc in casu isto in hac emptione censuum non esse comprehēsum Io. Guglielmum naturalem ex pluribus coniecturis mihi persuasi.

Prima itaq; erat desumenda ex verbis ipsiusmet emptionis instrumenti, in quo cauit nobilis emptor, quod, decedente Io. Guglielmo eius filio, pro quo emebat sine filijs legitimis, & naturalibus; deueniant census isti in Bartholomæum filium ipsius emptoris legitimum, & naturalem.

3 Cumq; clarum sit, quod verbum ambiguum positum in vna dispositione, declaretur per aliud, quod reperitur clarius in alia dispositione positum, etiā facta ex interuallo Alexand. consil. 197. nume. 7. lib. 6. & dicit Ias. in l. Et hæredi. §. Si quis discretus. num. 1. ff. de vulg. & pup. quod præcedens scriptura declarat sequentem: & in confessione dubia, ꝙ declaretur per aliam factam ex interuallo, comprobat Aym. cons. 267. col. 2. vers. Secundò respondeo. Et quicquid sit in diuersa, certè in eadem scriptura non est dubitandum; vt sentit Beci. consil. 189. nu. 3. lib. 2.

Verum cum emptor in substitutione facta Io. Guglielmo clare, & apertè vocauerit filios legitimos, & naturales, sequitur, quod in emptione quoq; facta pro Io. Guglielmo intellexerit de Io. Guglielmo legitimo & naturali, & non de naturali tantum.

4 Sicuti enim vna pars testamenti declarat aliam. l. Qui filiabus. ff. de leg. 1. vbi Ias. Abb. conf. 37. lib. 1. Dec. conf. 15. vbi latè comprobat, quod si in vna parte testamenti dictum sit de

filijs masculis, & in alia parte fiat mentio simpliciter de filijs, intelligi debet de masculis, ipse Dec. consil. 370. & cons. Sis vtrobiq; nu. 3

Vnde ex verisimili mente D. emptoris venit dicẽdum, quod emendo pro Io. Guglielmo filio intellexerit de legitimo, & naturali. Idq; dilucidius dignoscitur ex altera declaratione, dum voluit, quod moriente Io. Guglielmo d. census nunquam possint vendi, vel alienari, vel describi, sed in vsum fructuum illorum succedat Bartholomæus filius primogenitus, masculus, legitim', & naturalis ipsius D. emptoris, si tunc erit superstes; alias illius primogenitus masculus legitimus, & naturalis; successiuè primogenitus primogeniti: & deficiente linea Bartholomæi, vocauit secundogenitum ipsius D. emptoris, & deinde tertium, & quartum, & semper cum hac qualitate legitimitatis, & naturalitatis. ex qua cõditionis repetitione septies repetita enixæ colligitur ipsius D. emptoris voluntas, vt census isti essent legitimorum

5 & naturalium. Ista namq; est virtus geminationis actus, vt ostendat agentis deliberatam voluntatem, & intentionem, sicuti alias comprobauimus in decis. 3. nu. 18. & decis. 19. num. 23. primæ part.

Secundam ponderabam coniecturam, quod D. emptor emerit pro Io. Guglielmo legitimo, & naturali desumptam ab ipsamet emptione, dum enim seriosè nominat omnes suos filios legitimos, & naturales, eorumq; lineas, ad quos deuenire intendit cẽsus istos, casu quo Io. Guglielmus decesserit sine filijs, de Io. Guglielmo, legitimo, & naturali nullam mentionem fecit.

6 Quo fit, vt emptio facta fuerit pro ipso Io. Guglielmo legitimo, & naturali; alias inæqualitas sequeretur inter filios D. emptoris, quæ inimica est legibus. l. Si id quod. in fin. ff. de rescind. vendit. l. Sed & interpellatur. in fin. ff. de arbitr. c. Cum inter. vbi Dec. 6. not. de excep. & æqualitatem semper seruandam esse inter filios, quoad fieri potest, mandat. tex. §. Illud. authent. de æqual. dot. l. Vt liberis. in prin. C. de collat. l. Illud. §. fin. eo. tit. l. fin. C. com. vtr. iud. l. pen. in fin. Cod. com. diuid. l. Cum quis. in fin. Cod. de nat. lib. Quod introductum fuit ad tollenda iurgia, & contentiones inter eos l. Cum oportet. §. Sin autem. Cod. de bon. quæ lib.

Et propterea, ne dicamus quod Ioan. Guglielmus fuerit præteritus in hac censuum substitutione, dicere cogimur, quod pro ipso emerit, & non pro Ioan. Guglielmo naturali tantum.

7 Tertiò considerabam, quod nobilis emptor erat in dignitate

tate conftitutus, vti dominus duorum Caftrorum, ficuti fcribit Caftren. in d. l. Ex facto. §. Si quis rogatus. num. 6. ff. ad Trebell. quem fequitur Rip. ibi nu. 20. qui voluere, quod nobilis, & in dignitate conftitutus, dicatur is, qui habet Caftra, & iurifdictionem: & hoc idem affirmauit Ruin. confil. 77. num. 7. lib. 3. & Grat. confil. 29. num. 51. lib. 2. refpondit, quod Comites dicũtur nobiles, & in dignitate cõftituti: & de Confiliario Principis confuluit Rim. Sen. confil. 129. num. 6. quod fuit de mente Alexand. confil. 94. num. 2. lib. 1. Et de ęquitibus quod fint nobiles, firmauit Ruin. conf. 178. num. 11. lib. 2.

Et de Doctoribus voluit Rip. in d. §. Si quis rogatus. ꝙ præeminentiam, & dignitatem quãdam habeant.

Quinimò in Medico, artiũq; Doctore refpondit Alexand. d. confil. 94. lib. 1. & comprobauit Roland. confil. 67. num. 9. lib. 3. his citatis Menoch. de pręfump. lib. 4. præfump. 78. nu. 24.

8 Poftquam igitur D. emptor nofter abfq; hæfitatione erat vir Illuftris, nobilis, & iurifdictionem habebat, non eft credendum emiffe cenfus iftos pro Io. Guglielmò naturali, & voluiffe eum fibi fuccedere. ita Bart. in d. l. Ex facto. §. Si quis rogatus. nume. 2. vbi Caftren. num. 6. Alexand. num. 3. Herculan. colum. 2. verfic. Et primò fal lit. Rip. nu. 8. & 16. Dec. in c. In præfentia nume. 39. de probat. ibiq; Bero. num. 277. & Parif. 45. Eman. Coft. in l. Gallus. §. Et quid fi tantum in 5. part. num. 64. ff. de lib. & poft. Odd. de compend. fubftit. in 6. part. art. vlt. verfic. Limitatur tertiò. & fuit dictum Azo. in fum. C. de infam. & confulti refpondere Alexand. confil. 2. num. 5. lib. 1. & confil. 185. fub num. 7. lib. 2. Barbat. confil. 27. colum. 20. lib. 1. Ruin. confil. 27. num. 6. confil. 37. num. 7. & confil. 158. num. 6. lib. 1. & confil. 76. num. 2. confil. 77. num. 3. confil. 92. num. 16. & confil. 104. num. 4. & 15. lib. 3. Hippol. Riminald. confil. 46. nu. 40. Dec. confil. 274. num. 10. & confil. 425. colum 3. Parif. conf. 90. num. 47. lib. 2. Ceph. confil. 117. num. 23.

Cuius fententiæ ea eft ratio, quia verifimile non eft, exiftentem in dignitate, vel præeminentia aliqua, velle bona fua peruenire ad infames. iuxta. c. 1. §. Naturales. fi de feud. fuer. cõtro. inter dom. & agna. quod effet maiori dedecori virò Illuftri, quàm ignobili. autenth. Si qua Illuftris. C. ad Orfici. Et ex nobilitate, & dignitate teftatoris, ad exclufionem naturalium, defumi coniecturam, mãdauit Menoch. de præfum. lib. 4. præfump. 78. numero. 23. cum pluribus fequen. & fuit de mente Beui. d. confil. 189. nume. 11. lib. 2.

9 Quartò aduertebam. Quòd D. emptor in testamento postea condito de anno 1571. asseruit, quod Io. Guglielmus naturalis fuit genitus ab ipso, & nobili quadam muliere, quæ, cũ non constet, quod pro concubina retineretur à præfato nobili emptore, ideo resultare posse mihi visum fuit, quod Io. Guglielmus non naturalis, sed spurius sit dicẽdus. Quia spurius dicitur quicũq; nascitur ex coitu nõ vxorio, nec cõcubinario, sed punibili de iure ciuili. Bar. in l. fin. col. 1. ff. de his, quib. vt indi. ibiq; Alex. Caccialup. in auth. Si qua Illustris; vbi etiam Cagno. C. ad Orficia.

Et postquam mulier illa mater Io. Guglielmi nobilis appellatur à testatore, præsumendum erit, quod coitus ipsorum fuerit furtiuus, quia aliàs parentes mulieris non tolerassent.

10 Quapropter Io. Guglielmus furtiuè conceptus spurius existimandus. Nam is quoq; spurius dicitur, qui natus est ex furtiuo accessu ad virginem, viduam, vel nuptam. glos. in cap. Nisi cum pridem. §. Personę. de renunciat. & ibi notat Inno. Spec. in tit. de success. abintest. §. Nunc de naturalium. Bal. in autenth. Licet. C. de naturalib. Ang. in l. Vulgo. ff. de stat. homin. Alciat. de præsump. reg. 2. præsump. 5. num. 5. vbi post Bal. scribit, quod pauci sunt verè naturales propter multa, quæ requiruntur.

11 Eo quia naturalis propriè dicitur qui natus est ex soluto, & concubina in domo retenta affectione maritali. ita Bal. consil. 295. lib. 2. quem sequuntur multi citati à Iason. 51. num. 5. lib. 3. Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt ind. Oldr. consil. 106. Alber. in rub. de nat. lib. glos. Abb. & alij in cap. Tanta. qui fil. sint legitim. Natt. consil. 421. per tot. pulchrè Rot. Roman. decis. 254. in 2. par. in nouis. vbi referuntur multa requisita ad hoc, vt filius dicatur naturalis.

12 Et hanc qualitatem, quod mulier fuerit retenta in domo maritali affectu, probare debet filius, qui dicit se naturalem: vt firmauit Rot. dict. decis. & Natt. consil. 421. Bursat. consil. 62. numero. 8. vbi allegat Paris. Bened. Paleott. Mayner. Roland. & Vasq. ipse Bursat. consil. 83. nume. 1. Ceph. consil. 364. num. 20. & hanc sententiam dixit magis communem Hieronym. Gabr. consil. 29. nume. 4. lib. 1. Caualcan. in repert. decis. in ver. Naturalis. vers. Et hæc omnia procedunt. Aymon. consil. 368. numero. 1. Mascard. de probat. conclus. 1089. nume. 6. vbi recenset omnia requisita, vt filius dicatur naturalis: prosequitur Menoch. de præsump. lib. 6. prsæump. 54. per tot.

13 Stante igitur, quod Io. Guglielmus sit spurius, & non natura-

turalis, certum est, quod non potest aliquo pacto aspirare ad census istos; quia spurij, filij nomen non merentur. & tantum abest, vt ad patris, siue matris bona vllo pacto aspirare possint, vt nec etiam alimenta, iure ciuili attento, ipsi debeantur: authent. Ex complexu. C. de incest. nup. Repellit nempè eos publicæ honestatis iustitia, ne in tam graui crimine grassandi hominib' impunitas permittatur, cum ita facillius paterna libido coerceri posse censeatur. vti ponderat Paleott. de not. & spur. cap. 44. numero. 1.

14 Et licet impropriè, natus ex soluta, & soluto dicatur naturalis: vt dicit P. de Vbald. de sucess. abintest. colum. 2. Iste tamen modus loquèndi impropriè fundatur non super dispositione legis, sed super communi vsu loquendi: vti dicunt Bal. dict. consil. 295. lib. 2. & Iason. consil. 51. lib. 3. Caccialup. in dict. authent. Si qua Illustris. nume. 4. Natt. in l. Hac consultissima. §. Ex imperfecto. nume. 67. & seq. Cod. de testa. Aym. consil. 166. nu. 8. & multos congerit Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. nu. 19.

15 Nos verò versamur in contractibus, in quibus verba propriè & strictè sunt intelligenda. Hippol. Riminald. consil. 410. numero. 22. & habemus tex. l. Cum dotem. vbi ad hoc notat Bal. C. de iur. dot. Cur. Iun. in l. Precibus. num. 22. Cod. de impub. & ob id dictus Io. Guglielmus conceptus, vti diximus, nõ est dicendus naturalis, sed spurius, & consequenter non comprehẽsus in emptione facta pro filio.

Quintò. Dato etiam quod attento communi vsu loquendi Io. Guglielmus natus ex soluta, & soluto impropriè dicatur naturalis, & non spurius, adhuc possumus dicere, quod in emptione ista non sit compræhensus; Quia cum in testamento D. emptor reliquerit Io. Guglielmo naturali partem cuiusdam Massaritij pro perpetuis suis in digentijs, infallanter resultat, quod census isti nõ fuerint pro eo empti. Eo quia si census fuissent pro illo empti, vtiq; plusquam satis fuisset prouisum suis indigentijs: & vanum fuisset eidem relinquere partem Massaritij pro indigentijs.

16 Vltra quod si D. Io. Guglielmus deberet consequi census præfatos, certè incapax fuisset partis Massaritij, ex quo resolutum est, quod, stante prole legitima, naturali filio pater non potest relinquere nisi vnciam. ita cautum legimus in §. Nos igitur. in authent. Quib. mod. sui: & relato quid sancitum fuerat, tam de iure digestorum quàm Codicis, & nouissimè per Iustinianum. sic concludit Paleott. de not. & spur. cap. 38.

sub num.3.Surd.de alim.tit.2.q.15.nume. 46. Menoch. de præsumpt.libr.4. præsumpt.48. numero 9.

17 Nec resistit ijs, quæ diximus, quod filiorum appellatione veniunt æquè naturales, & legitimi. Quia respondetur quoties vna cum naturalibus concurrũt filij legitimi, & naturales, ex ꝓprietate verborum filios eos dicimus, qui ex matrimonio nati sunt.l.Filiũ definimus. ff.de his, qui sunt sui, vel alien. iur.

18 Et filij naturales non dicuntur propriè filij. l. 2. §.Legitimi. ff. de excusat. tutor. vbi Bal. infert ad notabilem quæstionem; Et non succedũt patri in immunitate, quando est concessa per priuilegium.l.2.§.1.ff.de excusat.tuto. vbi habemus, quod filij naturales non prosunt ad excusationem tutelæ: & Bal.ibi dicit, quod si ex statuto non tenetur ire ad bellum, qui tres habet filios, non excusabitur, qui habet naturales. sequũtur Rip. in l.Si vnquam.num.73.C.de reuocan. donat. & Tiraq. ibidem in ver.Liberos.nu.61. Clement. de patr.potest.cap.5.num.27.& Paleott. de not. & spur. cap.32. num.4. qui comprobat, naturales non venire in contractu, & statuto, & immunitas concessa filijs non includit naturales, si non sunt legitimati. Bal. in l. Communium. C. de natur. lib. Alexand.ad Bar.in l.1. ff.de iur. immunit.

19 Sic videmus, quod priuilegium testandi inter filios sine solemnitate non competit naturalibus. Alexand. in dicta l. Ex facto. §. Si quis rogatus. nu.45. ff. ad Trebell. Bal. Angel. Iaf.& alij in d. l.Hac consultissima. §. Ex imperfecto. C. de testam.Tiraqu. d.ver. Susceperit liberos. num.60.

20 Et ciuilitas licet ad filios trãseat, quando est quæsita conuentione, vel priuilegio secundum Bar.in l.Libertus.§.Patris. ff. ad municip. Bal. in l.1. C. de patr. qui fil. distrax. Tiraquell. de iur. primogen. quæst.59. nu. 3. Tamen intelligi debet de legitimis filijs, non de naturalibus. sic Surd.consl.456. num.16. & seq.

21 Quapropter emptio facta à D. emptore debet censeri facta pro Ioan. Guglielmo legitimo, & naturali, & non pro naturali tantum, qui non est propriè filius, nec ei diffinitio filij conuenit; & licet dicatur impropriè, & per posterius, in dubio debemus intelligere dispositionem propriè, & per prius. Angel.consil.366. num.3. vbi num. 5. post Azo. constituit regulam negatiuam, quod relictum filio non verificatur in naturali, & dicit, quod in hac materia insistendum erit coniecturis; atque ex illis colligenda voluntas disponentis: vti etiam respondit Surd.consl.89.num.38.

Cumq; in præsenti facti specie ex

ex iam dictis colligeretur quod D. emptor non emerit pro filio naturali, sed pro legitimo, & naturali, ideo ad fauorem R. D. Io. Guglielmi legitimi, & naturalis decisum fuit: ne videretur, quod D. emptor plus dilexerit naturalem, quàm legitimum, & naturalem contra genericam presumptionem, de qua Bal. consil. 141. sub nu. 3. lib. 5. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Trigesimaquarta.

Christophorus Balarinus de Crociano Perusinæ diœcesis cum anno præterito graui morbo laboraret, in sua infirmitate vsus fuit opera D. Camillæ Ascanij Cauponis; cumq; pristinam sanitatem recuperasset, accessit ad sanctissimam Lauretanam domũ, & secum ire procurauit Angelam filiam d. Camillæ associatam à Faustina ipsius Angelæ sorore, illiusq; marito, & nonnullis alijs, & ingressus Ecclesiam ante altare Beatissimæ Virginis protulit hæc verba. Angela io, che hò riceuuto la gratia di vscire del letto, prometto à quella Madonna di sposare te per l'amor de Dio. *Reuersusq; ad Ciuitatem Perusiæ, accersiuit Parochum ipsius Angelæ, & procurauit, vt absque denunciationibus requisitis à Sancto Concilio Tridentino, illos coniungeret in matrimonio: sed audito, quod absq; superiorum permissu fieri non poterat; nolens quod matrimonium hoc ad aures suorum consanguineorum perueniret, operam dedit, vt Angela iret ad Ciuitatem Castelli in domo cuiusdam Philenæ ipsius amitæ: cumque secum Angelam in dicta domo conduxisset, coram Parocho sponsalia contraxit, & data fide promisit tempore debito, & seruatis seruandis matrimoniũ cõtrahere: in cuius exequutione denunciationes in ipsa parochiali Ecclesia fieri procurauit: quibus pendentibus plu-*

sub num.3.Surd.de alim.tit.2.q. 15.nume. 46. Menoch. de præsumpt.libr.4. præsumpt.48. numero 9.

17 Nec resistit ijs, quæ diximus, quod filiorum appellatione veniunt æquè naturales, & legitimi. Quia respondetur quoties vna cum naturalibus concurrũt filij legitimi, & naturales, ex ꝓprietate verborum filios eos dicimus, qui ex matrimonio nati sunt.l.Filiũ definimus. ff.de his, qui sunt sui, vel alien. iur.

18 Et filij naturales non dicuntur propriè filij. l.2. §.Legitimi. ff. de excusat. tutor. vbi Bal. infert ad notabilem quæstionem; Et non succedũt patri in immunitate, quando est concessa per priuilegium.l.2. §.1. ff.de excusat.tuto. vbi habemus, quod filij naturales non prosunt ad ex cusationem tutelæ: & Bal.ibi dicit, quod si ex statuto non tenetur ire ad bellum,qui tres habet filios, non excusabitur, qui habet naturales. sequũtur Rip. in l.Si vnquam.num.73.C.de reuocan. donat. & Tiraq. ibidem in ver.Liberos.nũ.61. Clement. de patr.potest.cap.5.num.27. & Paleott. de not. & spur. cap.32. num.4. qui comprobat, naturales non venire in contractu, & statuto, & immunitas concessa filijs non includit naturales, si non sunt legitimati. Bal. in l. Communium. C. de natur. lib. Alexand.ad Bar.in l.1. ff.de iur. immunit.

19 Sic videmus, quod priuilegium testandi inter filios sine solemnitate non competit naturalibus. Alexand. in dicta l. Ex facto. §. Si quis rogatus. nũ.45. ff. ad Trebell. Bal. Angel. Ias.& alij in d. l.Hac consultissima. §. Ex imperfecto. C. de testam.Tiraqu. d.ver. Susceperit liberos. num.60.

20 Et ciuilitas licet ad filios trãseat, quando est quæsita conuentione, vel priuilegio secundum Bar.in l.Libertus.§.Patris. ff. ad municip. Bal. in l.1. C. de patr. qui fil. distrax. Tiraquell. de iur. primogen. quæst.59. nu. 3. Tamen intelligi debet de legitimis filijs, non de naturalibus. sic Surd.cons.456. num.16. & seq.

21 Quapropter emptio facta à D. emptore debet censeri facta pro Ioan. Guglielmo legitimo, & naturali, & non pro naturali tantum, qui non est propriè filius, nec ei diffinitio filij conuenit; & licet dicatur impropriè, & per posterius, in dubio debemus intelligere dispositionem propriè, & per prius. Angel.consil.366. num.3. vbi num. 5. post Azo. constituit regulam negatiuam, quod relictum filio non verificatur in naturali, & dicit, quod in hac materia insistendum erit coniecturis; atque ex illis colligenda voluntas disponentis: vti etiam respondit Surd.cons.89.num.38.

Cumq; in præsenti facti specie ex

ex iam dictis colligeretur quod D. emptor non emerit pro filio naturali, sed pro legitimo, & naturali, ideo ad fauorem R. D. Io. Guglielmi legitimi, & naturalis decisum fuit: ne videretur, quod D. emptor plus dilexerit naturalem, quàm legitimum, & naturalem contra genericam presumptionem, de qua Bal. consil. 141. sub nu. 3. lib. 5. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Trigesimaquarta.

Christophorus Balarinus de Crociano Perusinæ diœcesis cum anno præterito graui morbo laboraret, in sua infirmitate vsus fuit opera D. Camillæ Ascanij Cauponis; cumq; pristinam sanitatem recuperasset, accessit ad sanctissimam Lauretanam domũ, & secum ire procurauit Angelam filiam d. Camillæ associatam à Faustina ipsius Angelæ sorore, illiusq; marito, & nonnullis alijs, & ingressus Ecclesiam ante altare Beatissimæ Virginis protulit hæc verba. Angela io, che hò riceuuto la gratia di vscire del letto, prometto à quella Madonna di sposare te per l'amor de Dio. *Reuersusq; ad Ciuitatem Perusiæ, accersiuit Parochum ipsius Angelæ, & procurauit, vt absque denunciationibus requisitis à Sancto Concilio Tridentino, illos coniungeret in matrimonio: sed audito, quod absq; superiorum permissu fieri non poterat, nolens quod matrimonium hoc ad aures suorum consanguineorum perueniret, operam dedit, vt Angela iret ad Ciuitatem Castelli in domo cuiusdam Philenæ ipsius amitæ. cumque secum Angelam in dicta domo conduxisset, coram Parocho sponsalia contraxit, & data fide promisit tempore debito, & seruatis seruandis matrimoniũ cõtrahere: in cuius exequutione denunciationes in ipsa parochiali Ecclesia fieri procurauit: quibus pendentibus plu-*

pluries alloquutus, & confabulatus fuit cum Angela, illius manus tangendo, & vno mane repertam Angelam in lecto deflorauit, & quia assentire nolebat, eidem dixit, quod, cum esset sua, volebat de illius corpore ad suum libitum disponere, & hisce verbis inducta permisit deflorari: postea varias litteras transmisit eidem Angelæ, eam consortem appellando. Examinatus Christophorus omnia supranarrata fatetur præter copulam, quam expresse negauit, super qua fuerunt inducti, & examinati duo testes: qui deposuerunt de confessione extraiudiciali ipsius Christophori; sunt tamen singulares. Fuit dubitatum, Nunquid Christophorus esset cogendus ad contrahendum matrimonium.

SVMMARIVM.

1 Sponsalia de futuro soluuntur, si sponsi se soluunt.

2 Matrimonium non dicitur initiatũ per simplicem promissionem de illo contrahendo.

3 Actio ex vendito non datur contra promittentem vendere.

4 Vendere, & vẽdere uelle differunt.

5 Pœnitentia datur in contractibus innominatis: sed quomodo procedat declaratur nu. 32. & seq.

6 Sponsalia rationabili caussa soluuntur: quæ autem sit caussa rationabilis, arbitrio iudicis relinquitur.

7 Caussa rationabilis soluendi sponsalia, est fornicatio.

8 Sponsalia exequi recusans non est cogendus, sed monendus: at quomodo procedat, declaratur num. 11. & 31. & 36. & seq.

9 Sponsus, si per ecclesiam cogeretur contrahere matrimonium per censuras, vtique matrimonium esset meticulosum, & non valeret. Quia metus excomunicationis cadit in constantem virum; quod declaratur nu. 43.

10 Sponsalia contrahens cum iuramento, moneri debet ad contrahendum matrimonium, etsi monitis non paruerit, ecclesiasticis censuris est cogendus.

11 Iuramentum est affirmatio, vel negatio de aliquo facto, vel faciendo, sacra rei attestatione firmata: & quæ sit ista sacra res ostenditur.

12 Iurans non necessitatur vti verbo, Iuro, quia quocunque modo possit colligi iuramentum, sufficit, ex quo non potest dari certa regula, quibus verbis concipiatur iuramentum.

13 Spon-

13 *Sponsalia iurata sunt seruanda, & recusans pracisè cogitur ad contrahendum, nisi rationabilis caussa obstiterit,*

14 *Caussa iusta recedendi à sponsalibus, licet iudicis arbitrio relinquatur, tamen arbitrium debet esse iuri consonum: & exemplificatur, quæ sit caussa rationabilis.*

15 *Caussam non adducens recedendi à sponsalibus, dicitur fateri, nullam habere.*

16 *Sponsalia reiterata recusari non possunt.*

17 *Sponsalia etiam absque iuramento contracta seruanda esse, ex communi demonstratur. Quia Deus non facit differentiam inter iuramentum, & simplicem loquelam.*

18 *Sponsus, qui destorauit sponsam est præcisè cogendus ad contrahendum matrimonium, cum res non sit amplius integra, alioquin ex duplici dolo, & culpa commodum reportaret.*

19 *Assertio sponsæ, quod fuerit deflorata, multum facit; ex quo delicta carnis sunt difficilis probationis.*

20 *Assertio sponsæ, vna cum alijs cõiecturis, probat deflorationem.*

21 *Sponsi conuersatio cum sponsa arguit deflorationem factam ab eo.*

22 *Sponsus appellando sponsam, consortem, presumitur illam carnaliter cognouisse, & redditur ratio.*

23 *Confessio extraiudicialis facit plenam probationem de iure canonico, etiam absente, & non acceptante parte facta. Et procedit non solum inter clericos, sed etiam inter laycos subiectos, quo ad temporalem iurisdictionem Ecclesiæ.*

24 *Confessio extraiudicialis probatur per testes singulares.*

25 *Confessio est actus reiterabilis, & propterea in illa probanda sufficiunt testes singulares: & optima adducitur ratio.*

26 *Sponsalia sunt exequẽda, quando ex illis oriretur infamia spõsæ.*

27 *Intellectus ad c. 2. de spons. datur. vt procedat quando sponsi mutuo dissensu recedunt à sponsalibus; secus quando vnus tantũ.*

28 *Numerus pluralis non verificatur in vno.*

29 *Vnius sponsi dissensu non soluuntur sponsalia cum tex. c. 2. de spons. dicat quod vbi sibi inuicem fidem datam remittunt, hoc possit in patientia tollerari.*

30 *Sponsalia vnius dissensu soluuntur, quando non sunt ratificata: alias secus.*

Et multa de ratificatione.

31 *Sponsus qui recusat exequi sponsalia, est cogendus præcisè per censuram Ecclesiasticam ad contrahendum matrimonium, quia in spiritualibus non est locus solutioni interesse, cum non capiãt extimationem.*

32 *In contractibus innominatis datur pœnitentia, etiam re non integra, soluto interesse, & parte indemni seruata; sed hoc procedit in prophanis, non in spiritualibus*

bus sponsa deflorata non potest aliter resarciri damnum, nisi per matrimonium, nec sponsus soluendo interesse liberatur, cum aliud pro alio, inuito creditore, solui nequeat.

34 *In contractibus innominatis, quando vnus impleuit pro parte sua quod promisit, aduersarius incipit remanere obligatus naturaliter, & ciuiliter ad promissa.*

Et quomodo quis dicatur impleuisse pro parte sua, demonstratur.

35 *Asserenti incumbit onus probãdi.*

36 *Sponsus, qui recusat contrahere matrimonium, est prius monendus, & postea cogendus. & ita declaratur tex. c. Requisiuit. de spons.*

37 *Regula est, quod qui iurat per verba de futuro contrahere matrimonium, est cogendus contrahere per verba de præsenti per cẽsuras Ecclesiasticas.*

Quæ regula vnam tantum recipit limitationem: videlicet, si rationabilis caussa resistat.

38 *Regulam habens pro se, dicitur habere rem certam, & secundũ regulam iudicandum, nisi aliqua adducatur limitatio.*

39 *Sponsalia quando sunt iurata, tunc recusans cogitur præcisè ad contrahendum, secundum cõmunẽ.*

40 *Sponsalia etiam non iurata seruanda, quia iudex ex officio tenetur compellere ad reddendum vnicuique quod suum est.*

Et Ecclesia non tantum iurantem, sed simpliciter promittentem, compellit.

41 *Iuramentum in cap. Ex litteris il 2. de spons. non est caussa coactionis ad contrahendum, sed in d. text. narratur factum, & non quod solo iuramento nitatur.*

42 *Sponsalia iurata studiosius cogit Ecclesia seruari.*

43 *Matrimonia deberent esse libera ab omni coactione extrinseca, secus ab intrinseca, quæ prouenit de natura matrimonij.*

De spõso qui deflorauit spõsam, an sit præcisè cogendus ad cõtrahendum matrimonium.

Diuino inuocato suffragio.



IN hac ardua matrimoniali caussa, videbatur decidendũ ad fauorẽ Christophori, quod nõ esset cogendus exequi sponsalia contracta cum Angela.

1 Primò per tex. c. 2. de sponsa. dicentẽ quod qui de matrimonio contrahendo purè fidem dederant, si se admittere noluerint, nè forte deterius inde cõtigat, vt scilicet talem ducat, quam odio habet, videtur, quod ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittũt, hoc possit in patientia tollerari. Vnde summunt Abb. Card. & alij, quod sponsalia de futuro soluuntur, si sponsi se soluunt; licet

licet fuerint iurata :
2 Rationemque assignat Anchar. quia per simplicem promissionem de contrahendo matrimonio non potest dici matrimonium initiatum: quia ille qui promittit contrahere, promittit factum, ex qua promissione non oritur actio, quæ descenderet
3 Ex contractu in cõuentione deducto. Si enim aliquis promitteret vendere librum pro decẽ, non datur actio ex empto ad implendum promissa ; sed actio ex stipulatu, si stipulatio intercesserit.

Pari modo si testator damnat hæredẽ vẽdere fundũ Titio, Titius non habet actionem ex empto, antequã venditio celebretur. l. Si hæres. ff. de act. empt. & notant doct. in l. Si fideiussor. ff. de leg. 1.
4 Et dicit glos. in l. Clementis. C. de contrah. emp. quod aliud est vendere, aliud vendere velle.

In proposito itaque nostro promissio Christophori de cõtrahẽdo matrimonio habet dependentiam de futuro, merito possunt contrahentes propria auctoritate recedere, cum per talem promissionem non dicatur matrimonium initiatum.
5 Secundò facere videbatur pro Christophoro, quod per talem promissionẽ initam inter Christophorum, & Angelam dicitur celebratus contractus innominatus, facio, vt facias : promisit enim ducere in vxorem Angelam, quod est quid facti : at in contractibus innominatis licet alteri contrahentium penitere. l. Si pecuniam. cum ibi notatis. ff. de cond. ob cauf. propterea dictus Christophorus solum penitendo videtur esse tutus.
6 Tertiò. sponsalia rationabili de caussa soluuntur ; ita cauetur in tex. c. Ex litteris il 2. de sponsa. quæ autem sit rationabilis caussa soluendi sponsalia, iudicis arbitrio relinquendum esse scripserunt Hiero. Gabr. consil. 159. lib. 2. Decian. cons. 66. lib. 5. & fuit de mente Rot. decis. 497. par. 1. diuersor.
7 Sed inter ceteras rationabilis dicitur illa, quæ prouenit ex fornicatione sponsæ. c. Quemadmodum de iureiuran. per quem tex. ita tenuerũt Syluest. in sum. in ver. Spõsalia. nu. 10. vers. Septimò. Cosm. Filiarch. de off. Sacerd. tit. de spons.

Verum Christophorus recusat ducere Angelam, eo quia multis sui corporis copiam fecisse pretendit; & propterea nõ est cogendus.
8 Quartò. dato quod absq; rationabili caussa Christophorus recusaret contrahere matrimoniũ cum Angela, adhuc non esset cogendus. ita sancitum legimus in c. Requisiuit. de spons. vbi Vrbanus tertius requisitus, qua censura mulier cõpelli debeat, quæ, iurisiurandi religione neglecta, nubere renuit, cui se nupturam, interposito iuramento, fir-

firmauit, respondit quod cum libera, debeant esse matrimonia, monenda est potius, quàm cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere, & ob id soleat Ecclesia pia mater à coactione abstinere: vti voluere Host. Io. Andr. Butr. Anch. Abb. & Præposit. in d.c. Et sentit Syluest. in sum. d. ver. Sponsalia num. 10. quem sequũtur ferè omnes summistę; & respondit Ruin. consi. 202. nu. 5. in fin. lib. 1. quos omnes citauit Rot. d. decis. 497. nu. 2. par. 1. in nouiss.

Et consonat cum præd. tex. c. 2. de spons. in quo habemus, ꝙ hi, qui de matrimonio contrahendo purè, & sine omni conditione fidem dederunt, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi, vt præstitam fidem obseruent. Si igitur commonẽdi, non ergo cogendi.

9 Quia si ecclesia per excommunicationẽ cogeret Christophorum ad contrahendum, vtique matrimonium esset meticulosũ, & consequenter inualidum; Nã metus excommunicationis dicitur metus, qui cadit in virum constantem: & hanc partem sequi videtur D. Thomas 4. d. 27. q. 2. art. 1. ad 2. Angel. in sum. in ver. Sponsalia. num. 42. Armill. pariter in sum. eod. tit sub. nu. 7. Germoni. de Sacror. immunita. lib. 3. c. 21. num. 86. Segur. in direct. iudic. 2. par. c. 15. num. 4. & seq.

Quibus tamen non obstantibus decidendum duxi, ꝙ Christophorus, qui sponsalia cõtraxit de futuro cum Angela, sit cogendus ad contrahendum matrimoniũ, & mouebar ex infradicendis.

10 Primò per tex. c. Ex litteris. il 2. de spons. in quo dicitur, quod iurans aliquam ducere in vxorem, si recuset, moneri debet; si monitis nõ fit audiẽs, ecclesiasticis censuris cogendus erit illã recipere, & maritali affectione tractare, nisi rationabilis aliqua caussa contrarium suadeat. Christophorus verò iurasse videtur ducere in vxorem Angelam, quando in venerabili Ecclesia Lauretana promisit sub illis verbis. *Angela io che ho receuuto lagratia di vscire del letto, prometto à quella madonna di sposare te per amore de Dio.*

11 Ex quibus apparet, quod iuramentum interuenit; Eo quia iuramentum est affirmatio, vel negatio de aliquo facto, vel faciendo, sacræ rei attestatione firmata.

Quæ sacra res, per quam iuratur, est Deus, aut aliquid Dei, inquantum est Dei; hinc iuramus per creaturas non secundũ se sumptas, sed in quantum in eis manifestatur veritas Diuina.

Et quando iuramus per fidẽ, per Euangelium, vel sanctos, intelligitur per Deum esse iuramentum, cuius veritas continetur

netur in fide, & in Euangelio, & per Sanctos est prædicata: hæc Syluest. in sum. in ver. Iuramentum il 1. num. 1.

12 Vnde cum Christophorus promisserit Deiparæ ducturum Angelam in vxorem, absq; dubio iurasse dicere debemus; non enim est necesse, quod iurans vtatur verbo isto, Iuro; quia quocunq; modo possit colligi iuramentū, valebit: vt per Abb. in c. 51. Christus. de iureiuran. & dicebat Syl ueft. vbi supra quod non potest dari certa regula, quibus verbis concipiatur iuramentum: quem sequutus fuit Decian. d. consil. 66. num. 10. lib. 5.

13 Stantibus igitur sponsalibus istis iuratis, resultat quod Christophorus præcisè sit cogendus ad contrahendum matrimoniū cum Angela: postquam iustam caussam recusandi in actis non probauit: ita in puncto consultus respondit Decian. d. consil. 66. num. 15. lib. 5. & Hiero. Gabr. cons. 159. num. 1. & seq. lib. 2. in terminis nostris respōdit quod sponsus, qui iurauit ducere in vxorem aliquam, non potest recusare, nisi cum iusta rationabili, & legitima caussa, & in casu in quo consuluit Gabr. ita decidit Rot. decis. 497. in 1. par. diuersor.

14 Caussa autem iusta recusandi quæ sit, licet diximus de mente Gabr. Decian. & Rotæ locis supracitatis arbitrio iudicis relinqui; tamen tale arbitrium debet esse iuri consonum; puta quod sint euentura homicidia, adulteria, & similia mala: & glos. in d. c. Ex litteris. in ver. Rationabilis, exemplificat in consanguinitate, vel affinitate, vel alio impedimento perpetuo. Sed in processu Christophorus nullam probauit caussam, ob quam recedere debeat; nam etsi dixerit nolle contrahere, quia Angela alijs sui corporis copiam fecerit, hoc tamen non probauit, vt

15 inferius suo loco dicetur. Cūque aliam caussam non adduxerit, sequitur quod tacendo, nullam habuisse fateri videatur. sic in specie Decian. d. consf. 66. nū. 18. in fin. lib. 5.

Secundò ad corroborationē prædictorum considerabam, quod Christophorus promissionē hac pluries reiterauit; nam reuersus à Lauretana Domo accersere fecit R. D. Pompilium Bacellum cappellanū Parochialis Ecclesiæ Diui Andreæ, sub quā degit Angela; & procurauit, vt, omissis solemnitatibus à S. Concilio requisitis, ipsum coniungeret in matrimonio cum Angela: cumque obtinere non potuerit, cōduxit Angelam ad Ciuitatem Castelli; & in Ecclesia pariter Parochiali amitæ Angelæ sponsalia denuo reiterauit, & fidem de contrahendo dedit Philenæ amitæ ipsius Angelæ, & procurauit denunciationes fieri in dicta Ecclesia; vti factum fuit; & interim permāsit in eadem do-

mo

mo cum Angela.

16 Quapropter cum toties spõsalia ratificauerit, contrauenire non posse dicit tex. l. Verò. in fin. ff. de solut. l. Semper qui nõ prohibet. ff. de reg. iur. Dec. cõs. 281. nu. 2. aduersus enim talem promissionem toties repetitam nihil opponere potest, iuxta notata per Bal. conf. 140. nu. 1. lib. 1. Aret. conf. 103. Soc. conf. 242. nu. 2. lib. 2. Ceph conf. 446. num. 28. Hip. Rim. conf. 450. num. 22. & conf. 58. nu. 15. & alias comprobauimus decis. 3. num. 18. & decis. 19. nu. 17. huius fori Episcopalis. quibus in locis multa adduximus de efficacia geminationis actus, & præcipuè qđ vbi interuenit secunda deliberatio, error allegari non posit.

17 Tertiò. Dato quod sponsalia hęc nostra iurata minimè essent, attamen Abb. in d. cap. Ex litteris. nu. 5. idem esse affirmat, & quod nihilominus tenetur fidẽ seruare per tex. c. 2. c. Sicut. c. Requisiuit, & c. De illis. il 1. de sponsa. vbi Host. Abb. & Boic. notãt: alios citat Couar. in epitom. de sponsa. 1. par. cap. 4. in prin. & nu. 2. vbi post D. Thomã dicit peccare mortaliter, qui fidem fallit. Soc. Iun. consil. 30. nu. 2. & seq. lib. 2. Rip. in l. 2. §. Si sponf. num. 7. ff. de priuil. credit Menoch. conf. 386. num. 1. & 2. Hip. Rimin. d. conf. 538. nu. 25. & seq. qui voluit vt cogatur pręcisè Marcobrun. conf. 7. nu. 36. vbi arffirmat quod etsi iure ciuili attento, liceat vni contrahentium renunciare spõsalibus. L. 1. C. de sponf. tamen aliud est de iure canonico, ꝙ est seruãdũ in hac materia: & conclusio cõprobat, ꝙ hæc procedit nõ solũ accedẽte iuramento, sed etiam quando adest simplex promissio; quia Deus non facit differentiam inter iuramentum, & simplicem loquelam: & concludit quod præcisè sit cogendus; & addit, quod recusans peccat mortaliter.

18 Quartò addatur ꝑ totali decisione, Quod in casu controuerso non sumus in puris sponsalibus, sed vltra illa toties repetita interuenit copula carnalis, ob quam res nõ est amplius integra: & ob id firmauit Rot. d. decis. 497. in 1. par. diuersor. ꝙ sponsus, qui deflorauit sponsam est præcisè cogendus, alioquin ex duplici dolo & culpa commodum reportaret, nempè ex defloratione, & ex renitẽtia de adimplẽdo promissa cum iuramento contra l. Dolo. ff. de dol.

De copula verò satis cõstare videtur, ex assertione Angelæ, quæ, cum per obstetrices inspecta fuerit, repta fuit deflorata.

19 Et assertio illius multũ facit contra Christophorum; Nam, cũ simus in delicto difficilis probationis, assertio ista Angelæ magnam facit præsumptionem. Castren. consil. 348. num. 3. lib. 1. Io. Anan. 1. colum. 2. versic. 2. poterit iustificari. Monticell. reg.

reg. crimin. 4. nu. 18. iuncto nu. 30. Mascard. de probat. conclus. 7. nu. 14. par. 1. qui conclus. 16. num. 14. dicit, quod adulterium poterit probari per iuramētum adulteri dicentis se cum vxore alicuius concubuisse. per tex. c. Continebatur, ibi viri standum est. vbi Abb. & cęteri de despons. impub. iuncta ea, quæ dicit ipse Mascard. conclus. 312. nu. 23. & conclus. 452. num. 14. & sentit. Alex. consil. 13. in fin. lib. 7. Natt. conf. 205. nu. 4. Farinat. de indit. & tort. q. 43. nu. 87. & seq.

20 Et hoc licet non ita de plano procedat, tamen in dubio concurrentibus coniecturis creditur mulieri. Dec. in l. Si quis pręgnantem. in fin. ff. de reg. iur.

21 At in casu nostro multæ concurrunt cōiecturæ: quarum prima est, confessio Christophori, quod, sponsalibus contractis, commoratus fuit in domo cum Angela, illiusq; manus tetigit; & dicunt nostrates, quod ex cōuersatione viri cū muliere oritur indicium contra nominatū à muliere, ita Grāmat. caus. crimin. conf. 35. nu. 16. & vot. 6. nu. 3. Carer. in prat. crimin. in 2. tract. de ind. & tort. §. Octauum inditium. nu. 10. in fin. Menoch. de. præsumpt. lib. 1. præsumpt. 89. num. 7.

22 Secunda coniectura de copula inter Christophorū, & Angelam oritur ex litteris scriptis per Christophorum, & in actis productis, & per eum recognitis in quibus ipsam Angelā cōsortem appellat: quò fit, vt dicendum sit, quod eam carnaliter cognouerit, quia ante copulam non debebat eam consortem vocare, sed sponsam; verum quia copulati insimul carnaliter fuerunt, hinc consortem vocauit, quæ propriè dicitur post cognitionē carnalem: & ita ex ista nominatione arguit Hip. Rimin. d. conf. 538. nu. 12. omninò videndus.

23 Tertia, ponderandum erit nō solum pro coniectura, sed pro plena probatione, quod Christophorus per binas vices cum duobus testibus examinatis fassus fuit extra iudicialiter, cognouisse carnaliter Angelam; cuius extraiudicialis cōfessionis potentia talis est de iure canonico, quod etiā absente parte, & non acceptante facta, facit plenam probationem. glos. in cap. Qualiter. 1. quæst. 7. Card. & Imo. ac etiam recentiores in cap. Si cautio. de fid. instr. qui attestantur de magis communi. Gozad. consil. 79. nume. 10. Aret. consil. 64. nume. 2. alios congerit Mascard. de probat. conclus. 347. numero. 58. par. prima. vbi arbitratur, veriorem, & magis communem receptam esse opinionem, eo quia æquitas canonica præsentiam non considerat, sed solum mentem per tex. cap. Iuramenti. 22. q. 1. idq; nu. 59. ampliat procedere,

non solum inter clericos, sed etiam inter Laicos, dummodo Ecclesiæ sint subiecti; quo ad temporalem iurisdictionem; quia tunc inter eos seruatur hæc æquitas canonica: & citat Felyn. in d.c. Si cautio. qui tandem hanc esse communem testatur.

24 Quę cõfessio extra iudicialis Christophori licet per duos testes singulares probata legatur in processu, attamen sufficere in probãda cõfessione extraiudiciali voluere, Castren. consf.380. nu.2. lib.1. & consf.143. sub nu. 3. lib.2. Bertrand. consf.175. nu. 5. lib.2. Alexand. consil.53. sub num.4. lib.1. Paris. consf.57. nu. 46. lib.1. Dec. consf.650. sub nu. 10. Aym. consf.72. num.32. in fin. & de antiq. temp. par.4. sub nu. 157. Calcan. consf.19. nu.20. Roland. consil.82. num. 45. lib. 2. Gabr. com. opin. tit. de testib. conclus.2. num.54. Hip. Rimin. ad quem semper confugere soleo consf. 7. num. 107. Mascard. de probat. conclus. 379. nu. 11. par.1.

25 Et cum cõfessio ista Christophori sit actus reiterabilis, non officit singularitas ista testium. ita glos. in l. Ob carmen. §. fin. ff. de testib. quam sequitur Inno. in cap. Qualiter, & quando de accusat.

Et quando actus est reiterabilis, singularitas testium non eneruat probationẽ; vt in puncto respondit Castren. cõs. 381. col. fin. lib.1. Bertrãd. consf.175. num.4. lib.2. Aymon. consil.73. nume.22. in fin. Roland. consil. 38. nume.45. lib.2. & hanc dicit communem, & receptissimam sententiam Ludo. decis. Perusin. 9. num.15. qui citat Curt. Emil. Ferrett. & Port. quibus addere possumus Surd. consil. 173. nu. 45. & Hippol. Riminald. d. consf. 7. num. 106. & seq. quo in loco attestatur de communi, & respondit contrarijs, & consf.85. nu.20 & 21. vbi pariter de communi, & consf.182. nu. 10. vbi de magis cõmuni. Hãc quoq; opinionem tãquam magis communem tenendam esse affirmat Farinat. de oppo. contr. exti. test. q.64. num.133. & Hip. Rimin. d. consf.7. nu. 111. de mente Alex. de Neuo. notabiliter dixit, ꝙ nemo considerando naturaliter, diceret, quod euidentior sit cõfessio eodem loco, & tempore facta coram duobus testibus, quam confessio ter iterata coram tribus, quorum in qualibet confessione fuerit vnus tantum præsens, ex quo isti testes non inducũt minorem præsumptionem de confessione facta, quàm si essent contestes eodem loco, & tempore. Non enim credendum est, quod sint mendaces magis ex quo cõcordant in cõfessione, quã si cõcordarent de loco, & tẽpore: & dicta reiteratio cõfessionis magni est momẽti, vt considerat Hip. Rimin. d. consf.7. nu 161. quẽ sequutus fui in decis.9. nu.37. & seq. par.1.

Quintò

26 Quintò & vltimo considerandum velim, quod voluere scribentes, quod quotiescunq; ex sponsalibus contractis sequeretur infamia mulieri, si debitæ exequutioni nō demandarētur; tunc cogendus est vir cōtrahere matrimonium. sic sensit Henriquez. de matrimon. lib. 11. c. 13. num. 3. relatus per Thomam, Sanchez. de matrimon. lib. 1. tit. de spons. disputat. 44. nu. 3. qui in fortiorib. terminis loquitur; scilicet si sponsus ingredi vellet religionem: & nu. 4. subiungit, ꝙ etsi copula sequuta non esset, & notabilem iacturā pateretur fœmina, tenetur contrahere; cum hæc iactura non posfit aliter commodè resarciri.

Cum enim Angela ex iactantia Christophori, quod illā carnaliter cognouerit infamata remaneret, propterea decidendū duxi, ipsum teneri ad contrahendum matrimonium.

Nec resistunt quę dicebamus ad fauorem Christophori.

Primùm nempè non obstat desumptum ex tex. c. 2. de spōs. ꝙ sponsalia de futuro soluūtur, si sponsi se soluunt, quia per talē promissionem matrimoniū non est initiatum.

27 Nam respondetur illum tex. procedere, quando mutuus est dissensus partium, vt probāt illa verba; Si autem ad inuicē se admittere noluerint: & doct. ibi & præcipuè Anch. in 2. not. dicit, ꝙ à sponsalibus de futuro licitū est partibus resilire, & Præpositꝰ notat, ꝙ sponsalia possunt resolui per contrariā voluntatē partium: cum enim de partibus in numero plurali loquantur, resultat, quod non sufficiat alterā partem dissentire, quia numerus pluralis non verificatur in

28 vno. l. Vbi numerus. ff. de testib. l. fin. ff. ad Trebell. l. Libertas. §. fin. ff. de manum. test. l. Inter illam. §. fin. ff. de verb. sig. quas leges citat Decian. consil. 89. nu. 34. lib. 2. & Ceph. dicebat in cōsil. 306. nu. 45. quod pluralitas ex proprio significatu non potest in vno saluari. l. Legatorū. §. Qui plures. iū cta l. Mæuius. §. Cū q. cū ibi notatis. ff. de leg. 2. glos. in l. 1. ff. de opt. leg. prosequitur Castren. consil. 219. sub nu. 1. lib. 2.

Et propterea ratio Anch. cōfunditur ex verbis eiusdem tex.

29 Secundò responderi potest, quod cessante mutuo dissensu, qui cessat, ex quo Angela petit exequutionem sponsaliorū, stat regula dicti c. 2. pro ea: dicit nēpè tex. quod hi, qui de matrimonio contrahendo purè, & sine omni conditione fidem dederunt, cōmonendi sunt, & modis omnibus inducendi, vt præstitam fidem obseruent.

Et cum tex. in fin. dicat, quod vbi sibi fidem inuicem remittunt, hoc posfit in patientia tollerari, sequitur, quod stante alterius tantum dissensu, altero perseuerante in pristina volun-

tate, prout in facto isto; dissensus alterius tantum nullo modo possit, aut debeat tollerari, quia graue est fidẽ fallere.l.1.ff. de pact.l.1.ff.de constit.pecun.

30 Tertia accommodari potest respõsio quod tex.d.c.2.militet, quando præcesserunt sponsalia, & dissensus fuit sequutus, nulla eorum ratificatione intermedia, alioquin secus; quoniam militant,& repugnant leges, & decisiones allegatæ, ꝙ aduersus ratificationem semel bis, & pluries repetitam quis venire non possit;ea nimirum ratione, quia quod semel,tantoq; magis pluries placuit, amplius displicere non potest.c.Quod semel. de reg.iur.in 6.l.Si ab arbitro ff.qui satisd.cog.Bart.in l.Pomponius.colum.4. ff.de neg. gest. Menoch. consil.105. num.27.& postquam per talem geminationem, & ratificationem sponsaliorum Christophorus approbauerit perfectè personam Angelæ,talis approbatio præiudicat ipsi Christophoro. ita Ang. conf.324. Aym.cõs.257. col.fin. Menoch.conf.119.nu.13.

Et non debet sibi cõcedi variatio in præiudicium Angelæ per regulam c. Mutare. de reg. iur.in 6.l.Nemo potest.ff.de reg. iur.Simo.de Pret.cõs.133.n.14.

Tantò magis,cum res nõ sit integra,ex quo Angela fuit deflorata,vti diximus.

31 Vnde dicendum venit, quod Christophorus per censurã Ecclesiasticam cogi debeat ad cõtrahendum matrimonium cum dicta Angela: vt ex tex. in c. Ex litteris. il 2. de spons. vbi clarè Abb.nu.5. dicit quod si alter ex sponsis nõ vult perficere matrimoniũ,potest ad petitionẽ alterius compelli per iudicem.; & compellitur præcise ad factum; quia non potest solui interesse, cum spiritualia nõ capiant æstimationem. Hoc idem dicit Luchin.de Curt.conf.14.col.2. inter conf. matrimonial.vbi citat Goffred. & Host. in sum. & per supradicta ita respõdit d.textui Hip. Rimin. d.conf.538. nu.16. cum plurib. seq.

32 Secundùm,quod per promissionem Christophori fuerit celebratus contractus innominatus,facio,vt facias,& propterea esse locum pœnitentiæ, & posse Christophorum pœnitere per d. l.Si pecuniã.ff.de cond.ob caus. resoluitur, eo quia quod ibi dicitur quod in contractibus innominatis, etiam re non integrã, locum esse pœnitentiæ soluto interesse,&sic parte indẽni seruata ꝓcedit equidẽ in ꝓphanis, non autẽ in spiritualibus,q̃ nõ recipiunt rectã æxistimationẽ:iuxta notata ĩ c. corã.de off. delega. sic Inno. in c.ĩ causis. de elect. & Abb.post eũ sub nu.11. singulariter limitãt:quos sequit̃ Ias.ĩ d. l.Si pecuniã 5. not.nu.3.

33 Et moraliter loquendo; cum Angela sit deflorata, nequit Christophorus aliter iniuriam

riam resarcire, ad quod iustitiæ vinculo alligatus est; nec soluẽdo interesse liberatur, cũ vnũ ꝓ alio inuito creditore solui non possit. l. 2 §. Mutui. ff. si cert. pet.

34 Vlterius aduertendum erit, quod in contractibus innominatis, vbi quis impleuit pro parte sua quod promisit, aduersari' incipit remanere obligatus naturaliter, & ciuiliter ad promissa per se: vt tradunt Castren. & Iason. in l. Naturalis. §. 1. ff. de præscr. iur. Decian. consil. 102. num. 6. lib. 3. sed per Angelam non stat, nec stetit quominus matrimonium exequatur, cum pro eo iudicialiter institerit; ergo reputari debet impleuisse. l. Iure ciuili. ff. de cond. & demonstrat. l. In executione. §. fin. ff. de verb. oblig. Roman. consil. 85. & Natt. consil. 282. num. 5. Sim. de Pret. consil. 137. nu. 32. & ob id Christophorus pœnitere non potest. l. Sicut C de act. & oblig. & quod quando vnus impleuit pro parte sua, non possit alius recusare implere, consuluit in similib' terminis Ceph. cons. 492. col. 1. & 2. & in puncto Hip. Rimin. d. cons. 538. nu. 30. & seq.

35 Tertium quod sponsalia rationabili de caussa soluantur; & præcipua caussa reputatur fornicatio sponsæ, non facit; quia ex processatis non cõstat, quod Angela fornicata fuerit, cumq; Christophorus nixus fuerit probare Angelæ fornicationem, & defecerit, sequitur quod minimè fornicata sit, & opportebat probare, quod post sponsalia fornicata esset; quod nec etiam fuit capitulatum.

36 Quartum non obstat ꝙ Christophorus non sit cogendus, sed monẽdus: Quia responderi potest de mente glos. in c. Requisiuit. de spons. quod prius sit monendus, & postea cogẽdus; alias contradictio esset inter d. tex. & c. Ex litteris. vbi habem', ꝙ qui iurauit aliquã ducere in vxorem, si recuset ducere, moneri debet; etsi monitis non acquieuerit, Ecclesiasticis cẽsuris cogendus est eam accipere in vxorem, & maritali affectione pertractare.

37 Et ex theorica omnium scribentium in d. c. Requisiuit. iurans per verba de futuro ducere aliquam in vxorem, cogi debet ecclesiasticis cẽsuris ad cõtrahendum de præsenti: & ista est regula, quæ recepit vnam tãtum limitationem, videlicet nisi rationabilis caussa obstiterit; quæ caussa vti diximus, in processu non legitur.

38 Quapropter intentio Angelę fundata est in regula; & qui habet regulã pro se, dicitur habere rem certam, vt docet Bar. in l. Quoties. ff. Si quis caut.

Et ideo secundũ regulã iudicandũ erit, nisi ex aduerso limitatio aliqua probetur. ita Bal. in cap. 1. colum. 2. de alienat. iud. mutan. cau. fact & compro-

H 3 ba-

bauit Decian.d.conf.66.nu.15. lib.5.Inno.in d. c.Ex litteris. in fin.Goffred.in sum.tit.de sponf. num.10.

39 Et licet in hoc articulo, An recusans contrahere sit cogendus, variæ reperiantur scribentium sententiæ; attamen quando sponsalia sunt iurata, vt esse hæc nostra, satis demonstrauimus; communior, & receptior sententia est, quod sit cogẽdus per rationem adductã per tex. d.c.Ex litteris. il 2.vbi reddendo rationẽ coactionis ait, quia contra iuramentum venire periculosum est. & sic docuit glos. in c.de illis il 1.de desponf. impub. ver. Iudicio. & in c. 2. ver. Inducendi. de sponf. ibiq; Præpos.nu.5. Conrad.Lagus.in method.iur.tit.de nup. Menchiac. de succefs. creat. §.28.num.15. Gregor. Syntag. iur. par. 2. lib. 8. c.2.num.8. Alciat. in l.Titia. num.4. ff. de uer.oblig.Martin. de Garat. inter conf.matrimon. 15.num.11.vbi firmat,quod iuramento interueniente, cogendus est. Seraphin. de priuil. iur. priuil.138.numero. 2.qui dicit iuramenti priuilegio Ecclesia compellit spõsalium fidem seruare, vt firmauit Rot. dicta decis 497.part.1.innouifs.

40 Et quando sponsalia ista non essent iurata, adhuc cogendus erit Christophorus, eo quia iudex tenetur ex officio compellere ad reddẽdũ vnicuiq; quod suum est,& ex iustitia debitum, sed contrahens sponsalia tenetur ex iustitia seruare fidem, quamuis non iurauerit, prout latè comprobat Thom. Sãchez. de matrim. lib. 1. de sponf. disput.27.per tot.

Et Ecclesia nõ tantum iurantem,sed simpliciter promittentem cõpellit.c.1.2.& 3.de pact. c.Iuramenti 22.q.5.

41 Nec obstat dict.cap.Ex litteris. ad coactionem ponderare iuramentum, nam ibi narratur factum, non autem quod soli iuramento ius compellendi nitatur.

42 Fatendũ tamen est, ꝙ quãdo iuramẽto spõsalia firmata sunt, studiosius compellendum esse promittentem ratione maioris vinculi, & religionis iuramenti.ita Abb. in dict.cap.Ex litteris. il 2. de sponf. nume.3. Alexand. de Neuo. in cap.Requisiuit.nu.10.eo.tit.

43 Nec si Christophorus censuris Ecclesiasticis cogatur, matrimonium esset meticulosum, & propterea inualidum.

Quia considerandum erit, quod matrimonia debent esse libera ab omni coactione extrinseca, secus de intrinseca, quæ de natura matrimonij peruenit, vt ex consensu obligentur partes ad obseruandum cõuenta.ita Afflict. decis.250.nume.10.Phil.prob.ad Monach.in c.Vni.nu.3. his,quæ vi, met. ve. caus. Bal. in l. 1. sub num.7. vbi apo.C.de sponf.

Cumq;

Cumque sponsalia, de quib' agitur, iurata fuisse superius cõprobauerimus, propterea decidẽdum duxi, Christophorum esse præcisè cogendum ad contrahendum matrimonium cum Angela. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Trigesimaquinta.

DD. Sanctes, & Io. Baptista Nazzarij mercatores die Martis, 27. Iulij, anni 1610. dederunt ad cambium q. D. Iacobo Magono pariter mercatori scuta septingenta quinquaginta tria monetæ, ad hoc, vt dictus D. Iacobus die Sabbati proximi sequentis daret in lista d. DD. Nazzarijs scuta sexcenta aurea stamparum. Scuta supradicta septingenta quinquaginta tria fuerunt numerata à Campsore DD. de Nazzarijs D. Ioan. Venturæ Magono vno ex ipsius D. Iacobi ministris, qui post illarum receptionem posuit in sacculo, quem alligauit, & apposuit cedulam papirij his verbis scriptam. Dà Nazzarij & Rabbi scudi 753. & ita alligatum consignauit Campsori d. D. Iacobi, qui illum recondidit in capsa inter alias d. D. Iacobi pecunias.

Et quia eadem die d. D. Iacobus ex hac vita discessit, cum dubitaretur, ipsum magno ære alieno fuisse grauatum, instantibus creditoribus fuit mandatum, quod d. capsa clauderetur duabus clauibus, quorum vna retineretur à deputato ab ipsis creditoribus, altera verò remaneret penes Campsorem.

Die Sabbati, ex quo filij D. Iacobi non adiuerunt hæreditatẽ, non fuerunt data in lista præfata scuta sexcenta auri, prout conuentum fuerat.

Propterea quærunt DD. Nazzarij vendicare scuta ista septingenta quinquaginta tria in capsa reperta, cum cedula supradi-

H 4 cta,

cta, illaq; recuperare vti propria; qui ad hunc effectum fecerūt recognoscere sacculum, & pecunias tam à d. D. Io. Ventura, qui illas recepit, ac portauit, quam à Campserio. Caussa ista fuit per Breue commissa, eo quia inter filios D. Magoni erat unus clericus; fuit quæsitum, An in istis pecunijs DD. Nazarij præferantur alijs creditoribus D. Iacobi, etsi anterioribus, & hypothecarijs.

SVMMARIVM.

1 Pecunia soluta, & reposita in arca, & cum alijs commissa fit recipientis; etsi pecunia fuisset nō soluentis, sed aliena: sed declaratur nu. 24. & infertur ad casum notabilem de mente Cuman.

2 Pecunia commista habetur pro consumpta; & quando procedat nu. 26. demonstratur: idq; procedit etiam si recipiens careret titulo, & bona fide: quod declaratur num. 23.

3 Pecunia aliena soluta, inscio, & inuito domino, facta commistione, efficitur recipientis, quod quomodo procedat ostenditur. n. 26.

4 Pecuniarum alienarum traditione, & commistione facta, transfertur dominium: quod singulare est in pecunia, quicquid sit in aliarum rerum traditione.
Verum declaratur num. 25. & nu. 26. & num. 27.

5 Cambij contractus dicitur contractus emptionis, & venditionis, vel saltem similis.

6 Emptio, & venditio, re tradita, solet transferre dominium; sed declaratur num. 22. & 31.

7 Vendicatio supponit dominium in agente.

8 Pecunia soluta, & commista, ita et taliter fit recipientis, vt nullo pacto vendicari possit.

9 Vendens merces non præfertur alijs creditoribus in mercibus venditis; sed cū cæteris emptoris creditoribus concurrit. quomodo verò intelligatur declaratur num. 31. & 32.

10 Pecunia argentea, quando pro aurea datur, non emptio, & venditio, sed cambium propriè contrahitur.

11 Cambiorum natura est, vt liceat redire ad pristinam actionem: & redditur ratio.

12 Bona fides ad summum exigitur inter Mercatores.

13 Cambium dicitur contractus innominatus.
In quibus datur condictio ob caussam, caussa non sequuta, & potest ille, qui impleuit, contra nō implentem agere condictione ob caussam, vt reddatur, quod datum est.

14 Contractus innominatus eius est naturæ, quod, etsi ex utraq; parte

te fuerit impletum, & vni parti fuisset euicta res data, potest agi conditione ob caussam ad repetendum quod datum est.

15 Mercator vergens ad inopiam, recipiendo pecunias alienas, præsumitur in dolo, & ex breuitate temporis inter receptionem pecuniarum, & fugam, arguitur, quod tempore receptionis pecuniarum parauerit fugam.

16 Dolus vbicunque dat caussam contractui, illum vitiat ipso iure.

17 Mercatorum contractus sunt bonæ fidei, quia inter eos attenditur æquitas, quæ de iure canonico facit omnes cõtractus bonæ fidei.

18 Mercator, si creditori suo delegat mercatorem, quem sciebat breui decocturum, non liberatur propter dolum, in quo fuit.

19 Mercator, qui sciebat se decocturũ breui, & exigit pecunias, non acquirit illarum dominium.

20 Ignorantia rei propriæ non præsumitur.

21 Emptor, vt dominium rei emptæ acquirat, quæ necessaria, demonstratur.

22 Emptionis in contractu naturaliter inest, vt dominium nõ transferatur, nisi soluto pretio.

23 Pecunia, cessante commistione, uendicari potest.

24 Pecunia soluta, & commista tunc efficitur recipientis, quando per debitorem soluitur creditori suo: secus quando soluitur alicui, non vti creditori.

25 Dominium non transfertur sine caussa habili, & titulo legitimo: & non sufficit sola traditio.

26 Pecunia soluta creditori, tunc auocari non potest, quando est commista, & bona fide consumpta: alias secus, quia cessante bona fide, etiam si millies pecunia commisceretur, dominium non transfertur.

27 Pecunia, vel alia res vsu consumptibilis existens, & non consumpta, retinet suam naturam, & esse, ex quo idem corpus habet, & à similibus discerni potest, nihilq; à cæteris rebus differt.

28 Pecuniam existentem appellat integram I.C. in l. Is, cui. in princ. ff. de solut. hinc vendicari potest pecunia integra, sicuti & aliæ res.

29 Cambium differt à venditione, & emptione: & demõstratur, quãdo emptionis, & venditionis cõtractus celebretur, quando permutationis, & quando cambij.

30 Dominium non transfertur in cambijs, nisi vtraque parte implente, & in cambijs non emitur credito; nec habetur fides de pretio.

31 Emptor, vt rei emptæ dominium acquirat, non satis est emptionẽ esse perfectam; sed vlterius necessariam esse traditionem illius, neque id sufficit; sed requiritur insuper, vt emptor pretium soluat, seu illud offerat, vel fideiussores, aut pignos pro illo soluendo exhibeat, vel venditor pro soluto illud habeat fidens de emptore: & si nil horum circa solutionem pretij fiat, nunquam dominium transfertur.

Ven-

32 *Vendens merces praefertur alijs in mercibus ipsis, quando fidem de pretio non habuit.*

33 *Fides de pretio quando habita dicatur, latè demonstratur.*

34 *Dolus impedit translationem dominij.*

35 *Pecunia data in sacculo non dicitur soluta, sed deposita.*

36 *Dominium pecuniarum depositarum non transfertur, & in re deposita praefertur omnibus deponens.*

De pecunijs argenteis datis mercatori pro cambiandis in aureis, data illarum existentia, & identitate, nunquid vendicari possint, & in illis qui dederit, omnibus praeferatur.

Diuino inuocato suffragio.



Roponitur resoluēda quaestio frequētissima, licet satis ambigua, & contra DD. Nazzarios infra dicenda facere posse videbantur.

1 Primò. Quia D. Magonus receptam pecuniam ab ipsis DD. Nazzarijs in arca reposuit, & cum alijs suis commiscuit: quapropter dicitur effecta propria ipsius, quamuis fuisset aliena. l. Si alieni. ff. de solut. glos. in Bar. in l. Singularia. ff. Si cer. pet. vbi Ang. dicit esse casum notabilē, quod soluendo pecuniam furtiuam, quis trāsferat dominium; & liberet debitor; & dicit Imo. in d. l. Si alieni. quod ille casus non potest ita de facili in iure alibi reperiri, per quē tex. infert ibi Cuman. quod si antecedenti die ludendo pecuniam amisi, & die sequēti victor mecū ludendo amittat pecuniā, quae erat aliena, non poterit dominus pecuniae illam à me tanquā propriam vendicare; quia effecta fuit mea. & hanc sententiam post Bar. in d. l. Singularia. tenēt Alex. & alij; & est communis secundum Ias. ibi nu. 13. vbi etiam Dec. nu. 6. & Curt. iun. num. 19. & 20.

Vnde pecunia ista cum iam non sit amplius D D. de Nazzarijs, sed D. Magoni videtur clarum, quod praefati in illa non sint caeteris creditoribus praeferendi.

2 Secundò contra D D. Nazzarios facere posse mihi videbatur. Quod si D. Magonus hos nummos receptos à praed. consumpsisset, vtique illos vendicare non possent, & tantum actionem haberent contra D. Magonum.

Modo cum pecuniae hae commistae sint cum alijs ipsius D. Magoni, habentur pro cōsumptis; & consequenter non possunt vēdicari: & hoc procedit etiam, quod in dicto D. Magono recipiente desit titulus, & bona fides, vt probat

bat Aret.in d. l. Singularia. col. 5.vers. Secundò dicit. ff.Si cert. pet. qui reprobato Cuman. cõtrarium tenente, respondit iuribus per eum adductis. sequũtur ibidem Soc.nu.13.Curt. iun. nu.139. Zasi. nu.23.

3 Et hæc adeo vera sunt, quod etiã si solutio fieret ab alio inscio,& inuito domino,nihilominus pecunia soluta efficeretur recipientis. per d. l. Si alieni. ff. de solut.

4 Et quicquid sit in aliarum rerũ traditione, in pecunia est singulare, quod, facta traditione, & commistione,transferatur dominium, licet esset aliena. vt d. l.Si alieni.ff.de solut.l.Idem Põponius scribit. ff. de rer. diuis.l. Nam etsi fur.§.vlt.& l. Non omnis.§.vlt.ff.Si cert.pet. vbi doct. affirmant, hoc esse speciale in pecunia: comprobant Menoch. cons.300.nu.32. & Surd. consil. 528. num.29.

5 Tertiò. Cum DD. Nazzarij dederint scuta ista ad cambium D. Magono videntur celebrasse contractum emptionis & venditionis: in cambijs enim istis contrahitur emptio,& venditio secundum Bal.consil.348. nu.6. lib.1. vel saltem contractus cambij est similis emptioni, & venditioni, vt inquit Laurent. Rodul.in tract.de camb.in fin. Calder. cons.106. Bero. consil.194. num.10.lib. 1. Rot. Genuen.decis.32.num.5.

6 In contractibus nempe emptionis, & uenditionis, re tradita, solet transferri dominiũ, quotiescunq; pretium fuerit solutum,vel de eo habita sit fides: ita cautũ legimus in §. Venditæ.instit. de rer. diuis. in l. Quidam procuratoris. §. Planè. ff. de tribut.act.& in l. Quidã fundum.ff.de in rem vers.

DD. verò Nazzarij tradiderunt nummos argenteos, & habueruut fidem de pretio, postq̃ conuenerunt, vt pro scutis aureis ponerentur in lista: & propterea non est dicendum, quod amplius vendicare possint has pecunias.

7 Nam vendicatio supponit dominium in agente: & in hoc casu D. Magonus, qui recepit nũmos, factus fuit solus dominus: & DD. Nazzarij soluentes abdicarunt à se dominium.& ideo priuati remanent facultate reuocandi. Salyc. in l. Quoties. la 1. vers. Quæro. cum glos. C. de fideicom. Ceph. cons.392.num. 39. & seq.

8 Et pecunia ista effecta fuit D. Magoni ita,& taliter, quod cõdici ab eo non possit amplius. d.l. Si alieni.ff.de solut.& respõdit.Surd.d.cons.528. num.16.& prius dixerat cons.4. nu.10.

9 Quartò cõtra præfatos DD. Nazzarios facit recepta scribẽtium sententia, quod vendens merces,nõ preferatur alijs creditoribus in mercibus venditis, sed cum ceteris emptoris creditoribus concurrat. d.l. Quidã pro-

procuratoris. §. Planè. ff. de tribut. act. l. Quidam fundum. ff. de in rem vers. Bar. in l. Si cum dotem. §. fin. circa fin. ff. sol. matr. Bal. in l. fin. C. Comoda. & hanc dicit communem Ias. in l. Creditor mercatoris nu. 5. ff. si cert. pet. Negusant. de pigno. in 2. membr. 5. par. prin. nu. 9. Rip. in l. Si ventr. §. In bonis. num. 6. ff. de priuil. credit. stra. de mercat. in tract. de decoct par. 3. num. 5. Rot. Genuen. decis. 127. nu. 11. Menoch. cons. 526. nu. 26. Surd. cons. 528. nu. 24. His tamen, etsi multum vrgere videantur, minimè refragrantibus, contrariũ in proposita facti specie decidendum duximus.

10 Primò. Quia in hoc contractu in quo DD. Nazzarij dederunt monetam argenteam pro aurea, nulla celebrata fuit emptio, nec venditio, sed cambiũ, vti ponderauit Molin. de contract. disput. 336. num. 4. & dicemus inferius in responsione cõtrariorum.

11 Verũ in cambijs istis, in quibus pecunia pro pecunia soluitur, licitum est redire ad pristinam actionem, eo quia ex datione pecuniarum pro pecunijs non inducitur contractus aliquis, ex cuius natura oriatur euictio: & propterea si non possent DD. Nazzarij vẽdicare pecunias solutas, remanerent in damno; cum nulla alia actione, nulloq; iuris remedio consultũ ipsis esset, sicuti declarat Bal. in l. Libera. num. 6. C. De sentent.

12 Sed cum inter mercatores bona fides ad summum requiratur. Bal. in c. Si pro debilitate. de off. deleg. Alex. in l. Iurisgentium. §. Sed cũ nulla. in fin. ff. de pact. & in l. Quintus. ff. manda. Mars. in rub. de fideiusso. sub nu. 8. absurdum esset, quod isti DD. Nazzarij mercatores remanerent absque remedio pro recuperãdis pecunijs D. Magono bona fide datis, quæ absurditas in omni materia euitanda erit secundum Aym. cons. 161. nu. 5.

13 Secundò aduertendum dicebam, quod DD. Nazzarij dederunt D. Magono pecunias argẽteas, vt in aureas permutaret: vnde liquido constat, celebratũ fuisse inter ipsos cõtractum innominatum, vti tradit Thom. de Mont. Leon. in tract. de camb. c. 2. & 3. quod non esse inconueniens, firmat Rot. Genuen. decis. 32. nu. 5. in quibus datur condictio ob caussam, caussa nõ sequuta, & potest ille, qui impleuit, contra non implentem agere condictione ob caussam, vt reddatur, quod datum est. tex. Habemus in l. 1. & in l. Cum precibus. C. de rer. permut.

14 Quinimo Azo. in d. rub. C. de rer. permut. sub nu. 7. art. quod etsi ex utraque parte fuerit impletum, & vni parti fuisset euicta res data, potest agi condictione ob caussam ad repetendum, quod datũ est: & hoc etiã sensit Odofre. in d. l. 1. vers. Incipit

cipit secundus casus: dicens, quod si permuto tecum rem, & ea à me euincatur, habeo electionē, & possum vel repetere id, quod dedi condictione ob caussam, quasi caussa non sequuta; vel agere præscriptis verbis ad interesse. & ab hac sententia nō discrepat Guid. Pap. cons. 39. & nō obscurè firmauit Boer. decis. 12. nu. 13. dum præsupponit, quod res data peti possit, re permutata euicta. His citatis respondit Bec. cōs. 83 nu. 9 lib. 1. Quibus auctoritatibus stantibus si DD. Nazzarij recepissent monetā auream pro argentea data D. Magono, ab illisque auocatā esset, possent repetere monetā argenteam datam, multo magis, cum auream nō receperint, eorum propriam argenteā repetere possunt condictione ob caussam.

15 Tertiò aduertēdū erit. Quod D. Magonus magno ære alieno oppressus, vti ex facti euidētia compertum fuit, cū statim mortuus fuerit detectus decoctus, sciens se vergere ad inopiam, & breui decocturum, si mortuus non esset, nihilominus tanquam integra fuisset eius fides & existimatio, recepit hos nummos argenteos, vt poneret in lista pro aureis DD. Nazzarios: vnde negari non potest, quod dolosè egerit. Ang. in l. Si cum dotem. §. fin. ff. sol. matr. vbi scribit, quod ex breuitate temporis inter contractum, & fugam præsumitur præcogitatio: puta heri contraxit, & hodie aufugit, præsumitur, quod iam heri, tempore contractus, se fugæ parauerit: quem sequuti fuere Imo. in d. l. Si cum dotem. §. Si mulier. il 1. ff. sol. matr. vbi Castren. nu. 5. & Alex. num. 3. per l. Si venter. §. In bonis. ff. de priuil. cred. & in l. Post contractum. ff. de donat. Ias. in l. Singularia, num. 40. ff. si cert. pet. Mars. caus. crim. cons. 3. nu. 16. Bero. cons. 197. num. 8. lib. 1. Natt. cons. 342. nu. 4. Menoch. de præsump. lib. 5. præsūp. 3. num. 111. Mascard. de probat. conclus. 531. nu. 124. par. 1.

16 At vbicunq; dolus dat caussam contractui, illum vitiat ipso iure. l. 3. §. fin. ff. pro Soc. l. In caussæ. ff. de mino. c. Cum dilecti. vbi notatur. de emp. & vēd. doct. in l. Eleganter. ff. de dol. Bero. cons. 26. num. 28. & consil. 37. nu. 26. lib. 1. Purpurat. cons. 18. nu. 49. & firmauit Rot. decis. 192. nu. 4. par. 2. in nouiss.

17 Et licet omnes supradicti loquantur in cōtractu bonæfidei: tamen non est dubium quin simus in bonæfidei contractu, cū agatur inter mercatores, inter quos attendēda est æquitas: secundum Bar. in l. Si fideiussor. §. Quædam. & in l. Quintus. ff. māda. & latè, exornat Strau. de mercat. in 1. particul. vlt. part. prin. num. 1.

Qua ratione omnis contractus reputari debet bonæfidei, vt dicebat Bal. in c. 1. col. vlt. de

plus

plus petit. vbi inquit, quod ex quo ius canonicum amplectitur semper æquitatem; ideo cõtractus omnes ab eo reputãtur bonæ fidei, & consequenter vitiantur dolo, qui caussam illius dederit. ita Ias. in §. Quadrupli. in fin. & in §. Actionum. nu. 36. instit. de actio. Bero. d. consil. 26. nu. 29. lib. 1. Riminal. cons. 362. num. 30.

18 Et quod dolus in proposito vitiet promissionem, fuit de mẽte Bal. in d. l. Si cum dotem. §. Si mulier, ff. solut. matr. quo loci ait, quod si mercator creditori suo delegat alium mercatorem, quem sciebat breui decocturũ, non liberatur propter dolum; in quo fuit. Mouetur per illum tex. quem dicit notandum, et se habere in facto; sequuntur ibi Ang. & Imo. in prin. Castren. nu. 2. & Alex. num. 3. hoc idem voluit ipse Bal. in l. Pro debitore. circa fin. C. de bon. aut. iud. possid. Ias. in d. l. Singularia. num. 40. ff. Si cert. pet. & ibi Soc. nu. 20. in 4. limit. & Cagno. num. 190. Bal. & Castren. in l. Si quis aliena. ff. de solut. Alex. consil. 242. in fin. lib. 6. Barbat. inter consil. Alex. cons. 94. nu. 5. lib. 3.

19 Sicuti igitur, qui delegat, nõ liberatur, si scit delegatum decocturum; ita qui exigit, non acquirit dominium pecuniæ, si sciebat, se breui cessurum foro:

20 vti præsumendum est in D. Magono, Cum in re propria ignorantia non admittatur. l. Quamquam ff. ad Velleian. l. Item si filio, vbi glos. ff. locat. l. Cum falsũ. vbi etiam glos. ff. de acq. hæred. l. Quisquis maior. C. de rescind. vend. l. Plurimũ. ff. de iur. & fact. igno. & docuit glos. vlt. in l. Error. circa med. C. Eo. tit. de iur. & fact. igno. & Bar. in l. vlt. nu. 2. ff. pro suo.

21 Quartò, & vltimò, dato quod in cambio istarum monetarum celebratus quo quomodo fuerit contractus emptionis, & vẽditionis; obseruandum tamen erit, quod vt emptor rei emptæ dominium acquirat, non satis esse emptionem perfectam esse, sed vlterius necessariã esse traditionem illius rei venditę; neq; id sufficere, sed requiri insuper, vt emptor pretium soluat.

Quia alias esto, quod res vẽdatur, ac tradatur emptori pro certo pretio statim tali, vel tali die soluendo, dominium rei emptæ non transit in emptorẽ, sed remanet apud venditorem, etsi emptor illam alteri vendat, ac tradat, accepto pro eo pretio, aut quouis alio titulo eam in alterum trãsferat: posset nihilominus venditor primus, tanquã dominus illius eam vendicare, & repetere vbicunque illa reperta fuerit, nisi pretium ipsi persoluatur. tex. est expressus in §. Venditæ instit. de rer. diuis. & in l. Quidam procuratoris. §. Planè ff. de tribut. act. & in l. Quidam fundum. ff. de in rem vers.

Propterea cum D D. Nazzarij

rij cambium in auro non recoperint pro nummis argenteis datis D. Magono, hinc dominium pecuniarum retinuerunt. l. Quod vendidi. ff. de contrah. emp. Bal. in rub. C. Eo num. 15. Surd. conf. 101. nu. 12. & seq.

22 Eo quia inest naturaliter in contractu emptionis, & venditionis, vt dominium non transferatur, nisi soluto pretio; secundum Bal. vbi proximè: & respondit Abb. conf. 69. col. pen. lib. 2. quod de iure res vendita non efficitur emptoris, nisi tradatur, & pretium soluatur: per l. Conditionibus. C. de pact.

23 Et postquam pecunia hæc nostra D. Magono soluta, non fuit commista, & de præsenti reperitur penes Campserium in sacculo cum apodissa, ex qua probatur identitas pecuniæ, ideo succedit, quod, cessante commistione, possit vendicari: per ea, quæ scribit Cuman. in d. l. Singularia. num. 6. ff. si cer. pet. vbi Aret. col. 4. in fin. Ias. nu. 13. Soc. eo. nu. 13. Curt. iun. nu. 19. Cagno. nu. 137. in fin. & Bolog. nu. 44. & seq.

His sic firmatis, non obstant, quæ in contrarium adducta fuere: Et primum, quod p solutionem pecuniæ factam D. Magono dicatur effecta sua, remouetur; quia in casu nostro pecunia nõ fuit commista, sed de præsenti reperitur extare, & de illius identitate liquet per schedulam illam: quapropter poterit vendicari, cũ adhuc in dominio D D. de Nazzarijs remaneat: & doctrina Bar. & aliorum in contrarium citatorum non conue-

24 nit terminis nostris: loquuntur enim, quando per debitorem pecunia soluitur creditori suo: tunc enim efficitur illius, qui recipit: sed pecunia hæc non fuit soluta D. Magono vti creditori D D. de Nazzarijs, sed ei data fuit, vt cambieretur in auream, & ideo, cum non fuerit soluta D. Magono, vti creditori, non fuit in eum illius dominium translatum.

25 Quia dominium nõ transfertur sine caussa habili, & titulo legitimo, & non sufficit sola traditio. l. Nunquam nuda. ff. de acq. rer. domin. glos. in l. Traditionibus. C. de pact. l. Traditionibus; vbi Bal. C. de acq. possess. Soc. iun. conf. 82. num. 9. lib. 2. Ruin. conf. 148. num. 9. lib. 1. & conf. 170. num. 1. lib. 4. Roland. conf. 23. nu. 23. lib. 1. Tiraq. de retract. conuent. in fin. num. 64. Cessante itaque iusta caussa, & titulo translationis, frustra, & malè contenderent alij creditores D. Magoni illum fuisse effectum dominum pecuniarum prædictarũ. ita Surd. conf. 4. sub nu. 40. & nu. 41.

26 Et quando scribentes dicũt, non licere pecunias solutas creditori reuocare, volũt, quod pecunia sit commista, & bona fide cõsumpta: secus verò si non cõmista, vel mala fide consumpta: nam

nam tunc dominium nõ acquiritur. l. Sed si pater. in fin. ff. ad Macedo. & ita tenet Dyn. in l. de eo. §. Si quis. ff. ad exhiben. quem sequitur Bar. in d. l. Si aliena. ff. de solut. Ang. in d. l. Singularia. col. 3. in prin. & est communis opinio secundum Soc. ibi nu. 13. Aret. in §. Constituitur. nu. 4. instit. de vsufru. vbi dicit, quod, cessante bona fide, etiam si millies pecunia commisceretur, dominium non transfertur. hoc idem sensit Ias. in l. Rogasti. §. fin. nu. 5. ff. si cert. pet. & ante eum voluere, licet ad aliud ꝓpositum, Castren. & Alex. ac Roman. ibi dicentes, tex. illum esse singularem: & ante omnes hoc voluit glos. in l. Si filius. in ver. Conditionem ff. si cert. pet. quę dicit, quod pecunia, mala fide, consumpta potest condici, perinde si extaret. Ad hoc idem est tex. in l. Obligari. §. Pupillus, il 1. ff. de aut. tut. & in §. Nunc admonendi. instit. quib. alien. lice. & in l. Cassius. ff. de solut. in quibus locis dicitur, confirmari solutionem, tunc demum, cũ bona fide recipitur. De mala fide verò D. Magoni satis constare potest ꝑ ea, quæ diximus.

27 Secundùm, quod si D. Magonus hos nummos consumpsisset vendicari certe non possent: & ex quo sunt commisti cum alijs eiusdem D. Magoni, habentur pro consumptis, & ideo non possunt vẽdicari: remouetur, in quam, hoc fundamentũ ex iam dictis, quia pecuniæ non fuerit commistæ, & adhuc extant. Et etiam, quia mala fides D. Magoni impediuit trãslationem dominij; Et licet singulare videatur in pecunia; quod facta traditione, & commistione trãsfertur dominium, licet esset alienã: hoc non erit de facili cõcedẽdum, quia pecunia, vel alia res usu consumptibilis existens, atq; ita non consumpta, retinet suam naturã, & esse, ex quo idẽ corpus habet, & à similibus discerni potest, nilq; à ceteris rebus differt: prout tradit Dec. in l. Non omnes. §. Si pupillus. in 3. not. ff. si cert. pet. & probat tex. d. l. Si alieni. ff. de solut. cuius verba hæc sunt.

Si alieni nummi inscio, vel inuito domino soluti sunt, manent eius, cuius fuerunt: sed si misti alijs sint, ita, vt discerni nõ possint, eius fieri, qui accepit, ĩ libris Caij scriptũ est, ita vt furti actio domino, cum eo, qui dedisset, cõpeteret. hactenus Iabolenus, qui significat manifestè, nummos ante commistionẽ manere in dominio primi do-

28 mini. Idem respondit Paulus in l. Is, cui. in prin. ff. eo. vbi appellat nummos integros, cum adhuc alijs admisti nõ fuerint. Cum ergo pecunia controuersa, maneat integra, & in suo esse, nihil differt ab alijs, & propterea vendicari potest, sicuti aliæ res, & nõ trãsfertur dominiũ, sicuti in alijs rebus non transfertur.

Tertiùm

29 Tertium quod in cambijs cõtrahatur emptio, & vẽditio, nõ facit: Nam magnà est differentia inter cambium, & venditionem, & emptionem; Eo quia tũc celebratur contractus emptionis, & venditionis, quotiescũq; pecunia datur ꝓ merce: eo etenim, ꝙ pecunia fuit introducta, & ipsa aliarum rerum comparatione pretij, & res aliæ comparatione illius, mercium habere rationem cæperunt; simul resultauit contractus coalescens ex duabus partibus diuersarũ rationum, hac appellatione, quarũ vna est cõmutatio, seu pactio mercis pro pretio, diciturq; vẽditio, & commutans venditor nuncupatur; altera verò est cõmutatio, seu pactio pretij pro merce, appellaturq; emptio; & commutans emptor. atq; hic contractus specie est distinctus à permutatione: ex quibus constat, neq; commutationem rei, quæ non est pretium, pro re, quæ non est prætium, vt bouis pro equo, non esse emptionem, sed permutationẽ? Et pari modo quãdo commutatur res, quæ est pretium pro re, quæ est pretium, vt pecunia argentea pro nummis aureis, vti in facto isto, non dicitur emptio, nec venditio, nec permutatio, sed cãbiũ, qui contractus sunt distincti: sicuti egregiè explicat Molin. de contract. disp. 336. n. 1. 2. 3. & 4.

30 In cambijs autem istis nũquã transfertur dominium nisi ab vtraq; parte pecunia tradita; & nõ censetur, quod aliquis emat credito, si soluat consignando pretium in bancario, esto non soluat pecuniam statim numeratam: ita Molin. de contract. disput. 409. nu. 5.

Vlterius superius demonstrauimus in emptione quoque nõ transferri dominium, nisi pretio soluto. & ꝓpterea donec D. Magonus monetam auream nõ dedisset, dominium pecuniarũ argentearũ remãsit penes DD. Rabbiam, & Nazzarium.

Nec releuat quod diximus in cõtrarijs quarto loco ex recepta scribentium sententia, ꝙ vendens merces non præferatur alijs creditoribus in mercibus ipsi venditis.

31 Quia respondetur, ꝙ ad effectum, vt emptor rei emptæ dominium acquirat, non satis esse emptionem perfectam esse, sed vlterius necessariam esse traditionem illius: neq; id sufficere, sed requiri insuper, vt emptor pretium soluat; vel illud offerat, vel fideiussores, aut pignora ꝓ illo soluendo exhibeat: vel certè vt venditor pro soluto illud habeat fidẽs de emptore. quod si nil horũ fiat, esto res vẽdatur, ac tradatur emptori pro certo pretio statim tali, vel tali die soluendo, dominium rei emptæ non transit in emptorẽ, sed manet apud vẽditorẽ. ita declarãdo scribit Molin. de cõtract. disput. 338. nu. 7. per tex. expressũ.

§.Venditæ.instit.de rer.diuis.& l. Quidam procuratoris. ff. de tribut.act.

32 Et Afsin. de execut. c. 57. de mente Ang.in l. Quod quis.nu. 4. ff. de priuil. credit. quærit si fortasse mercator aliquis cessãs aufugiat, & aufugiendo plures merces, quas à varijs mercatoribus emerât,relinquat,an venditores ipsi in pretio ipsarum merciũ sint præferendi alijs creditoribus non priuilegiatis? in qua quæstione,quæ de facto sæpæ contingit,ita distinguit.Aut enim mercium præd. venditores fidem de pretio habuerunt, & tunc alijs creditoribus præferendi non erunt:per tex. d. l. Quidam procuratoris. §.Plane. ff.de tribut. act. & l.Quidã fundum.ff.de in rem vers.Aut verò fidem de pretio non habuerũt, & cum mercium dominiũ vendentium adhuc sit, meritò in in ipsis mercibus cęteris creditoribus, quantumcũq; priuilegiatis,præferuntur.

33 Fidem autem de pretio non habuerunt DD. Nazzarij; quia inter mercatores solũ credito emitur,si pretium alio tempore soluendũ paciscatur:sed isti dederunt nummos argenteos, vt breui manu ponerentur in lista pro aureis:vt dicit tex. l.3.ff.de pigno.act. quem tex.summando Bar.dicit non videri, haberi fidẽ de pretio, quod statim quis recepturũ se putat,& glos.ibidẽ declarando verbum Cõminus in tex.appositum,dicit idest ad manus,vel incõtinẽti & sic nulla fuit habita fides de debito, nec satisfactum, prout in casu nostro; in quo DD Nazzarij nõ potuerunt prouocare citius, vt ponerentur in lista pro aureis nummis,quia solitum mercatorum est,vt descriptio ista solum modo fiat die Sabbati. & propterea nulla dilatio fuit cõcessa, ob quam fides de pretio habita dicatur.

34 Et confert ad decisionẽ præsentis quæstionis dispositio d. tex. l.3.ff.de pig. actio.dñ Pomponius considerauit dolum, & fraudem illius debitoris, cui pignus fuerat redditũ sub spe receptionis pecuniæ comminus, & sanciuit replicari posse de dolo,& fraude,per quæ nec redditum; sed per fallaciam,ablatum intelligitur: sic in casu nostro, in quo D. Magonus conscius status rei suę,dolosè accepit argenteas pecunias, certo sciens, quod etiã si nõ obijsset, vtiq; DD.Nazzarios in lista pro aurea moneta non posuissent. ob id dolus ipsius resistit, ne in eum translatum fuerit dominiũ dictarã pecuniarũ argentearũ.

35 Rursus considerabam, quod pecuniæ istæ argenteæ fuerunt numeratæ Agenti D.Magoni & in sacculo recõditæ,& schedula illa munitæ: vnde dicere possumus, q nõ fuerũt solutæ D. Magono, sed quasi qualimodo depositæ penes ipsum. Quotiescunq;

cũq; enim pecunia numeratur, deinde in sacculo redigit, quem in arca aliqua separata à sua in eodē sacculo custodiēda reponitur, tunc verè, rectè, & iuridicè depositũ factũ dicitur: vt notāt oēs in l. Acceptũ. C. de vsur.

36 His stantibus cũ dominiũ pecuniæ depositæ in depositariũ nō transeat, sed remaneat semp apud ipsũ deponentem, merito sequitur, ꝙ in pecunijs istis depositis præferri debeant DD. Nazzarij omnibus alijs. Sic Afflin. de execut. c. 58. per tot.

Quare decidendum duxim', quod competat DD. istis vendicatio pecuniarũ prædictarũ. Laus Deo.

Alex. Ambros. Vic. Gen.

Decisio Trigesimasexta.

Franciscus Cipparius vendidit quasdam terras, de directo dominio Monasterij S. Petri, Cherubino Sauotio de Diruta, saluo tamen, & reseruato iure directi dominij, & non aliter, nec alio modo: & infra annum petijt inuestituram, sed RR. Monachi recusarunt illum inuestire, sub prætextu, quod infra duos menses inuestituram non petierit. Replicabatur pro parte Cherubini, quod tempus statutum ad petendam inuestituram adhuc durabat; & quod in omni casu moram purgauit. Fuit dubitatum, An dictus Cherubinus priuari debeat terris istis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta iure suo priuatur, si intra duos menses à die contractus acquisitionis emphyteusis, non petierit inuestituram.*

2 *Caducitas, quæ causatur per lapsum temporis, dicitur iniqua, & odiosa; & redditur ratio.*

3 *Caducitas causata per lapsum temporis est restringenda, & euitanda, quantum potest; quia præsidium temporis est impium.*

4 *Princeps munificus non debet feudum auferre ex circumuentione temporis, nisi vasallus negligat petere inuestiturā in contēptũ.*

5 *Emphyteuta non priuatur iure suo ob non petitam inuestituram, nisi dolo, & in contemptum domini neglexerit petere.*

6 *Emphyteuta, qui in acquisitione reseruauit dominium directi domini, non dicitur dolosè egisse.*

7 *Dolus in dubio non præsumitur.*

8 *Emphyteuta iure suo non priuatur ipso iure ob non petitam inuestituram; sed requiritur sententia, & debet citari ad dicēdā caussā quare non petierit inuestiturā.*

9 *Emphyteuta, si anteq̄ in ius vocet*

petat inuestiturã, purgat morã.

10 *Emphyteuta ex quacunque caussa admittitur ad morę purgationẽ, et si elapso tempore legitimo, intra modicum temporis arbitrio iudicis petat inuestituram, perinde est, ac si intra tempus debitum petijsset.*

11 *Emphiteuta habere annum, & diem ad petendam inuestiturã, multi voluere.*

12 *Emphiteuta, qui intra bimestre non petijt inuestiturã, excusandus ob auctoritatem multorum dicẽtium habere annum, & diẽ.*

13 *Caussa qualibet, etiam bestialis, & temeraria, excusat à dolo.*

De emphiteuta, q intra bimestre nõ petijt inuestituram, an possit purgare moram, vt iure suo non priuetur.

Diuino inuocato suffragio.



PRætendebãt RR. Monaci S. Petri priuare Cherubinum terris controuersis, ex quo nõ petierat intra duos mẽses inuestituram; est.n. vna ex caussis, quib° emphyteuta iure suo priuetur, quando intra legitimum tẽpus à domino directo inuestituram non petat.

1 Nã si nouus emphyteuta, qui quouis titulo rem acquisiuit intra duos menses à die cõtractus inuestituram de empyhteusi acquisita à domino non recipiat, iure suo priuatur: vt dicit tex. l. fin. C. de iur. emph. quem põderat Corbal. in tract. de caus. qb. emp. iur. suo priuet. in rub. de caus. priuat. ob nõ petit. inuest. int. legit. tẽp. in prin. vbi latiss. cuius auctoritate fulti RR. Monachi iudicium intentarũt cõtra Cherubinum.

Verũ in cõtrariã deueni sententiã, & ad decidẽdũ cõtra RR. Monachos ĩducebar ex plurib°.

2 Primò. Quia caducitas ista, quæ causatur per lapsũ tẽporis, dicitũ iniqua, & odiosa, ex quo, q nititur ex tempore, dicitur niti ex circumuẽtione tẽporis, & sic remedio rigoroso, & odioso, vt dicit tex. in §. Volum°. in auth. de his qui ingre. ad appellan. & docuit Isern. in c. 1. in prin. quo tẽp. mil. ibiq; Martin. Lauden. &

3 & Card. Alexãdrin. & habemus tex. in auth. Vt sedes. Roman. circ. med. ꝙ pręsidiũ tẽporis est impiũ: & ꝓpterea remediũ caducitatis causatũ per lapsũ tẽporis, debet restringi, & euitari quãtũ potest, hic dicebat Isern. in d. c. 1. quo temp. mil. ꝙ in Re-

4 gno Siciliæ nõ perditur feudũ, licet vasall° nõ petierit inuestiturã intra annũ, & diẽ, eo quia Princeps munificus nõ intendit feudũ auferre ex circũuentione tẽporis, nisi vasallus negligeret petere ex cõtemptu directi dominij, sequitur Ias. in pũcto cõs. 64. nu. 14. lib. 3. & cons. 117. nu. 32. & 33. lib. 4.

Qua-

Quapropter nõ cõuenit RR. Monachis, psonis pijs, & ecclesiasticis, vti hoc remedio impio, & rigoroso ad priuandum Cherubinum terris istis.

5 Secundò. Considerabã resolutũ esse in iure nostro, qđ emphyteuta, & vasallus iure suo nõ priuatur ob non petitam inuestituram, nisi dolo, & in contẽptum domini neglexisset petere. Sic egregiè nobis mandarũt Martin. Laudens. & Præposit. in d.c.1.n.2. quo temp. mil. Afflict. in c.1.nu.16. de prohib. feud. alienat. per Loth. vbi Bal. & Aluarott.nu.1. Scharder. de feud. in 6.par. c.2.nu.58. & ita decisum fuit in Concilio Neapolit. teste Afflict. decis.265.nu.91. & consulti respondere Ias. d.cons. 64.nu.15.lib.3. & cons.117.nu. 30.lib.4. Rol.cons.62.in fin.lib. 2. & cons.64. ad fin.libr.4 Dec. cons.144.n.6.Soc.Iun.cons.115. n.14.lib.2.& Rosentall.in tract. de feud.c.6.cõclus.56.n.1.&nu. 5. vbi dicit, se aliquoties vidisse in Camera Imperiali iudicatũ.

6 Cherubinus verò non dolosè in contemptũ domini neglexit petere inuestiturã, ꝙ detegitur ex instrumento emptionis, in quo saluo, & reseruato consensu domini emit, & non aliter, nec alio modo.

Vnde detegitur Cherubinũ dolo caruisse; si enim voluisset dolum committere, non reseruasset ius directi dominij.

7 Vltra ꝙ dolus in dubio non præsumitur. l. Quoties §. Qui dolo. ff. de probat. l. Non omnis. §. à barbaris. ff. de re milit. l. Quod adhibitis. C. de his, qui intesta. sibi ascrips. quem tex. dicit obseruatione dignum Bal. in l. fin. ff. de ll. comprobat. Mascard. de probat. cõclus.532. in prin. par. 1. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 3. nu.14. quos citauimus decis.21.nu.12.& decis.25. nu.19. & 20. Et propterea non est priuandus Cherubinus hac emphiteusi ob non petitam inuestituram tempore debito.

8 Tertiò pro excusatione Cherubini mihi facere visum fuit: Quod priuatio ob non petitã inuestiturã intra terminum statutum nõ inducitur ipso iure, sed per sententiã: vt probatur in tex. d.c.1. in ver. Damnetur, quo tẽp. mil. ibiq; notat Isern. & Aluarott. alios citat Roland. cõs.18. nu.9.lib.1. qui scribit, ꝙ contra vasallũ fieri debet ꝓcessus, & citari debet ad dicendũ causã, quare nõ petierit inuestiturã; potuit.n. aliq̃ iustã excusationẽ habere. & Clar. in § Feudum. q. 46. nu.6. dicit hãc opinionẽ magis cõmunẽ. ꝓsequitur Syluan. de feud. recognit. q.22. per tot. dicẽs veriorẽ, Thom. Marin. de feud. lib.1. tit.2. nu.62. qui latè disputat, & respondendo contrarijs hanc partem tuetur: sequitur Surd. cons.510.nu.3.

9 Modo Cherubinus antequã à RR. Monacis in ius vocatus fuerit, petijt inuestituram, vt

 liquet

liquet ex instantia iudicialiter facta: ideo dicebam purgasse moram; quam sic purgare posse vasallū affirmat in specie Afflic. in d.c.1.nu.15.in fin.quo temp. mil.qui dixit, hoc esse iustum & rationi consentaneū, & Afflict. sequutus fuit Soc.iun.cons.115. nu.21.lib.2. qui eiusdem sentētiæ recenset Guid. Pap. decis. 166. quo in loco scribit, hanc opinionem esse ęquam, & quod iudicatum fuit in consilio Grationopolitano. hoc idem affirmat Gra.cons.40.num.25.lib.1. Syluan. de feud.recognit.q.27. vers. Quartò mihi placet. Clar. in d.§.Feudum.d.q.49.vers.Sed
10 nunquid vasallus. Dicens hanc opinionem esse æquiorem, & ꝙ vasallus ex quacunq; caussa admitti debet ad purgandam moram hanc. Scharder. de feud.6. part.nu.12.qui signanter dicit, quod cum hic cursus temporis legalis, sicuti & alia quælibet interpellatio non è vestigio, sed cum aliquo spatio tēporis moderato vasallum in moram constituat: vt post alios scribit Ias. in l.Si ex legatis. nu.6.ff.de ver. oblig. si vasallus elapso tempore legitimo, intra hoc modicum & moderatum tempus pro iudicis arbitrio, petierit inuestiturā, perinde est, ac si intra tēp' legitimū inuestiturā petijsset. hæc Scharder. relatus à Menoch.cons.1133.nu.10. & 11. & prius dixerat ipse Menoch.cōs. 467.num.7.

11 Quartò pro excusatione Cherubini adducebā auctoritates multorū ex nostratibus magni nominis, qui voluere, ꝙ emphiteuta habeat annum, & diem ad petendam inuestituram, & non bimestre, vti sensit Corbul. inter quos fuit Ias.in l.2.nu.23. C. de iur.emph.motus ex tex.c. 1.§.Præterea.il 1.de proh. feud. alienat. per feder. huius quoq; sententiæ fuerunt Curt.iun.cōs. 47. nu.11. & Roman.consil.22. nu.6. cum alijs congestis à Mādos, ibi in addit. mag. versi. 8. limita.

12 Quò fit, ꝙ, stāte scribentium altercatione circa pręfixionem termini, ad petendum inuestituram, iuridicè poterat credere Cherubinus sibi competere annum, & diem ad illam petendā: ex qua credulitate excusari debet, postquam, vti comprobauimus, emphiteuta, si non dolosè distulit peterè inuestituram, excusatur.

13 Et quælibet caussa etiam bestialis, & temeraria, excusat à dolo.l.4.§.Potest.ff.de lib. caus. glos.in l.Plagij.la 2.in ver.Iusta. C.de plagiar. & in l.Vni. in ver. Hoc iudicium. in fin. ff. si quis iud.non obtemp.glos.fin.in l.1. ff. de abige. cum multis, qui allegantur ad hoc propositum.

Et licet hęc omnia, quæ diximus pro excusatione Cherubini, loquantur de feudo, attamē, & in emphiteusi procedunt, vti ipsemet Corbul. affirmat in fin. d.rub.

d.rub.Quare decisum fuit,Cherubinum non esse priuandũ sua emphiteusi,& RR. Monacos teneri ad illum inuestiendum, sicuti Patres præfati, qui pauperum, & pietatis sunt meri cultores,libentissimè inuestierũt. Laus Deo &c.

Alex.Ambros.Vic.Gen.

Decisio Trigesimaseptima.

Per Illust.D.Iulius Raynerius in suo vltimo testamento instituit hæredes vniuersales duas suas filias, cui earum primo loco decedenti absque filijs legitimis, & naturalibus masculis, aut fœminis vulgariter, & per fideicommissum substituit in mille scutis Per Illust. D. Petrum eius fratrem, si viueret, aliàs eiusdem D.Petri filios legitimos, & naturales, & præfatis DD. suis filiabus ambabus morientibus sine filijs legitimis, & naturalibus substituit vniuersaliter in omnibus bonis D. Petrum, si viueret, alias suos filios legitimos, & naturales natos, & nascituros; ita & taliter, quod semper bona sua conseruentur in familia, & agnatione sua. Præfatus D. Petrus substitutus, viuente testatore, duos filios masculos habebat, & plures fœminas, quarum vna professa fuit religionem in Monasterio S.Catharinæ viuente adhuc testatore, qui ipsi dotem dedit: altera verò pariter post mortem testatoris in eodem Monasterio professionem emisit. Mortuo D. Petro, illius filij masculi ex hac vita migrarunt, nullis relictis liberis; & tantum in uita remanserunt ante dictæ duæ moniales, & DD. Maria, & Oriens in sæculo viuentes. Obijt hisce diebus D. Lucretia vna ex filiabus testatoris absque filijs. vnde euenit casus substitutionis de mille scutis, ad quæ aspirant Moniales pro dimidia ex personis duarum filiarum D.Petri in Monasterio professarum; quæ verò in seculo viuunt,

prætendunt, exclusis monialibus, dicta scuta mille. Causa in hoc foro introducta, fuit dubitatum, An dictæ moniales concurrere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Moniali quicquid deuolutum fuit post emanatam professionem, ex successione patris, aut aliorum, per eam quæritur Monasterio, cum sibi ipsi acquirere non posit: & quomodo hoc eueniat plenè demonstratur.*

2 *Monialis retinet iura sanguinis, quæ per Monacismum non perdit.*

Et propterea succedit tam ex testamento, quam ab intestato in statu Ecclesiæ.

3 *Monialis, appellatione familiæ venit, quando Monasterium in quo est professa, est capax bonorum. Licet agnatio Monialium non dicatur esse in hoc terrarum orbe, sed in cœlis.*

Et quare.

4 *Testatoris in potestate residet totaliter instituere, vel substituere aliquem.*

Et illius voluntatem principaliter attendendam esse, plenissimè demonstratur.

5 *Testator, quando non vult bona sua in Monasterium transferri, non debent Monasterio applicari contra testatoris voluntatem.*

6 *Testatoris volūtas, quod bona sua non transferantur in Monasterium, sat est, quod ex coniecturis, & præsumptionibus eliciatur: eo quia, quæ ex coniecturis colliguntur, censentur expressa.*

7 *Fideicommissum solis coniecturis inducitur, dato quod verba cessarent; Et quare.*

8 *Testator, quando substituit ea ratione, vt bona in familia, & agnatione conseruentur, fuit voluntatis, ne bona sua in Monasterium transeant; cum Monasterium nō posit conseruare testatoris familiam, & agnationē.*

9 *Monialis, quæ secundum dispositionem S. Concilij Tridentini bonis renunciauit, non potest ad bona renunciata aspirare.*

10 *Fideicommisso sperato renunciari potest.*

11 *Testatoris voluntas quando resistit, non potest quis prætendere bona ipsius.*

12 *Testator potest disponere, vt in suis bonis non succedat Monasterium: & redditur ratio.*

13 *Testatoris voluntati, si lex non resistat, testator potest ad libitū de rebus suis disponere, illisq; legem imponere; cum quis rei suæ sit moderator, & arbiter, etiam abutendo: & Papa solus cum caussa, potest disponere cōtra testatoris voluntatem, in statu Ecclesiastico.*

14 *Monasterium loco filij reputatur, quando ingrediens Religionem transfert bona in eā: secus vero, quan-*

quando de bonis suis iam dispo-suit, illisq; renunciauit.

Et pro ratione dicitur, quod cum Monasterium non possit esse hæres, non habetur hæredis loco.

15 *Ingrediens Religionem incapax bonorum in particulari, & in communi, statim facta professione habetur pro mortuo, & hæreditas alijs defertur.*

De substitutione facta de Petro, & eius filijs legitimis, & naturalibus pro conseruatione familiæ, & agnationis, nunquid filiæ fœminæ eiusdem Moniales concurrere debeant cum alijs filiabus in sęculo degentibus.

Diuino inuocato suffragio.



Stante substitutione de filijs legitimis, & naturalibus D. Petri, videbatur dicendum, quod Monasterium S. Catherinæ iuridicè peteret dimidiam dictorũ scutorum mille.

1 Quia cum duæ ex filiabus D. Petri professæ reperiantur in d. Monasterio, quicquid ad eas postmodum deuolutum fuit ex successione patris, aut aliorũ, per eas quæritur Monasterio, postquam sibi ipsis acquirere nõ possunt. c. Ad Monasterium. de stat. regul. cap. Cum olim. il 2. de priuil. pulchrè Bal. cons. 494. in fin. lib. 5. dicens, quod licet ius delatum Monasterio sumat initium à Monaco, tamen per modum scintillæ, & sic in ictu oculi in Monasterium transit: quod etiam firmauit Illustris. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 28. & fuit de mente Alex. cons. 209. col. 4. lib. 2. & in l. Nõ amplius. in princ. nu. 5. ff. de leg. 1. & in l. 1. §. Qui seruum. nu. 12. ff. de acq. possess. vbi post Cyn. dicit, qđ si Monacho delata sit hæreditas, quam nolit adire, potest Abbas cum consensu Capituli eam adire, nolente Monacho, & sine consensu suo, sequutus opinionem Io. Andr. in cap. In præsentia. de probat. quem sequuntur Canonist. sicuti, & Bar. in l. 1. ff. de vulgar. & pup. & defendit Alex. ibi nu. 21. Guil. Mayner. in l. Non debet. nu. 16. ff. de reg. iur. Curt. iun. cons. 48. nu. 8. qui vult hoc procedere ẽt si Monachus mortu' esset extra Monasteriũ. Spec. vbi Io. Andr. tit. de stat. Monac. vers. Octauo. Io. Andr. Abb. & alij in d. c. In pręsentia. de probat. cum alijs per Franc. Marc. q. 311. par. 1. & dicebat Abb. in d. cap. Cum olim. de priuil. ꝙ omnia quærit Monasterio, quæ habet in trans tam in re, quam in spe, vt notatur in c. Si qua mulier. 19. q. in fin. & in auth. Ingress. C. de Sacros. Eccles. vbi Ias. nu. 13. Et regulare est, ꝙ Monachus acqrat Mo-

Monasterio, in quo est pfessus; vt concludit Marc.q.104. nu.1. par.1.& q.566.par.2.& cōprobat Hip. Rimin. cons.155.nu.7. & seq.& cons.525.nu.27. & seq. & respondit Hondad. cons. 37. nu.22. & plenius cons.94. num. 14.& 15.li.1.quod si Monacho, vel Moniali post ingressum defertur aliqua hæreditas ex testamento, vel ab intestato, illa statim acquiritur Monasterio, in eamq; Monasterium pro Monacho, seu Moniali succedit, p ea quæ scribunt Archid.in cap. Monachi enim 16. q. 1. Host. & Boic.in c.Ex parte. de postulat. Bellemer. in d. c. In presentia. nu.26.de probat. Capr.cons.24. nu.6 & cons.80.nu.16.

2 Cūq; dictæ Moniales vti filiæ D. Petri sint suæ hæredes, nec per Monachismum perdiderint iura sanguinis, secundū Panor. in c.Tua nos.in prin.de testa. & est casus in l.fin.§.Hoc etiam.C. de Epis. & Cler. vbi sancitur q succedunt tam ex testamento, quàm ab intestato c.1.18.q.1.l. Deo nobis. C.de Episc.& Cler. & pro ratione dicitur,quod iura suitatis potiuntur,doct. in l. Sub conditione.ff.de lib. & posth.Bart. In auth.Si qua mulier. col.1.vers.An autem minuat.C. de Sacros. Eccl. Tiraq. in tract. le mort. visit. 14. declarat. 2. par.in fin.Aym. cons.152.nu.2. & ob id nō excluduntur à successione parentum.l.fin. §.Hoc etiam cognitum.C. de Episc. & Cler. nec nocet eis,q sint sponsæ Dei; cum retineant suitatem & omnia priuilegia eius, & finguntur, quo ad earum commodū,esse in potestate patris. Gomez.var.resol.tom.1.c.9.nu.11. in fin. Viui. com. opin. lib. 1. ver. Filium in patria, Crass. de success.§.Suitas.q.4.nu.8.

3 Quin immò dictæ Moniales nō solū sunt vocatæ in hac substitutione de filijs D. Petri facta,verum ēt si familia ipsius D. Petri esset substituta,dictæ Moniales essent admittendæ; cum Monasterium S. Catharinæ sit capax bonorum Nam licet Monachorum, & Monialium agnatio nō dicatur esse in hoc orbe terrarū,sed in cęlis; tamen quo ad succedendum ad commodū Monasterij perinde agnationē retinent, ac si in sęculo permásissent.d.l.Deo nobis §. 1. cum glos.in ver.parentū.C. de Epis. & Cler. §. Nullam verò.in auth. De Sanctis. Epis. vbi glo. in ver. Ingratos.& notat Bal. post Butrig.in d. l.Deo nobis.§.1.nu.2. quod etiam probatur ex c. Statutum.ibiq; Archid. 18. q. 1. & sentit Anch. cons. 420. nu.2. & scripsere Signo.cōs. 156. nu.12. Lap. allegat.10?.& 101.num.7. Paris.consil.47. num.62.lib.3.& & Ceph.cons.53.nu.8.Quapropter Monasterium optimum ius fouere dicendum videbatur.

4 Verum supradictis non obstantibus,contrarium decidendum duxi,eò quia cum in potestate

ſtate D. Iulij teſtatoris totaliter eſſet ſubſtituere, vel ne, DD. ſuis filiabus D. Petrũ, illiusq; filios, ſequitur, quod ipſius voluntas principaliter attendenda ſit. l. In conditionibus primum locũ. ff. de cond. & demonſtrat. l. Cum acutiſsimi. Cod. de fideicom. l. pen. ff. de leg. 1. l. Fideicommiſſ. §. Item ſi quis. ff. de leg. 3. Tiraq. latiſs. in l. Si vnquam. in ver. Libertis. nu. 52. C. de reuocan. donat. Bal. in l. fin nu. 4. C. de impube. Io. dileƈ. de art. teſtan. tit. 6. caut. 66. vbi pulchrè.

Quæ teſtatoris voluntas lex eſt. §. Diſponat. auth. de nupt. & totum facit. l. Ex facto. la grande. ff. de hæred. inſtit. l. Alienationis verbum. § fin. ff. de verb. ſign. l. Si mihi, & Titio. ff de leg. 2. Ideò ſeruandam eſſe neceſſariò, dato etiam, quod piam cauſam excluderet nobis mãdauit Bal. in l. Deo. nobis. C. de Epiſc. & cler. & in authẽt. Niſi rogati. vbi Corn. C. ad Trebell. qui dicunt, quod hæc opinio eſt æquiſſima, & tenenda. proſequitur Dec. in d. c. In præſentia. nu. 58. de probat. Decian. poſt multos conſ. 41, nu. 33. lib. 1. alios adducit Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 84. num. 2. & 3.

5 Et quando apparet teſtatorẽ noluiſſe bona ſua transferri in Monaſterium, non debent Monaſterio applicari contra teſtatoris voluntatem, vt diſputando concludit Io. de Beluiſ. in §. Sed & hoc præſenti. in auth. de ſacroſ. Epiſc. prout eum refert Illuſtriſs. Mãtic. de conieƈt. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. nu. 18. & in punƈto. lib. 8. tit. 12. nu. 25.

6 Et iſta teſtatoris voluntas, quod bona ſua in Monaſterium non tranſeant, ſat eſt, quod ex conieƈturis, & præſumptionibus eliciatur; eo quia quæ ex conieƈturis colliguntur, cenſentur expreſſa. per tex. l. Prætor. §. Interdiƈtum; & ibi gloſ. in ver. Expreſſum. ff. de nou. op. nunc. Dec. conſ. 68. num. 3. immò clarè, & euidenter apparere dicitur, quod ex conieƈturis colligitur. Iaſ. in l. Licet Imperator. in 3. not. ff. de leg. 1. Afflict. deciſ. 44. num. 1. Menoch. conſil. 56. num. 52. & alias comprobauimus deciſ. 7. nu. 14. par. 1.

7 Et ſicuti ad inducendum fideicommiſſum ſolæ conieƈturæ voluntatis teſtatoris ſufficiunt, licet etiam verba ceſſarẽt. l. Cũ virum. C. de fideicom. l. Cũ proponebatur. ff. de leg. 2. l. Vnum ex familia. §. fin. eod. tit. & affirmat Brun. Arimin. conſ. 22. nu. 6. Ita pari ratione ſolæ conieƈturæ ſufficere debent ad declarationem voluntatis teſtatoris, ad quem ſubſtitutum bona ſua deuenire debeant, cum in hac materia non ſit inhærendũ cortici, aut qualitati verborum; ſed ſpeƈtanda ſit teſtatoris volũtas quomodocunque conieƈturata. vt dicunt Soc. iun. conſil. 75. nu. 32. & conſ. 110. in princ. libr. 3. Surd. conſ. 67. nu. 10. & alij pro-

pe

pè infiniti, hanc conclusionem pro regula proponentes, quos seriosè cumulauit Hip. Rimin. cons.21.nu.23.cum multis seq. & prosequitur doctè, & copiosè Illustris. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.8. tit. 1. per tot. inter quos non esse prætereundum dicebam d. decis.7. nu.13. par.1. Alex. cons.100. nu.4. lib. 4.dum inquit, quod materia fideicommissorum est totaliter fundata in volũtate testatoris, vt quibuscunq; verbis cõiecturis, & præsumptionibus apparere posit, illa sufficiãt. & Rot. Roman.decis.640.nu.16. par.1. in nouiss. firmat,quod sola verba,licet non dispositiua,sed solum denotantia desiderium testatoris in quẽ cupiat bona sua peruenire, sufficiant. per tex.l. Et eo modo,& l.Etiam hoc modo,ff. de leg.1.Idem dixit Illustriss.Mant.d.lib.8.tit.1. nu.11. quem reasumpsit Surd. cõs.443. nu.41.Ea ductus ratione, quia mens tacita dicitur in dispositionem transire, dummodo ex verbis dispositiuis colligatur Bar. in l.Vni. C.de his qui ano. aput. tab. Rot. Roman. decis. 698. nu.1. par.1.in nouiss.quos omnes aliàs citauimus d. decis. 7.nu.13.par.1.

In casu autem proposito testator noster noluit in hac substitutione vocare filias Moniales D.Petri sui fratris.

8 Quia institutis filiab', illisq; decedentibus sine filijs, substituit D.Petrũ si viueret; secus filios illius legitimos, & naturales, ita & taliter, quod bona in agnatione, & familia semper conseruentur. Ex qua cõditione inductũ fuit fideicommissum in omnes de familia. l. Cum pater. §. Filio; vbi Bar.ff.de leg.3. Hinc dicendum est, testatorem noluisse bona sua trãsire ad Monasterium,ex quo Monasterium non potest cõseruare testatoris familiam,& agnationem.sic cõsultus respondit Dec.cons.259. nu.2. quẽ sequti sunt Rip. in l. Ex facto.§.Si quis rogatus. il 1. nu.41.ff.ad trebell.Paris.cõs.22. nu.9.lib.3. qui in puncto dixit, relictum familiæ,vt illa conseruetur,non comprehendere eũ, qui est ingressus Religionem. Pute. decis.55. nu.4 par.1.Vincent.Franc.decis.29.nu.7. Emilian.cõs.109.nu.14. Couar.var. resolut.lib.1.c.19.nu.11.qui affirmat,in constitutione primogenituræ rationem non haberi Monasterij, cũ illud familiam, ob quam primogenituræ constitui solent, conseruare non posit. Padill. in l.Cum acutissimi.nu.45.C.de fideicom.sequẽdo Couar. hoc idem sensit Barbat.in casu simili cons.13.col.2. & 3.lib.1.Odd.in tract.de compend.par.6.art.vlt.1.coniect.Et propterea rectè nos docuit Bal. in d.auth.Nisi rogat. nu.8.vers. Sed si testator. C. Ad trebell. ꝙ si testator substituit hæredi suo decedenti sine filijs masculis, ꝙ hoc

hoc casu Monasterium non excludit substitutum. prosequitur Menoch. de præsump. lib. 4. pręsumpt. 83. num. 45.

9 Secundò cum istæ Moniales filiæ D. Petri infra tempus à sacro Concilio Trident. præfixum renunciauerint omnibus bonis, sequitur quod modo ad ea illis non detur regressus. l. Quęritur. §. Si conditor. ff. de edi. edict. l. Non videtur. ff. Si quid in frau. patro. l. Si maritus. §. Si negauerint. ff. de adulter. l. Postquam liti. C. de pact. l. fin. C. de remiss. pigno. l. Qui res. §. Arcam. ff. de solut. c. Ex transmissa. de renun. c. Ex ore. de priuil. c. Quem periculosum. vbi glos. 1. dat cócord. 7. q. 1. c. Quamuis. de pact. in 6. doct. in l. Qui Romæ. §. Duo fratres. ff. de verb. oblig.

10 Præcipuè cum in specie renũciauerint huic relicto de scutis mille facto per D. Iulium, casu quo vna ex suis filiabus decesserit sine filijs, cui fideicommisso sperato vtiq; renunciare poterant. l. Quoties. C. de fideic. Bar. in l. 1. num. 5. C. de pact. vbi est tex. ipse Bar. in l. Cum proponas. eo. tit. Dec. conf. 323. circa princ. Oldr. conf. 16. vlt. dub. Panor. consil. 11. 1. dub. libr. 2. Aym. conf. 80. sub num. 19.

Et ex hoc solo inducebar ad decidendum contra Monasterium. Nam D. Petrus non dedisset dotem supra numerariam filiabus suis, si renunciationem hanc fideicommissi non fecissent; cum plusquam certus esset, quod D. Lucretia vna ex filiabus testatoris filios non esset paritura, postquam nupta per multos annos stetisset, & nunquam pregnans effecta ob eius continuam corporis infirmitatem.

Et prædicta non obstare dicebam, quæ superius ad fauorem Monasterij adduxim': quæ etsi vera sint, non procedunt in casu isto. nam prædicta omnia recipienda essent, si voluntas testatoris non resisteret.

11 Quia sicuti DD. Maria, & Oriens, quæ sunt in sęculo succedere non possent D. Iulio cõtra illius voluntatem, ita etiam quæ degunt in Monasterio, non possunt prætẽdere hoc fideicõmissum contra testatoris volũtatem: & non dicimus quod repellantur, quia non sunt filię D. Petri, & minus quia sint incapaces, cum pro mortuis reputentur: sed asserimus, quod non habent testatoris voluntatem; & ideo ius filiationis, quod Moniales istæ dicuntur habere, debet restringi, vt habeat locum quo ad legitimam successionẽ: neq; est producẽdum ad testamentariam, vt in casu simili, respondit Aym. consil. 898. numero 17. & fuit de mente Illustriss. Mant. d. 8. tit. 12. num. 26. & seq.

12 Et postquam dubium non est, quin testator posset ita disponere, vt in suis bonis non succe-

succedat Matrimonium, per ea quæ diximus; vnde cum hac exclusione Monialium damnũ nõ irrogetur Monasterio, sed solũ lucrum, ei auferatur: certè Ecclesia, quæ est cultrix, & auctrix iustitiæ, non debet ad hoc lucrũ aspirare contra testatoris voluntatem; quod esset iniustum, & irrationabile c. 1. §. Sed diuersum, de alienat. feud. & comprobauit Couar. lib. 1. var. resolut. c. 19. num. 8. & firmauit Illustriss. Mant. d. tit. 12. nu. 29.

13 Cumq; in hoc casu iura non cõtradicant, voluntati testatoris erit obsequendũ, qui rei suæ legem dicere potuit. l. Legẽ. C. de pact. l. Verbis legis. ff. de ver. Sig. §. Disponat. auth. De nup. l. 1. C. de Sacro. Eccles. l. Quoties. ff. de donat. quæ sub mod. auth. Excipitur. de bon. quæ liber. c. Verum. de cond. appo. Et solus Papa (nõ tamen sine caussa) potest disponere contra voluntatẽ testatoris in hoc statu ecclesiastico C. Quæ contigit. de relig. domib. Vnde cum in mera potestate D. Iulij fuerit substituere, vel non substituere D. Petrum, & filios, ex quo quilibet rei suæ est moderator, & arbiter l. In re mãdata. C. Manda. etiam abutendo l. Sed si lege. §. Consuluit. ff. de petit. hæred. stãdum erit voluntati D. Iulij. piũ nẽpe est, testantium voluntatem seruare, ét si non sit ad pias caussas Bal. in auth. Ex caussa. sub nu. 1. C. de lib. præter.

14 Vlterius cum antedictæ Moniales filiæ D. Petri in tempore à Sacro Cõcilio Tridentino pręfixo bonis renũciauerint, & bona in Monasterium nõ transtulerint, sequitur, quod loco filiarum non reputantur, cum tunc Monasterium loco filij dicatur tantũmodo, quãdo ingrediens Religionem transfert bona in eam: at secus est, quando iã disposuit de bonis suis, illisq; renunciauit. ita Bal. in d. c. In præsentia. nu. 13. de probat. vbi inquit, duo requiri; primùm quod substitutus ingrediatur Religionem; secũdum quod transferat bona secum in eam. & ratio est, quia cum Monasterium nõ possit esse hæres, non habetur hæredis loco. & hanc quæstionem decidere videtur Bal. in auth. Nisi rogati. nu. 20. C. Ad trebell. & ibi Castren. num. 5. qui dicit, introductum fuisse quod Monasteriũ loco filij reputetur quo ad bona; sed fauorem cessare, quando bona alijs fuerunt relicta. Alex. cons. 13. nu. 5. lib. 3. Felyn. in d. c. In præsentia. nu. 59. de probat. Illustris. Mantic. de coniect. vlt. volũt. lib. 11. tit. 7. nu. 13. & 14.

15 Et ideò videmus, ꝙ si quis ingrediatur Religionem incapacem bonorum in particulari, & in communi, statim facta professione; habetur pro mortuo, & hæreditas alijs defertur, ex quo bona non possunt transire in Religionem, seu Monasteriũ. ita

ita Bar. in auth. Si qua mulier. nu.11.ibiq; Iaſ.nu.26. C.de Sacroſ.Eccleſ.Bar.& Bal.in l.1. C. de teſta.Bar.& alij in l.Cum pater. §.Hæreditatem. ff.de leg.2. Canoniſtæ in d. c.In præſentia. Surd. conſil.90. num.7.& ſeq.& conſ.238.nu.2.

Et propterea Monaſteriũ ob renũciationem iſtarum Monialium non poteſt ſuccedere.

Quare decidendum duxi, ꝙ ſcuta mille deberentur Per Ill. DD. Mariæ & Orienti, excluſis Monialibus. Laus Deo.

Alex. Ambroſ. Vic. Gen.

Deciſio Trigeſimaoctaua.

D. Bernardinus Patumus de Crociano plures filios habens in ſæculo, & Reu. P. Vrbanum in Congregatione Societatis Ieſu degentem, condidit teſtamentum, in quo diſpoſuit de bonis ſuis ad fauorem filiorum in ſæculo exiſtentium, & de Reuer. P. Vrbano nullam aliam fecit mentionem, niſi quod, ſi non poſſet ſtare in Religione, deberet à fratribus conſequi alimenta; mortuo D. Bernardino fuit dubitatum de validitate ſui teſtamenti ob præteritionem Reu. P. Vrbani.

SVMMARIVM.

1 *Clauſulæ codicillaris eſt effectus, ut ſuſtineatur teſtamentum nullum ob præteritionem filij, ita quod hæres, qui ſuccedit ab inteſtato cenſeatur rogatus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum hæredi ſcripto; & eſt communis exploſa gloſ. opinione in authent. ex cauſſa. C. de lib. præter. ſed videndum num.21.*

2 *Religionem ingreſsus retinet iura ſanguinis.*

3 *Religionem ingreſſus ſuitatis iura potitur.*

Et propterea non excluditur à ſucceſsione parentum, & fingitur, quoad eius commodum eſſe in poteſtate.

4 *Religionem ingreſſus remanet filius, & retinet agnationem, licet Regularium agnatio non dicatur eſſe in hoc Orbe terrarum, ſed in cœlis: tamen quo ad ſuccedendum ad commodum Religionis, perinde agnationem retinet, ac ſi in ſæculo permanſiſſet.*

5 *Regularis quærit Religioni in ſtatu Eccleſiæ, quicquid ad eum deuoluitur ex ſucceſsione parentum, poſtquam ſibi ipſi acquirere non poteſt; & quomodo, declaratur.*

6 *Regularis ſi nollet adire hæreditatem ſibi delatam, ipſo nolente,*

te, & absque suo consensu potest Abbas cũ consensu capitali adire, etiã si Monachus extra Monasterium mortuus esset.

Quia omnia quærit Monasterio, quæ habet intrans, tam in re, quàm in spe.

7 *Regularis quærit Monasterio regulariter, etsi deferatur Monacho hæreditas, tam ex testamento, quam ab intestato; statim acquiritur Monasterio, & in eam pro Monacho succedit.*

8 *Hæredis institutio est caput, & fundamentum testamenti.*

9 *Hæredes instituendæ sunt omninò quædam personæ, inter quas primum locum tenent filij, qui institui, vel exhæredari debent; aliàs corruit testamentum; & redditur caussa.*

10 *Filius est instituendus, vel iustis de caussis exhæredandus, alias annullatur testamentum.*

11 *Filius, saltem in legitima, est instituendus.*

12 *Filio debetur legitima iure, & titulo institutionis; aliàs testamẽtum redditur nullum.*

13 *Filio sunt relinquenda alimenta pro legitima, aliàs non tenet testamentum.*

14 *Legitima relinqui debet in proprietate cum ipsis fructibus, non autem in solo vsufructu, cum sit præstanda ex substantia testatoris; & alimenta, quæ reciperet filius post mortem patris, nõ dicuntur de bonis, & substantia testatoris, & quare.*

15 *Filij primi gradus non imputant*

16 *Legitima non potest relinqui in fructus in legitimam.*

sola fructuum perceptione; &, si relinquatur, corruit testamentũ.

17 *Conditio, inuitatiua ad relinquẽdum Religionem, est turpis, & contra bonos mores, & de iure improbata.*

18 *Conditio ista turpis non reijcitur, sed vitiat institutionem.*

19 *Filius præteritus rumpit testamẽtum ipso iure.*

Et intelligitur præteritus, cum in testamento nõ sit institutus, neq; nominatim exhæredatus, dato, q. de eo in testamento alio modo facta sit mentio.

20 *Filio omnino est relinquenda legitima iure institutionis, vt testamẽtum valeat; aliàs est nullum, & filius succedit ab intestato.*

21 *Clausula codicillaris operatur circa formam, & solemnitatem testamenti, sed non circa substantiam, vt reddatur valida, quando repugnat legibus: etsi testator nõ potest expressè relinquere filio legitimam in solo vsufructu; nõ etiam potest tacitè adhibendo clausulam codicillarem.*

De testamenti validitate, in quo filio regulari, Religionis capacis bonorum fuerant relicta tantum alimenta, in casu, quod non posset stare in Religione.

Di-

Diuino inuocato suffragio.

1 In hac caussa inter Collegium Societatis Iesu, mediante persona R. P. Vrbani, & seculares filios D. Bernardini Patumi pro manutentione, & validitate testamēti adducebatur quod in hoc testamento reperitur apposita clausula codicillaris, cuius virtus, & efficacia est, vt testamentum nullum ob præteritionem filij sustineatur; ita quod hæres, qui succedit abintestato, censeatur rogatus restituere hæreditatem per fideicōmissum hæredi scripto: & licet glos. ī auth. ex caussa C. de lib. præter. ī glos. fin. in fin. teneat, ꝙ vbi testamētum est nullum ex caussa præteritionis, clausula codicillaris nihil operatur: & hanc opinionē glos. dixit, esse communem Signo. conf. 171. nu. 4. tamen contraria opinio temporibus nostris, proculdubio est magis cōmunis: & propterea dicebat Alex. conf. 26. nu. 5. lib. 1. & consil. 142. nu. 4. lib. 2. quod illam glos. damnant communiter doct. erit ergo tenenda contraria opinio, quod scilicet testamentum, etiā hoc casu, sustineatur in vim codicilli; & quod filius præteritus censeatur grauatus virtute clausulæ codicillaris, restituere per fideicommissum hæreditatem illi, qui est scriptus hæres in testamento, quā quidem opinionē sequūtur cōmuniter scribentes, vt dicit Paris. cōs. 30. nu. 11. lib. 3. & eā dixerat esse communē ante eū Bal. conf. 391. nu. 4. lib. 3. relatus à Tiraq. in l. Si vnquā in ver. Donatione largiores nu. 273. Cuman. conf. 126. circa prin. Alex. conf. 41. nu. 5. lib. 1. & conf. 86. nu. 8 lib. 3. & in d. auth. ex caussa sub num. 13. Gugli. de Bened. in 1. par. repet. c. Raynutius. nu. 242. de testa. Dec. in l. Posthum. in 1. lect. nu. 10. in fin. & sub nu. 11. C. de cōtratab. & cōs. 228. nu. 2. & seq. conf. 242. nu. 2. & seq. conf. 490. nu. 10. conf. 569. nu. 2. & cōs. 671. in fin. Curt. iun. conf. 148. nu. 10. & in d. auth. ex caussa nu. 69. Soc. iun, cōs. 107. n. 24. lib. 1. Zuccard. ī repet. d. l. Posthum. n. 102. C. de cōtratab. his citatis Clar. §. Testamētū. q. 46.

Quapropter dicebāt, R. P. Vrbanum teneri ad restituendum statim fratribus suis hæredibus scriptis bona paterna.

Quibus tamen non mouentibus, in cōtrariā deueni sentētiā, & decidendū duxi ad fauorem Collegij. ꝙ testamentum D. Bernardini sit ipso iure nullum, cū in eo de R. P. Vrbano mentio facta non fuerit; eo modo quo debebatur, & mouebar.

2 Quia cum R. P. Vrbanus per ingressū Religionis Societatis Iesu non perdiderit iura sanguinis, secundum Panor. in c. Tua nos. in prin. de testa. & est casus l. fin. §. Hoc etiam C. de Epis. & cler. vbi habetur

quod Regulares succedunt tam ex testamento, quàm abintestato; quod pariter comprobatur in tex.l.Deo nobis.C.eo.& in c. 1.18.q.1.

3 Et dicunt scribẽtes, quod ingressus Religionem iura suitatis potitur; & volunt omnes in l.Sub conditione.ff.de lib.& posthum. Bar. in auth. Si qua mulier.col.1.vers. An autẽ minuat. C.de sacros.Eccl.Tiraq.in tract. Le mort. Scisit. 14. declarat. 2. par.in fin. Aym.cons.152.n.2.& ob id non excluditur à successione parentum l.fin.§.Hoc etiã cognitum. C.de Episc.& cleric. nec nocere debet ei, quod sit Regularis effectus, quia retinet suitatem, & omnia priuilegia eius, & fingitur quoad eius cõmodum esse in potestate patris. Gomez. var.resolut. tom.1. c.9. num. 11. in fin. Viui. com.opin. lib.1.ver. Filium in patria. Crass. de success.§.Suitas. q.4.nu.8.

4 Quinimò R.P. Vrbanus non solum remanet filius D. Bernardini, verum etiam agnationem retinet; nam etsi Regularium agnatio non dicatur esse in hoc Orbe terrarum, sed in cœlis, vti diximus decis. anteced. num.3. huius partis, tamen, quoad succedendum ad commodum Collegij, perinde agnationem retinet, ac si in sęculo permansisset d.l.Deo nobis. §.1. cum glos. in ver.Parentũ. C.de Episc.& cler. §.Nullum vero.in auth. de sant. Episc.vbi glos. in ver.Ingratos. & notat Bal. post Butrig. in d.l. Deo nobis. §.1.nu.2. Idq; probatur ex c. Statutum: ibiq; Archid.18.q.1.& sentit Anch. cõs. 240.nu.2.& scripsere Signo.cõs. 156. nu. 12. Lap. allegat. 100. & 101.nu.7. Paris.conf.47. nu. 62. lib. 3. Ceph.cons.53.nu.98.

5 Et quicquid ad R. P. Vrbanum deuolutum fuit ex successione patris, per eum quęritur Collegio, postquam sibi ipsi acquirere non potest. c. Ad Monasterium. de stat. reg. c. Cum olim. il 2.de priuil.pulchrè.Bal. cons. 494. in fin. lib.5. dicens ꝙ licet ius delatum Monasterio sumat initium à Monacho, tamen per modum scintillæ, et sic in ictu oculi in Monasterium transit: quod etiam firmauit Ill.Mãtic.de coniect. vlt.volunt. lib.8. tit.12. nu.28. & fuit de mẽte Alex.cons.209.col.4.lib.2. & in l. Non amplius.in prin.nu.5. ff.de leg.1.& in l.1. §.Qui seruum.nu.

6 12. ff. de acq. possess. vbi post Cyn. dicit, ꝙ si Monacho delata sit hæreditas, quam nolit adire, nolẽte Monacho, & sine cõsensu suo, potest Abb. cũ consẽsu capituli eã adire: sequutus opinionẽ Io.And.in c. In præsentia.de probat.quẽ sequũtur Canõ.sicuti, & Bar.in l.1.ff.de vulg. & pup.Guil.Mayner in l.Nõ debet.n.16.ff.de reg.iur.Curt.iun. cons.48.nu.8. qui vult hoc procedere, ẽt si Monachus mortuus esset extra Monasteriũ. Spec.vbi Io.Andr.tit. de stat.monac.ver.

Octa-

Octauo, Io Andr. Abb. & alij in d.c. In præsentia de probat. cũ alijs per Fran. Marc. q.311. par. 1. Et dicebat Abb. in c. Cum olim. de priuil. Quod omnia quęrit Monasterio, quę habet intrãs tã in re, quã in spe, vt notatur in c. Si qua mulier. 19. q. in fin. & in auth. Ingressi. C. de Sacros. Eccles. vbi Ias. nu.13. & diximus d. decis. anteced. num. 3.

7 Et regulare est, quod Monachus quęrat Monasterio, in quo est professus. vt concludit Marc. q.104. nu.1. par.1. & q.566. par. 2. & comprobat Hip. Rimin. cõs. 155. nu.7. & seq. & cons. 525. nu. 27. & seq. & respondit Hondad. cons. 37. nu.22. & plenius. cons. 94. nu.14. & 15. lib.1. qui tenet, quod si Monacho post ingressũ deferatur aliqua hæreditas ex testamento, vel abintestato, illa statim acquiritur Monasterio, in eamq; Monasteriũ pro Monacho succedit; per ea, q̃ scribũt Archid. in c. Monachi enim. 16. q.1. Host. & Boich. in c. Ex parte. de postulat. Bellamer. in d.c. In præsẽtia. nu.26. de ꝓbat. Cu pr. cõs. 24. & cõs. 40. nu.16. stante maxime, ꝙ RR. Patres Societatis Iesu sunt capaces bonorum.

8 Quapropter his sic positis, cũ hæredis institutio sit caput, & fũdamentũ totius testamẽti. §. Ante hæredis. instit. de lega. & sine hæredis institutione nihil, quod scriptũ est in testamẽto, valet. l. 1. ff. de vulg. ibi cõmuniter doct.

9 Sintq; quædam personæ, quæ necessariò, & omnino hæredes instituendæ sunt, inter quas primũ retinent locũ filij, qui à parentibus institui, vel exhæredari debent, aliàs si fuerint præteriti, testamentũ nullum est. l. Inter cętera. ff. de lib. & posth. glos. mag. in auth. Ex caussa. C. de lib. hæred. quã communiter approbatã dicit ibi Ias. Vincent. Herculan. latè in l. Ita tamen. §. Si qs rogatus. ff. ad Trebell. & hãc dicit receptissimam sententiam Vasq. de success. creat. § 18. nu. 9. & seq. illamq; cõmunẽ pronũciauit Crass. de success. §. testamentũ q.35. nu.2. qui pro ratione assignat, quod suitatis caussa, dominium bonorum in vita patris quodammodo impropriè saltẽ est apud filios, & post mortem immediatè in eis cõtineatur: ideoq; pater non potest aliũ instituere, nisi prius filiũ priuet dominio, mediante exhæredatione, aliàs diceretur testari de rebus alienis: ita Bar. in l. In suis ff. de lib. & posth.

10 Vnde cum D. Bernardinus in suo testamento tantũmodo reliquerit iure institutionis, & legati victum, & vestitũ, & alimẽta R.P. Vrbano eius filio legitimo, & naturali in vita sua, si vllo vnquã tẽpore permanere nõ posset in sua Religione quacũque de caussa; apparet de manifesta nullitate huius testamẽti, eo quia R. P. Vrbanum eius filium hęredem non fecit, vel iustis de caussis nõ exhæredauit:

iuxta tex. instit. de exhæred. lib. in prin.

11 Et debebat saltem ei relinquere legitimam per tex. §. 1. in auth. de trient. & semiss. in quo cauetur, legitimam ei deberi, qui alioqui quærelã in officiosi testaměti habet, quemadmodum habet R. P. Vrbanus suus filius, qui primum locum in successione obtinet. Bar. & cęteri. in l. Gallus. §. Et quid si tantũ ff. de lib. & posth. & clarius Fabian. de Ghiocchis. in rep. auth. nouissima. nu. 23. C. de inoff. testa.

12 Quæ legitima debetur filio iure, & titulo institutionis, alias testamentum redditur nullum; vt probat tex. in l. Humanitatis. C. de impub. vbi in specie Ang. col. 1. quem sequitur Fabian. in d. auth. num. 206. Nec resistit, q D. Bernardinus reliquerit alimenta R. P. Vrbano.

13 Respondetur nempe, nõ sufficere; cum dictum non fuerit à testatore se relinquere hæc alimenta pro ipsa legitima, sicuti exprimere debebat; vti considerat Menoch. cons. 882. nu. 7. in fin. qui nu. 8. vlterius dicit.

14 Quod legitima relinqui debet in proprietate, cum ipsis suis fructibus, non autem in solo vsufructu. per tex. in §. Prohibemus. in auth. de triẽt. & semiss. ibi vsumfructum insuper, & proprietatem relinquat. Ergo non sufficit relinquere solum vsumfructum. Et mandat tex. l. Scimus. §. Repletionem. C. de inoff. testa. Quod legitima est præstanda ex substantia testatoris; sed alimenta quæ perciperet R. P. Vrbanus post mortem patris non dicuntur esse de bonis, & substantia testatoris. l. In fideicommissariam in prin. ff. ad Trebell. & habemus tex. l. Linea margaritarum. ff. ad l. Falcid. qui voluit, quod legitima ipso iure deducatur è bonis patris, quæ si ab initio detrahitur, resultat, quod alimenta, quæ postea percipiuntur, non sunt in ea imputanda, ita Bal. & Ca-

15 stren. in d. §. Repletionẽ. Ruin. cons. 194. nu. 7. lib. 2. quod manifestè deducitur, cum filij, primi gradus non imputent fructus in legitimam: vti voluere omnes in l. Iubemus. C. ad Trebell. Rip. in l. In fideicommissariam. nu. 38. ff. eo. Ex quibus re-

16 spõdit Menoch. d. cons. 882. nu. 12 quod pater nõ potest relinquere legitimam in sola fructuũ perceptione: & hanc sententiã, quod testamentũ reddatur nullũ, si pater relinquat legitimam filio in solo vsufructu, comprobarunt Anch. cons. 128. num. 2. Soc. iun. cons. 64. nu. 4. & 5. lib. 2. Barbat. in c. Cum constet. de pigno. Ias. in d. auth. Nouiss. num. 45. ibique Fabian. num. 69. Roder. Soarez. in rep. l. Quoniam in prioribus. in 3. ampliat. nu. 1. & seq. C. de inoff. testa. quos oẽs citat Menoch. d. cõs. 882. nu. 13. quibus addo Salyc. in d. auth. no-

nouissim. vbi Odofred. Iacob. Butrig. Io. Fab. Bal. & Ang. qui dicunt, quod pater non potest filio vsumfructum certarum rerum assignare pro legitima: & Iaf. ibi nu. 44 attestatur de communi Menoch. conf. 137. num. 9. Crass. de success. §. Legitima. q. 15. nu. 6. Rimin. cons. 460. num. 9. Petr. à Petr. de fideicomm. q. 15. nu. 92. quos citauit Surd. consil. 489. num. 8. Quocirca legitima erat relinquenda R. P. Vrbano in tot corporibus, & non in alimentis.

17. Vlterius considerabam, quod alimenta in hoc testamento relicta R. P. Vrbano, fuerunt relicta in vita sua, si vllo vnquam tempore permanere non posset in sua Religione quacunq; causa. Quę conditio tanquã inuitatiua ad relinquendũ Religionẽ est turpis, & contra bonos mores, & iure merito à iure improbata, vti impeditiua vitę contẽplatiuæ. auth. Nisi rogati. C. ad Trebell. & in corpore, vnde sumitur: ita determinat Ral. Nouell. in tract. de dot. in 6. pact. priuil. 77. vers. Licet. d. puella. Couar. in c. Nos quidem nu. 11. vers. sexto, & proxima. de testam. Surd. cons. 69. nu. 11.

18 Hinc conditio ista, tam de iure digestorum, quam Codicis, & nouissimè auth. nõ reijcitur, sed vitiat institutionẽ: ita glos. in l. Filius, qui in potestate. per illum text. ff. de cond. instit. vbi Bar. Corn. & Alex. & Iaf. in l. Si pater. C. de instit. & substit. Port. Imo. com. opin. lib. 1. concl. 42. 2. limit. Vasq. de success. creat. §. 20. nu. 8. Crass. de success. §. Testamentum. q. 37. nu. 3. & fuit dictum Bal. in d. l. Si pater. col. 1. C. de instit. & substit. sequutus à Castr. in l. Conditio. ff. de cond. instit. vbi Iaf. Corn. in l. 3. col. 2. C. eo. Azo. in sum. tit. C. de instit. & substit. Imo. in l. fin. col. 8. ff. de cond. instit. & in l. 1. col. pen. eo. tit. Soc. in l. Non dubitamus. ff. de cond. & demõstr. & cons. 98. col. 4. libr. 3. Iacob. de S. Georg. in d. l. Si pater. C. de instit. & substit. ibique Dec. in fin. Clar. in §. Testamentũ. q. 39. nu. 1. in fin. Di lect. de art. testan. titul. 3. caut. 4. num. 2.

19. Et ponderabã, quod R. P. Vrbano in Religione permanenti nihil relictum fuit; quo fit, vt dicatur præteritus, & consequẽter rumpatur testamentum, & ipso iure annulletur. l. Inter cætera. ff. de lib. & posth.

Et intelligitur præteritus, cũ in testamento non sit institutus, neq; nominatim exhæredatus, dato quod de eo in testamento alio modo facta sit mentio. Bar. in auth. Ex causa. n. 10. C. de lib. præter. & est communis opinio, prout dicit Curt. iun. in d. auth. Ex causa. sub n. 36. & voluit Cl. in §. Testamẽtũ. q. 42. in prin & q. 38. sub n. 1. dixerat, quod omnino, ut testamentũ valeat, requiritur, quod filio relinquatur legitima titulo institutio-

 nis;

nis; alias testamentũ esset nullum, & sic filius succederet patri abintestato; & attestatur ita indifferenter tenere omnes. in d. auth. Nouiss. C. de inoff. testa. & Alex. in l. Inter cętera. ī prin. sub nu. 2. ff. de lib. & posth. Pic. in repet. l. In quartum. sub num. 50. ff. ad Trebell. Quapropter cum R. P. Vrbano legitima non solum titulo institutionis fuerit relicta, sed nullo pacto; ideo decidendum duxi testamentũ, de quo agitur, fuisse nullum.

21 Non obstante clausula codicillari, quæ in hoc casu nil operatur, cum tantum operetur circa formam, & solemnitatem testamenti: quod si non valet secundum testamenti formam, & modum, valere potest secundũ formam codicillorũ; vt tradunt omnes in d. auth. ex caussa. C. de lib. præter. Sed non operatur circa substantiam ipsius dispositionis, vt scilicet reddatur valida, ex quo repugnat legibus. Et si ipse testator nõ potest expresse relinquere legitimã in solo vsufructu, non etiam potest tacitè, adhibendo clausulã codicillarem. Et hoc est manifestum, quia etiã si testator solos codicillos conficeret, non tamen posset in eis relinquere filio legitimam in solo vsufructu: & hoc caret probabili dubitatione, vti consultus respondit in puncto eruditiss. Menoch. d. conf. 882. num. 14. & 15. Cuius sentẽtiã sequuti, declarauimus hoc testamentum nullum.

Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Trigesimanona.

Matthias de Compignano, agri Perusini, locauit per annos septem quasdam terras in territorio dicti Castri, D. Fuluio Laurentio. Præsenti anno, durante conductione, Matthias vendidit easdem terras R. D. Io. Mariæ Cinisco Clerico, qui intimauit emptionem D. Fuluio, cum præcepto, ne ingrederetur in ipsas terras. Comparuit D. Fuluius, & dicebat, quod in hac Ciuitate viget statutum, quod emptor teneatur stare locationi: & cum statutum fuerit per Summos Pontifices confirmatum, prætendebat ligare etiam R. D. Io Mariam clericum. Caussa introducta, fuit dubitatum, An tale statutum comprehenderet clericos.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Statutum Laycale, pro communi bono editum, ligare Clericos: sed quomodo procedat, declaratur, num. 11. cum seq.

2 Clerici, cōtrauenientes statuto laycali commune bonum continente, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem damni, dati.

3 Principis secularis est condere leges circa ea, quæ pertinent ad iustam viuendi rationem, & Reipublicæ conseruationem, & non ad Episcopos, & Ecclesiasticos iudices. Et Clerici, & laici in concernentibus politicā temporalem eundem habent rectorem Principem secularem, cuius legibus gubernantur, & quibus subijciuntur.

Verum quomodo procedat, demonstratur. num. 32.

4 Clerici, sicuti in spiritualibus tenentur iura Pontificia seruare, ita in temporalibus à ciuilibus sanctionibus, discedere non debēt; quod declaratur. nu. 14. 15. 29. & 30.

5 Clerici dicuntur ciues, & veniunt appellatione ciuium.

6 Clerici ligantur iure ciuili Romanorum, quatenus iustum, & canonibus non contrarium; quia tali casu recipitur à Sum. Pontifice: sed videndum num. 34.

7 Lex ciuilis Romanorum parificatur cum lege vnius Regni particularis; cuius contrarium ostenditur num. 34.

8 Statutum laycale quando adiuuat, & supplet ius canonicum, ligat clericos.

9 Statutum laycale, quando non loquitur specificè de clericis, sed generale est, comprendere clericos multi voluere; de cuius veritate videndum num. 11. 12. & 36.

10 Statuta confirmata à Sum. Pontifice motu proprio, & ex certa scientia, non in forma communi, sed in specie dicuntur confirmata; & tunc dicuntur statuta Papalia, quæ absque dubio ligant clericos.

11 Statuta laycalia, quantumcunque generalia, non ligant clericos, personas non subiectas iurisdictioni statuentium.

12 Statuti verba generalia, intelligũtur de omnibus, exceptis priuilegiatis; & redditur ratio.

13 Clerici sunt penitus exempti à iurisdictione laycali, quæ exemptio est de iure Diuino. & licet Sum. Pontifices statuerint circa hanc exemptionem, constitutiones Pontificiæ sunt declaratiuæ, & nō dispositiuę, vel inductiuæ.

14 Statuere est iurisdictionis: & sicuti sæcularis Potestas non potest iudicare clericos, ita non potest statuto astringere: pari enim passu procedunt ligare aliquem statuto, vel ad suum trahere forum.

15 Layci, sicuti non possunt trahere clericos ad forum laycalem, pari modo nullam habent potestatem condendi leges in clericos.

16 Potestas quando deficit, nulla est operatio.

17 Lex quando condenda, in primis inspicitur an is facultatem habeat legem ferendi: quia sine potestate, lex ferri non potest; quæ potestas respicit substantiam legis.

18 Voluntas, potestas, & modus, requirũtur ad validitatem cuiuscunque actus.

19 Potestatis defectus semper allegari potest: & hæc regula nullam patitur exceptionem, quia fundatur in naturali ratione.

20 Emptor de iure communi, regulariter non tenetur stare locationi factæ à venditore, nisi aliter fuerit conuentum.

21 Statutum auferens clericis, quod eis competit de iure communi, dicitur contra libertatem ecclesiasticam, etiam si non auferat, quod in priuilegium competebat; cum fortius sit quod competit de iure communi, quàm de iure speciali.

22 In dubio pro ecclesia pronunciandum.

23 Statutum, quod emptor teneatur stare locationi, odiosum, & inhumanũ esse demonstratur; Ideo restringendum ad laicos tantum.

24 Vtilitas causæ de per se, non tribuit iurisdictionem.

25 Statuta laicalia, clericis merè fauorabilia, non valere, demonstratur; Idque tanto magis procedit, quotiescunque clericis, & laicis afferunt commodum.

26 Statutum, quotiescunque ligaret clericos, non esset fauorabile; & pulchra redditur ratio.

28 Vtilitas caussæ non sustinet actũ, alias nullum; hinc alienatio rei ecclesiæ absque debitis requisitis est nulla, etiam si vtilitatem apportaret ecclesiæ.

28 Vtilitas publica, & commune bonum efficiunt, vt lex fieri possit: & hic est legum finis; Tamen non dat iurisdictionem.

29 Statutum laicale, quoties pro communi bono ligaret clericos, id nõ esset vigore statuti, sed ui rationis naturalis, qua omnes tenemur ad ea, quæ bonum commune respiciunt; et si statutum promulgatum non esset, nihilominus tenerentur.

30 Clerici, transgressores constitutionis laicalis pro communi bono editæ, sunt puniendi per ecclesiasticos iudices.

31 Clerici, transgressores statuti laicalis non puniuntur pœna statuti, sed alia arbitraria.

32 Ad Principem sæcularem spectat prouidere ea, quæ ad temporalem politicam pertinent; hac tamen conditione, ne apponant manus ad clericos, & eorum bona.

33 Iurisdictio respicit tempus, locum, caussas, res, & personas: & respectu loci, temporis, & caussarum ecclesiastica iurisdictio est distincta à temporali, & laicali: respectu verò rerum, & personarum Ecclesiasticarum, nihil est, quod laicis concedatur.

34 Ius ciuile Romanorum, licet esset receptum à iure canonico, non per hoc infertur, quod statuta lai-

laicalia sint recepta, & quare.
35 *Statuta laicalia coadiuuantia Ius canonicum, quomodo valere enucleatur.*
36 *Statutum laicale generale non cõprehendit clericos, tum defectu potestatis, tum etiam volũtatis.*
37 *Statuentium mens, est interpretanda, secundum Ius commune.*
38 *Statutum laicale, vt comprehendat, & liget clericos, quid necesse demonstratur.*
39 *Statuta Perusina fuerunt confirmata à Sede Apostolica, quatenus non contrarientur canonibus, & libertati ecclesiasticæ.*

De statuto laicali quando ligat clericos.

Diuino inuocato suffragio.

1 POstquam Perusina Ciuitas pro communi bono statuerit, quod singularis successor teneatur stare locationi; hinc ligare clericos plena manu cõprobat Menoch. conf. 800. nu. 2. & firmauit Vinc. de Franch. decis. 9. nu. 5. & voluere Nauar. in Manual. confess. ca. 23. nu. 88. Mesia de tax. pan. conclus. 5. n. 40. Sot. in 4. sentent. dist. 25. q. 2. art. 2. col. 3. vers. Quarta conclusio. Auedan. de exeq. mand. Princip. lib. 1. c. 13. nu. 7. & habemus tex. in c. Non minus. §. Quo circa. de immun. eccles. vbi Anch. nu. 8. dicit, quod vbicunq; tractatur de communi vtilitate, & commodo clericorum, & laicorum simul, & permixtim, clerici tenentur vt laici.

2 Quinimmò si clerici simili statuto contrauenirent, mortaliter peccarent: ita Luc. de Penn. in l. fin. C. quib. muner. lic. se excus. lib. 10. Sot. vbi supra, qui vlterius voluit, quod vltra peccatum, teneantur ad restitutionẽ damni illati. prosequitur Frãch. d. decis. 9. nu. 4. Menchiac. lib. 1. de success. creat. §. 10. nu. 648. Messi. de tax. pan. conclus. 5. n. 41. Lopez. ad pract. Diaz. ca. 56. vers. Primò clericos.

3 Nam ad Principem secularẽ, cui à Deo in temporalibus populorum cura est demandata, spectat condere leges circa ea, quæ pertinent ad iustam viuendi rationem, & Reipublicæ conseruationem respiciunt, non autem ad Episcopos, & alios iudices Ecclesiasticos. Sot. lib. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 2. post princ. & in 4. sent. d. dist. 25. q. 25. Mol. de iust. & iur. disput. 3. concl. 6. qui nobis mandauit, quod clerici, & laici in concernentibus politicam temporalem, eundem habent rectorem Principem secularẽ, cuius legibus gubernantur, & quibus subijciuntur.

4 Sicuti igitur clerici in spiritualibus tenentur iura Pontificia seruare, ita in temporalibus à ciuilibus sanctionibus discedere non debent. sic Driedon. de libert. Christ. lib. 2. ca. 1. propo-

posit.

posit.4.D.Tho.de regimin.Princip.lib.1.c.12.Lopez.ad Diaz.c.56. vers.Sed vt liberè dicam. Illustriss.Card. Bellarmin. de potesta.Pontif.lib.3.cap.6.

5 Et pro ratione adducitur, quia clerici dicuntur ciues, & veniunt appellatione ciuiũ.Bar. in l. 1.num. 11. ff. ad municip. Bal.in c. 1. de vassall. qui arm. belli depo. vbi dicit, quod Ecclesia dicitur de corpore ciuitatis. Georg. Natt. de stat. exclus.fœmin. in 3.prin.q.nu.85. Cassane. in consuet. Burgund. rub.13.§.9. num.2. qui scribit, quod clerici dicuntur ciues districtuales, & pars ciuitatis. allegat Oldr. Io. Andr. Rom. & Abb.Mars.de Fannit. in ver.Ciuitate.num. 116. Tiraq. de primogen. q.44.num.9. Cumias.in rit. mag. cur. c. 40. num. 280. Ideo ligantur lege communiter lata, quæ omnes ciues ligat, nec à ciuibus in hoc solo separari debent, qui in cęteris gaudent omni commodo ciuitatis.

6 Secundò ad fauorem D. Fuluij facere posse videbatur.

Quod lex ciuilis, idest ius Romanorum ligat clericos, & Ecclesiasticos, si est iusta, & non aduersetur canonibus, quia tali casu recipitur à Pontifice Romano, vt probatur in c. 1. de iuram.calum. & in c.1. de oper. no. nunciat.in c.Veniens.de iu reiuran.i c. Vt inquisitionis.de hæret.in 6. Et hanc propositionem comprobat Fortun. Garz. in tract. de vlt.fin. iur. in 14. illatio. num. 162. sic etiam post Driedon.& Couar. penit.Vasq. de success. crat. lib.3. §.26.nu. 58. qui fortius loquitur, quando ius ciuile disponit expressè de clericis, & Ecclesia,& exemplificat in crimine vsurarũ, vel hæresis.& Couar. de spons. par. 2. c. 6. in prin.& num. 20. cum seq. exemplificat de lege ciuili dispensante de matrimonio.

7 Modo si lex ciuilis, & Ius cõmune Romanorum sustinetur, quamuis de clericis disponat, quando est iusta, rationabilis, & honesta: quare non idem dicendum de statutohoc nostro, cum illud quoque habeatur pro iure ciuili? Bar. in l. Stipulationum aliæ. in fin. prin. ff. de ver. Oblig. vbi Ias. nu. 9. Bal.in authent. generaliter. col. 1. C. de Epis. & cler. Alex.in l.1.num.2. C. vt quæ des. aduo. Illustriss. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.6. tit.7. nu.1. & seq.& Vasq. in d. tract. de success. creat.lib. 1. §. 10. num.648. circa finem. infert, valere multas leges in Regno Hispaniarum latas, quæ tamen videtur de rebus ad Ecclesiam pertinentibus disponere. Idem infert. §. 26. num.60. cum seq. quia sicuti sustinetur lex ciuilis vniuersaliter in toto orbe, ita lex particularis in vno Regno, licet pluribus legibus, in eodem Regno cautum sit, seruandã esse libertatem Ecclesiasticam; & contraria statuta pe-

penitus annullentur.

8 Præterea cum statutum, de quo agim', adiuuet, & suppleat Ius canonicum, cum in eo non reperiatur dispositũ, quod emptor nõ teneatur stare locationi, & ob id sustinetur, quamuis factum sit à Laycis, qui nõ possũt regulariter manus apponere ad ea, quæ spectant ad clericos; ita glos. in Clem. Ne Romani. in ver. tolli. de elect. quæ loquitur quãdo Episcopus auget pęnã impositam à Papa, vel statuit pęnã rei à Papa prohibitæ: & sequitur ibi Card. in prin. & in q.1. hoc idẽ voluere Io. Andr. Butr. Abb. & alij quos citat Felyn. in c. Quod super his. col.4. vers. Fallit septimò. de maior. & obed. Rocch. de Curt. in c. fin. in ver. Octauus est, & in q.11. de consuet.

In proposito autẽ nostro statutum venit adiuuãdo, vel supplendo legem canonicã, quę nihil de hoc facto disponit particulariter; ergo sustineri debet, licet factũ sit à laycis, qui alioquin nihil possunt cõtra ius canonicum statuere.

9 Tertiò contra R.D. Io. Mariã considerari poterat; quod licet contendant scribentes, an statutum laycale comprehendat clericos, quando de eis specialem mentionem facit, tamẽ volunt, quando statutum generale est, & continet commune bonum, illos ligare. Quia etsi defectus sit potestatis, tam in generali, quã in speciali; attamen qa in generali statuto non cadit, nec demonstratur superioritas circa clericos, sicuti in speciali, ideo sub illa generalitate, quãdo est fauorabile, clerici comprehendũtur: quia & ipsi eo poterunt vti: argumento doctrinę Bal. in l. Omni. num.2. C. de sacros. eccles. & ex communi respondit Soc. cons.230. nu.8. lib.2. Capr. reg. tract. reg.15. nu.35. Laurent. Cherco. com. opin. cõclus.56. cent.4. qui de communi, & ipse testatur. Neuizan. copiosè cons.39. nu.10. vbi asserit, ꝙ quando verba statuti nõn sunt præceptiua, seu arctatiua, ligãt clericos: & hoc idem sensisse videtur Bursatt. cons.93. num.22. Statutum verò Perusinum est generale, ideo clericos ligat.

10 Quartò statuta Augustæ Ciuitatis Perusiæ fuerunt à quãplurimis Summis Pontificibus confirmata ex motu proprio, et ex certa scientia; vnde non in forma communi, sed præcise cõfirmata dicuntur. Panor. in c. Examinata. 2. not. nu.3. de cõfir. vti. vel inuti. in c. Quia diuersitatẽ. nu.9. de concess. præben. & cõs. 102. num.3. lib.1. & cons.57. sub nu.5. lib.2. Bero. in rub. de confirmat. vti. vel inut. nu.10. Vnde non amplius statuta Perusina, sed Papalia veniunt dicẽda. ita Bal. de statuto Spoletano in l. Ex placito. col.3. vers. Et hæc faciunt. C. de rer. permut.

Et ꝓpterea cum indubitabile sit,

sit, quod Papa possit cōdere legem, per quam ligarentur clerici stare locationi, ita pari modo per hoc statutum a Sede Apostolita toties confirmatum.

Quæ tamen, etsi in tuto rem ponere videantur ad fauorem D. Fuluij, me nihil mouerunt, vt, eis non obstantibus, decidēdū duxerim, clericos, & ecclesiasticos minimè ligari simili statuto. de qua materia satis copiosè tractaui in Commentarijs, q̄ annis elapsis edidi de immunit. & libert. eccles. in quibus in c. 21. conclusi, statuta laicalia nō officere clericis, & multa adduxi, inter quæ ad decisionē præsentis caussæ facere visum fuit.

11 Primò. Quia non minus communiter approbata, quā omnibus nota conclusio semper fuit, quod clerici non ligantur statutis laicorum. c. Ecclesia S. Mariæ. vbi glos. & doct. omnes, prę sertim Felyn. & Dec. de constit. sequuntur omnes, quos citaui in d. comment. d. c. 21. vbi nu. 13. demonstrasse confido, quod statuta quantumcumque generalia, non extenduntur ad personas exemptas, nec subiectas iurisdictioni statuentium: per doctrinam Bal. in l. Omnes populi. ff. de iust. & iur. Soc. cons. 74. nnm. 11. lib. 1. Gozad. cons. 76. nu. 12.

12 Eo quia verba statuti generaliter, sunt intelligenda de omnibus, exceptis priuilegiatis. Siluan. cons. 73. nu. 4. Rimin. Sen. cons. 313. nu. 13. lib. 2. Bursatt. cons. 186. nu. 33. Et recta quidē ratione, quia statuentiū dispositio commensuratur secundum eorū potestatē, & non creditur, voluisse illas personas comprehēdere in generali statuti dispositione, de quibus ī specie, & expressè disponere nō potuissent. Abb. in c. à nobis. il 1. nu. 4. & 5. de sent. excom. Mandell. de Alba. cons. 8. nu. 10. Alex. cons. 2 11. nu. 1. lib. 2. vbi scribit, statuentiū mentē esse interpretandam secundum ius, vt scilicet clerici, qui statuentibus non subiacēt, in statuto non includantur; sequitur Crott. cons. 330 num. 13 & 14. Hinc decidendum mihi persuasi, quod statuentes de clericis non intellexerint.

13 Secundò. Resolutum est in iure nostro, quod laici nullam habent prorsus iurisdictionem in clericos, qui totaliter sunt exēpti à iurisdictione laicali, l. Decernimus C. de epis. & cler. Inno. in c. Significantibus. de off. delegat. c. 2. vbi glos. de for. cōpet. & dicit tex c. Si Imperator. 96. dist. Quod Deus omnipotēs voluit clericos discuti à Pontificibus. & glos. ibi notat, quod hæc immunitas est de iure Diuino, & processit antequam emanasset cōstitutio Ecclesiæ disponens de clericis: & ecclesiastica constitutio nō est inductiua, sen dispositiua, circa exemptionem clericorū à laicali iurisdictione, sed declaratiua, p-

ut

ut docuit glos.in d.c.Si Imperator,p quē tex.ita conclusit Rot. Romana tit.de cōsuet.decis.10. aliàs 840.incipit vtrū valeat.sub nu. 4. in antiq. prosequuti sunt Roland.cons.4.nu.7.lib.1. Surd. cons.396.nu.14. plures cōgessi in d.commentar. de immunit.& libert.eccles.c.16.per totū, quo loci,ostendimus, exemptionem hanc esse de iure Diuino.

14 Verū statuere est iurisdictionis secundū Bar.in l. Omnes populi.n.3.ff.de iust.& iur.vbi Caccialup.& Ias. Roman. cons.218. nu.2.Et sicuti secularis Potestas non potest iudicare clericos,ita nō potest statuto astringere; pari enim passu ambulāt ligare aliquē statuto, vel ad suū trahere forū.Inno.& Butr.in rub.de cōsuet.Archid.in c. Quo iure.dist. 9. Dec.in d.c. Ecclesiæ S.Mariæ nu.6. de constit.

15 Quapropter,cum laici nō possint ad laicale forum trahere clericos,pari modo nullā habēt potestatē,cōdendi leges in clericos:per ea,quæ notant omnes in d.c.Ecclesiæ S.Mariæ. & in c. Quod clerici. de for. compet. Corn. consil. 145.num.4. lib.4. Castren. qui de communi testatur,cons.157.num.1.lib.2. Port. Imolen.cons.48.nu.11.Hondad. cons.3.nu.11.lib.1. quos adduximus de immun. & libert. Eccles. c. 21. num. 8. vbi num. 10. dicebamus, quod cum pote-
16 stas deficiat, nulla est operatio, ex quo in quolibet actu est necessaria potestas ad illius validitatem. c. Cum super. de off. de leg. l. Cum te. vbi Bal. C.de donat. ant.nup. Dec.cons. 198.nu.3. & firmat,validisq; rationibus comprobat. Sur.d.cōs. 301. nu.17. & assentit Hondad. d.conf.3.nu.12.lib.1.

13 Et cum tractamus de legibus condendis,id primum inspiciēdum est, Anis facultatē habeat legē ferendi, deinde qualis debeat esse lex. Ita de mēteD.Thomæ scribit Felyn. in d. c. Ecclesiæ S. Mariæ.nu.23. vbi Dec.nu. 55. Garz. semper videndus de vlt.fin.nu.159. Bero.in c.1.num. 220. de constit. Rebuff. in constit.Reg.tom.1.in proem.glos.1. nu.61.quibus in locis dicūt,tria requiri ad legis validitatem, & principaliter potestatē. & Dec. in c. Quæ in Ecclesiarum nu. 7. de constit. affirmat, quod non solum iusta caussa, sed potestas etiam in statuente requiritur,& principaliter auctoritas, & potestas est necessaria,sine qua lex ferri non potest, quamuis iusta sit, & publica vtilitas, immò, & necessitas vrgeat:publicè namque vtilitatis ratio, qualitatem legis respicit:sed potestas, & auctoritas concernit substātiam, sine qua nulla qualitas considerari potest.l.Nec vllam.§.Si absentes:ibiq; Ang.ff.de petit.hered.Surd. conf.34.nu.13.

14 Tria nempe ad cuiuscunq;actus validitatē requiruntur,volūtas,potestas,& modus:nā sine volun-

volũtate nihil ad finẽ perducitur; sine potestate nihil est reducibile: & vbi modus ad finem ordinatus non seruatur, ad finem perueniri non potest. ita Bero.cons.76.nu.26.lib.1. Surd. cons.127.num. 21. Parum enim prodesset, quod in laico detur modus condendi legem, idest quod subsit vtilitas publica, vel necessitas, nisi etiam concurrat potestas, & auctoritas: vt per Garz. loco citato.

19 Defectusq; iurisdictionis est talis efficaciæ, vt quandocunq; allegari posiit: vt citatis multis firmat Surd. d.cons.301. nu. 18. dicens quod regula hęc continens, quod actus sit nullus, quãdo fit ab eo, qui potestate caret, nullã omnino patitur exceptionem; quia est fundata in naturali ratione.

Ideo cum laici potestatẽ non habuerint statuere in clericos, statutum hoc non resistit R. D. Io. Mariæ.

20 Tertiò ad decidendum ad fauorem R. D. Io. Mariæ inducebar, quia de iure communi emptor non tenetur stare locationi factæ à venditore, nisi aliter sit conuentum inter ipsos. l. Emptorem. C. locat. l. Qui fundum. ff. eo. l. Nihil. §. fin. ff. de leg. 1. Bart. Soc. reg. tract. reg. 480. Prat. Pap. in form. libell. ad fict. præstat. in ver. Soluere neglexerit. nu. 5.

21 Sed quia hoc priuilegiũ non standi locationi competebat etiam clericis emptoribus, esset contra libertatem ecclesiasticam auferre illud, quod de iure communi illis cõpetebat. Butr. & Imo. in d. c. Ecclesiæ S. Marię. Fulgos. in auth. Cassa. C. de Sacros. Eccles. Alex. cons. 210. nu. 12. & cons. seq. nu. 7. lib. 2. Mandell. de Alb. d. cons. 8. nu. 3. dicens id procedere, siue directè, siue indirectè clericis auferatur, quod de iure cõmuni reperitur concessum. Marant. in sua disput. 8. num. 3.

Nec potest fieri restrictio, ꝙ statutum tunc dicatur cõtra libertatem Ecclesiasticam, quando per illud aufertur clericis ꝙ in priuilegium competebat; eo quia, si statutũ quod diminuit, vel tollit priuilegium clericorũ, dicitur contra libertatẽ Ecclesiasticam, & non valet secundũ Cyn. & Salic. in d. auth. Cassa. Bal. in auth. Statuimus. C. de Sacros. Eccles. fortius dicĩ cõtra libertatẽ Ecclesiasticã; & minus valere debet, quãdo derogat iuri cõmuni in præiudicium clericorum, cum fortius sit ius commune, quã speciale. § Quia verò. in auth. de non alien. l. Eius militis. §. Militia. ff. de testa. milit. Et ita per has rationes ꝙ statutum auferens ea, quæ competunt de iure communi clericis, & Laicis vigore legis generalis, dicatur contra libertatẽ Ecclesiasticam, & non valeat, nec clericos afficiat, firmarunt Butr. Imo. Felyn. & alij, quos refert,

fert, & sequitur Couar. in c. Possessor malæ fidei. de iur. in 6. in 2. part. relect. §. 4. nu 7. vers. Ex qua. Ruin. cons. 23. num. 16. lib. 2. Doct. omnes in l. Filius familias. §. Diui. ff. de leg. 1. pręcipuè Alex. nu. 12. Ias. in 1. lect. nu. 74. & in 2. lect. nu. 108. Rip. nu. 81. & seq. Soc. iun. nu. 167. quos in vnum cōgessit Hondad. d. cons. 3. nu. 15. lib. 1.

22 Quartò. Quotiescunque res esset dubia, an clerici ligarentur hoc statuto, etsi ex suprad. satis appareat, non esse compręhensos, adhuc in dubio idē dicendum esset, cum in dubijs, & altercatis opinionibus, tenēda sit illa pars, quę fauet Ecclesiæ. l. Sunt personæ. ff. de relig. & sump. funer. c. fin. de re iudica.

23 Præcipuè, cum statutum hoc compellens stare locationi, sit exorbitans à iure communi, inhumanum, & odiosum: vti firmant Ias. in d. l. Filius familias. §. Diui. in prima lect. nu. 82. ff. de leg. 1. Corn. cons. 29. nu. 2. & seq. lib. 3. Bero. cons. 172. nu. 1. & 3. lib. 1. Soc. iun. cons. 1. nu. 10. lib. 2. Rip. respons. 4. nu. 4. Rimin. Sen. cons. 27. nu. 8. quę opinio communis est, vt post multos testatur Decian. cons. 59. nu. 2. lib. 1. Et propterea quantum fieri potest, statutum præfatum venit restringendum, secundum Corn. Soc. iun. Bero. & Decian. locis supracitatis. Roman. cons. 107. & cons. 484. Paris. cons. 82. num. 4. lib. 3. Corn. consil. 151. nu. 2. lib. 3. Et ideo ad laicos tātum debet porrigere vires suas statutum istud: vt aduertit Paris. d. cons. 82. nu. 2. lib. 3. prosequitur Hondad. d. cons. 3. nu. 24. & 25. lib. 1. Nec resistunt adducta in contrarium, ex quorum resolutione clara reddetur decisio ista.

Primum namque, quod statutum, quando continet commune bonum liget clericos, remouetur ex superius positis; quia stante, quod in laicis deficiat potestas statuendi quo ad clericos, sequitur statutum esse nullum, non minus quando continet vtilitatem clericis, & laycis communem, quàm vbi solum prodesset laicis.

24 Nec sola utilitas caussæ tribuit iurisdictionē, quia eo quoque in casu in laicis deest iurisdictio, & consequenter deficit statuendi potestas, quæ, vti firmauimus, præcipuè requiritur.

25 Idque clarius demonstratur ex eo, quia statuta merè fauorabilia clericis, & eis tantummodo cōmodum afferentia, nihilominus non valent. ita Matthesilan. sing. 112. qui dicit hāc doctrinam vtilem, & lucrosam, & procedere in foro ne dum Ecclesiastico, sed etiam sęculari; & probat tex. d. c. Ecclesiæ S. Mariæ. vbi Abb. nu. 25. & seq. Barbat. nu. 2. & Dec. num. 24. & respondit Socin. cons. 56. nu. 1. lib. 1. Neapodan. in consuet. Regn.

gn.in proœm.num. 309. Nauar. cons.4. num. 5. lib. 1. Purpurat. cons.335. nu. 2. qui loquitur etiā si statutū esset iustum, & rationabile. Tanto magis inualidum dicendum erit, si clericis, & laicis vtilitatem apportaret: & de mente Surd. d. cons. 301. nu. 34. dicebam in d. meis Cōmentar. c.21. nu.23.

26 Quod si rectè consideretur quotiescunque hoc statutum ligaret clericos, non posset dici fauorabile: qa etsi ratione caussæ, vel subiectæ materiæ prodesse posset clericis; noceret tamen, quatenus eos ligaret, & & plus eis obesset, exercēdo in illos iurisdictionem, quàm prodesset tribuendo commodum tēporale. Et hoc pacto possent laici statuendo aliquid in commodum clericorū, acquirere in clericos potestatem, & exercere in eos iurisdictionem; quod nil aliud esset, quàm priuare Ecclesiasticos sub specie boni apparentis, bono substantiali: & pro modico commodo bursali emere libertatem ecclesiasticam.

27 Et sola vtilitas non sustinet actum, qui aliàs esset nullus; sed alia concurrere debent, quæ ad validitatē superius narrauimus esse requisita: & in simili videmus, non sustineri alienationē rei Ecclesię, factam absq; debitis, & requisitis solemnitatibus, quamuis ea sit vtilis Ecclesię. c. Sine exceptione. 12. q. 2. c. Tua. Nuper de his, quæ fiunt à prælat. sin. consens. capit. & ibi hoc notat Abb. glos. in sum. 12. q. 2. Geminian. & alij in c. 2. de reb. Eccles. non alienan. Rodoan. de reb. Eccles. non alienan. q. 201 num. 193. & seq.

28 Et licet verum sit, quod publica vtilitas, & commnne bonum efficiant, vt statutum siue lex fieri possit; & hic est legum finis, vt commune bonum seruetur, sicuti de mente Aristotel. & D. Thomæ firmat Molin. de iustit. & iur. disputat. 3. col. 2. Tamen non dat iurisdictionem: sic Surd. optimus defensor libertatis Ecclesiasticæ d. cons. 301. num. 26.

29 Et quatenus constitutio laicalis ligaret clericos ob commune bonum, id esset, non ratione d. legis, seu constitutionis, & quatenus lata per sęcularem potestatem, sed ex vi naturalis rationis, super qua fundatur, in tantum, quod si super eo nulla esset promulgata lex, tamē clericus id facere, vel omittere teneretur, ita dictante ratione naturali, & æquitate canonica, ac morali, qua omnes inducimur ad faciendum ea, quę publica omnium vtilitas exigit; & ob id contra venientes peccant mortaliter. argumento. c. Pastoralis. de fid. instr. & sentit Afflict. in prælud. cōstit. Reg. q. 7. nu. 2. Lopez. ad Diaz. in pract. c. 56. vers. Nō tamen intelligas, & clarius expressit Surd. d. cōs. 301. num. 30. & 31.

30 Et

30 Et ad ostendendum veritatẽ huius propositionis, quod scilicet clericus non vigore legis secularis, sed vi naturalis rationis, obseruare teneatur ea, quæ ad commune bonum pertinent, aliàs in d. Commentar. d. c. 21. nu. 28. considerabam.

Quod clerici violantes constitutionem laicalem pro communi bono promulgatam nõ à laicalibus ministris, sed per suos Ecclesiasticos iudices cõpetentes essent puniendi, per ea quæ de mente Menchiac. scribit Lopez. ad Diaz. d. c. 56. uers. Secundo clericos. Et uoluit Io. de Plate. in §. Item lex Iulia. col. 4. uers. Item nunquid instit. de pub. iudi. ubi affirmat, quod pœna exigitur per Ecclesiasticum iudicem; nec secularis potest in ea se intromittere. cuius dictum singulare dicit Lup. in c. Per vestras in 2. not. §. Sed est pulchra. num. 13. de donat. int. vir. & vxo. Isern. in c. 1. §. Illicitas. in fin. de pac. iura. fir. Surd. d. consil. 301. num. 34. qui ponit differentiam, quando quis tenetur vigore legis, & quando vi rationis naturalis.

31 Nec non in casu punitionis clericorum minimè tenentur ecclesiastici iudices eadem pœna constitutionis laicalis clericos mulctare, ex quo cum ad obseruantiam præfatæ secularis constitutionis tantum teneantur naturali ratione, quæ non magis vnam, quàm alteram pœnam trasgressoribus infligit: & pœna, quæ in edicto laicorum imponitur, prouenit à ciuili potestate, & iurisdictione, à qua immunes esse superius diximus clericos: ideò arbitraria pœna plecti possent clerici transgressores statutorum laicalium pro communi, & publico bono emanatorum. sic Lopez. ad Diaz. d. c. 56. vers. Tertiò. Sot. in 4. sentent. distin. 25. q. 2. art. 2. col. 4. vers. Quarta conclusio, & citatis Molin & Nauar. firmat Surd. d. cons... 301. nu. 39.

32 Et quamquam ad Principem secularem spectet prouidere circa politicam temporalem, & ea, quæ publicum bonum circa rem temporalem respiciunt, nõ autem ad Episcopos. Verum namque id est dummodo personas, & bona Ecclesiæ, vel clericorum non attingant.

35 Cum enim iurisdictio respiciat tempus, locum, caussas, res, & personas, respectu loci, temporis, & caussarum, iurisdictio Ecclesiastica est distincta à temporali; respectu verò rerum, ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum, nihil est quod laicis concedatur. Sic Vasq. de success. creat. §. 10. num. 651. Idcirco, quo ad caussas statuendi, licet sit sæcularis Potestatis bono publico prouidere, intelligendum tamen est, ne manũ ponat ad personas, & bona clericorum: & quotiescũque sæcularis potestas vellet suis

statutis clericos,& ecclesias afficere, non minus læderet ecclesiasticam iurisdictionem, q̃ offenderet temporalem iudex ecclesiasticus, si in temporalibus præciperet laicis.hæc Surd. omnino videndus. d. cons.301. num.45.

34 Secundum. De iure Romanorum, quod liget clericos, & ecclesiasticos, non resistit. Quia ponamus absque veri, & iusti læsione, Ius ciuile Romanorum fuisse receptum absolute à Iure canonico, per hoc non licet inferre ad statuta facta à seculari potestate in Ciuitatibus; idque Iure cautum nõ reperitur, quod quam quisque in sua patria legem statuerit, eam Ius canonicum approbare, & confirmare censeatur; & nouis non est inuentionibus præsumendum, ꝙ iure cautum non reperitur. c. Consuluisti. 2. q. 5. Archid. in proœm. 6. in ver. Sacro sanctæ. col. pen. in fin. Becci. cons. 35. nu.4.& propterea Vasq.in citato tract. de success. creat. lib.3. §.26. num.71. loquendo de iure Hispano, inquit: Illud Iure canonico, neque receptum, neque approbatũ esse; quinimmò, neque etiam cognitũ esse, & ideò clericos non ligare in vim iurisdictionis, nec in vim societatis, nec in vim approbationis. Iure ergo merito hoc idem de statuto Perusino affiirmare possumus:& hac forte ratione Garz. de vlt.fin.iur. nu.158. & seq. in 13. & 14. illatio. quæstionẽ ponit, nõ in omnibus legibus, aut statutis, sed specialiter in Romanis legibus, & in Iure ciuili Romanorum. Et quamuis Vasq. de success. creatio. §. 10. num. 648. in fin. videatur dicere, ꝙ sicuti Ius canonicum approbauit Ius ciuile Romanorum, ita quoque receperit Ius Hispanorum, tanquam partem, & membrum Iuris ciuilis: tamen postea discedit ab hac sententia, & cõcludit nu.651. Ius etiam Hispanorum, clericos non ligare ne dum vi iurisdictionis, sed nec etiam vi confirmationis. Et hãc differentiam inter leges ciuiles, & statuta fecit Hostien. in c.fin. de solut. quem amplectitur Cassan. in consuet. Burgund. rub. 10.§.1. num.2. Alex. consil.121. num.6. lib.2.& cons.122. num.6. lib.5. Rebuff. in constit. Reg.to. 1. in proœm. glos.1. nu.62. & 72. Cott. in memor. incipit, Clerici ligantur. vers. Sed ista deberẽt. & allegat Barbat. & dicit illustre dictum prout eum refert Surd. d. cons.301. nu.51.

35 Et quatenus dicebatur, statutũ, de quo agimus coadiuuare Ius canonicum, nihil de hac materia disponens, & ob id sustineri, quamuis factum à laicis; aduertendum velim, quod Iura in contrarium citata loquuntur, quando non deficit auctoritas, sed tractatur de materia, an Episcopus statuere posit circa ea, quæ Iuri canonico nõ ad-

aduersantur: nos autem principaliter agimus de potestate, quæ est necessaria etiam, quando materia statuendi est iusta, & rationabilis. Et iam diximus, quod quando tractatur de legibus condendis, id primum inspiciendum esse, an is facultatem habeat legem ferendi: deinde qualis esse debeat lex.

36 Tertium. Quod statutum Perusinum nullam faciat mentionem de clericis, sed generaliter loquatur; vnde clericos cõprehendere, ex quo commune bonum continet: non solum facit contra hanc nostram decisionem, sed retorquetur in contrarium; quia si statutum de clericis mentionem fecisset, non valeret ex defectu potestatis vti explicauimus: Statutum verò generale, in quo de clericis nõ fit mentio, defectu potestatis, & etiam voluntatis simul, corruit. Io. Andr. in c. fin. de immun. Eccles. in 6. Bal. in l. fin. §. In computatione. C. de iur. delib. Soc. cons. 46. nu. 9. lib. 4. Hip. Rimin. cons. 449. num. 32. Hondad. d. cons. 3. num. 16. cum seq. libr. 1. quos citaui in dicto Commentar. cap. 21. num. 16.

37 Et statuentium mens, & voluntas venit interpretanda secundum Ius, vt scilicet clerici, qui statuentibus non subiacent, in statuto, non includantur. vti de mente Alex. respondit Hondad. d. consil. 3. num. 7. lib. 1.

38 Et tandem considerandum erit, quod ut constitutio laicalis liget clericos, de mẽte doct. in d. c. Eccles. S. Mariæ. plura copulatiuè requiruntur, nempè, quod clericis sit fauorabilis, & non grauis: quod procedat per modum priuilegij: quod non vtatur verbis præceptiuis, nec pœnalibus: aliàs eos non ligare, accerrimè defendit Surd. d. cons. 301. nu. 24.

39 Quartum, quod statuta Perusina, tanquam confirmatione Apostolica munita, ligent clericos, procederet quidem, si Summi Pontifices in confirmatione expressè non dixissent, dummodo non sint canonibus & libertati Ecclesiasticæ contraria. Nos autem satis ostẽdimus, statutũ prefatũ libertati Ecclesiasticæ contrarium esse: ideò confirmatio non solum opitulatur, verum ex ea, apertè colligitur, quod Summi Pontifices noluere, quod in hoc statuto clerici comprehenderentur.

Quare decisum fuit, quod non obstante statuto, R. D. Io. Maria emptor nõ teneatur stare locationi. Laus Deo.

Alexand. Ambros. Vicar. General.

Decisio Quadrigesima.

Petrus Augustini de S. Valentino, Perusinæ diæcesis, vti filius Donnæ Baptistæ Alexand. prætedens legitimam, & Trebellianicam dictæ suæ matris in bonis paternis, & maternis, induxit Christophorum eius auunculum ad compromittendum de iure, & de facto in duos rusticos; & de anno 1572. die 18. Februarij per acta publici Notarij compromissum fuit stipulatum, ipso Petro nomine matris compromittente: qui homines electi idiotæ, & legalis scientiæ penitus ignari, eodem die coram eisdem testibus, in eodem pariter loco, sub rogitu eiusdem Notarij, laudum protulerunt, in quo condemnarunt Christophorum ad dandum matri Petri florenos quadringentos, hoc modo, videlicet centum ad requisitionem Petri, residuum verò post mortem Christophori: quod laudum partes acceptarunt in eodem instanti; Tamen Christophorus licet superuixerit per multos annos, nunquam persoluit florenos centum, & minus vsque adhuc fuerunt illius hæredes requisiti ad soluendum. Modo Augustinus filius Petri egit, iudicialiter contra R. D. Alexand. hæredem Christophori pro exequutione laudi. Fuit dubitatum de illius validitate.

SVMMARIVM.

1 *Laudum præsumitur ritè, & rectè latum; quod declaratur nu. 18. & seq.*

2 *Laudum arbitratoris pari modo præsumitur ritè, & rectè latū, quia arbitratores eligi solent summè probi, veritatis, & æquitatis amatores.*

3 *Laudum, licet impropriè, dicitur tamen sententia, quia ad instar iudiciorum redacta sunt arbitria.*

4 *Res iudicata solet esse tantæ potentiæ, quod falsum mutat in verum, quo ad effectum, secus quo ad essentiam.*

Et propterea, quādo sententia transit in iudicatū, nō attenditur iustitia, sed sententia: sed quomodo pro-

procedat declaratur nu. 21.

5 Laudum acceptatũ à partibus, reprobari non potest, sed quando sit verum, demonstratur n. 22. & seq.

6 Compromittere, quis non potest pro alio, absq; speciali mandato. Nec coniunctus pro coniuncto admittitur, etiam cum cautione de rato.

7 Statutum minuens legitimam filiæ dotatæ valere demonstratur.

8 Trebellianica est quarta, quæ detrahitur à grauato, de vniuersali fideicommisso.

9 Compromissum non valet de re, super qua lis non sit, nec esse speratur.

10 Arbitratores non possunt statim post compromissũ laudare; quia videretur pronunciatũ sine caussæ cognitione.

11 Ordo substantialis in iudiciis est, primò cognoscere, postea definire, & ad hoc tempore indigemus.

12 Laudum festinatum, licet benè latum, tamen est nullum, & Papæ ac Imperatoris sententiæ rescinduntur, si ex nimia temporis breuitate sint prolatæ.

13 Laudum præsente parte, & non reclamante, quando præsumatur cum caussæ cognitione latum.

14 Legitima filiorum quanta sit, inspicitur tempus mortis patris, & facultates, quæ tunc temporis reperiuntur, & numerus filiorum.

15 Præsumptiones legis non adaptãtur inuerisimilibus.

16 Falsa caussa vitiat sententiam, & laudum quando consistit in iure. Quod procedit, etiam si ad tollendam dubitationem caussa exprimeretur.

17 Præscriptionis triginta annorum effectus explicantur.

18 Laudum habet præsumptionẽ pro se, quando arbitri debitum iuris ordinem seruauerunt in procedendo, aliàs secus.

19 Laudum festinatum non habet præsumptionem rectitudinis, & iustitiæ.

20 Laudum non habet præsumptionẽ pro se, quotiescunque agitur de solemnitatibus, & ordine ipsius.

21 Laudum nullũ ipso iure, non transit in iudicatum.

22 Laudum nullum à principio non potest tractu temporis conualescere.

23 Accessorium non valet, quando principale non valet.

24 Laudum nullum, licet approbetur à partibus, est irritum, & inane, etiam si à Sum. Pont. esset confirmatum.

De laudo ab arbitratoribus dato statim post cõpromissum, an sit nullũ, dato quod à partibus fuerit acceptatũ. Præsertim si per triginta, & vltra annos, illius exequutio petita non fuerit.

Diuino inuocato suffragio.



Onsideratis cōpromisso, & laudo de quibus in processu videbatur decidēdū pro Augustino.

1 Quia pro laudo præsumitur, quod rectè, & ritè latum sit, iuxta notata per Dyn. cons. 19. Caldetin. cons. 5. tit. de arbitr. in prin. Soc. cons. 82. nu. 8. lib. 1. & cons. 14. sub nu. 7. & cons. 69. num. 2. lib. 4. & in auth. Si quis in aliquo. num. 14. C. de edend. Dec. cons. 375. circa prin. cons. 389. sub nu. 8. cons. 420. sub num. 9. cons. 475. nu. 13. & cons. 491. in fin. Io. Andr. ad speculat. tit. de arbitr. §. Sequitur. vers. Itē quid si compromissum. in ver. Dynus. Alex. in l. Sciendum. nu. 22. ff. de ver. Oblig. Alcia. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 12. per tot. doct. in c. Quoniam contra. de probat. Panor. in c. Quintauallis. sub nu. 34. de iureiuran. & cons. 64. nu. 4. lib. 1. Bal. in l. Idem Pōponius. §. Recepisse. & §. Idem quæro. ff. de arbitr. in l. Vnde si Neruæ. ff. pro Soc. & in l. vlt. col. pen. vers. 11. quæro. C. de contrah. emp. & cons. 8. in fin. lib. 3. Butr. in c. In præsentia. col. pen. de renunciat. Castren. cons. 163. col. 2. lib. 2. Roman. in l. Sciendum. nu. 61. ff. de ver. oblig. Imo. in c. Nisi essent. in 2. not. de præben. Ias. cons. 58. ad fin. lib. 1. Paris. cons. 45. nu. 98. & cōs. 89. nu. 8. lib. 1. & cons. 24. nu. 153. lib. 2. Ant. Gabr. com. opin. lib. 2. tit. de sentent. conclus. 5. num. 14. Aym. de antiq. tempo. in 1. par. in 7. parti. quæ incipit: Quid in libro officialis. nu. 15.

2 Et hæc recepta sententia locū sibi vendicat etiam in laudo arbitratoris; ita in specie Calder. d. cons. 5. col. 1. vers. Et in hoc teneo. tit. de arbitr. Abb. d. cons. 64. col. 2. lib. 1. Dec. in c. Quoniam contra. nu. 41. de probat. qui testatur de communi, quod probatur in tex. c. Nisi essent. de præben. Et multo magis locum habere debet præsumptio ista in laudo arbitratoris, quàm arbitri, quandoquidem eligi solent arbitratores summè probi, veritatis, & ęquitatis amatores, & ideò ij, ex bono, & ęquo iudicare consueuerunt. ita Menoch. cons. 202. nu. 19.

3 Et postquam laudum hoc licet impropriè, dicatur, sententia, l. Quid ergo. §. Ex compromisso. ibique Bal. in fin. ff. de ijs qui not. infam. & vocatur sententia. l. Quidem. ff. de arbitr. eo quia adinstar iudiciorum redacta sunt arbitria; & propterea cum transitum fecerit in iudicatum, pro veritate est habendum l. Ingenium. ff. de stat. homin. l. Res iudicata. ff. de reg iur.

4 Quæ res iudicata solet esse tantæ potētiæ, quod falsum mutet in verum, quo ad effectum, licet non quo ad essentiam. Bal. in c. In præsentia. nu. 5. in fin. de renunciat. Aym. cons. 79. nu. 1.

&

& facit l. Iulianus. ff. de cond. indebi. c. Cum inter. ad fin. de re. iudi.

Quapropter Bal. conf. 218. ad fin. lib. 3. dicebat, quod quando sententia transiuit in iudicatum non attenditur iustitia, sed sentētia; & ideò laudū exequendum.

5 Præsertim cum laudum fuerit acceptatum: vnde non potest reprobari l. Pomponius. la 1. ff. de neg. gest. vbi Bar. l. Si quis testibus. C. de testib.

Et ex quo laudum nostrum fuit in publicam formam redactum per Notarium publicum, pro illo duæ oriuntur præsumptiones; vna quod sit verum, altera quod sit solemne. Bal. in c. 1. §. Si instrumentum, ibi. Illud adest certum. de not. feud. Dec. cons. 463. sub nu. 7. Grāmat. decis. 45. nu. 10. Ias. cons. 124. post prin. lib. 1.

Quibus tamen non obstantibus ad decidendum pro Alex. motus fui.

6 Primò. Quia cōpromissa sunt de ijs quæ expediri non possunt absque speciali mandato. Dec. post Castren. cons. 60. in prin. Verum in his quæ speciale mādatum exigunt, coniunctus pro coniuncto non admittitur. l. Patri. in prin. ff. de mino. doct. in l. Exigendi. C. de procur. Panor. in c. Ex parte. in fin. de rescrip. & in c. Accedens. nu. 5. de præben. Tiraq. de retract. tit. 2. §. 1. glos. 13. nu. 34. Spec. tit. de coniunct. perso. §. 1. vers. Quid ergo si sit talis. nu. 4. Ias. in d. l. Exigendi. in 4. & 5. limit. vbi nu. 9. C. de procur. Grauat. ad Vestr. lib. 3. c. 4. in prin. vbi latè Surd. cons. 190. num. 1. & cons. 359. num. 6.

Nec coniunctus pro coniuncto in ijs, quæ requirunt speciale mandatum, admittitur etiam cum cautione de rato. Soc. post alios cons. 120. col. 3. vers. Postremò non puto. lib. 1. quod duplicatur cons. 231. lib. 2. & cōs. 254. nu. 3. lib. 2. In casu verò nostro, Petrus vti filius Donnæ Baptistæ nomine illius compromisit, & nullibi in actis doctum fuit de mandato: quo fit, vt ex defectu potestatis ad compromittendum, compromissum corruat.

Secundò. Compromissum, de quo agimus, fuit factū propter legitimam, & Trebellianicam, 8 quas prætendebat Dōna Baptista in bonis paternis, & maternis, sicuti legitur in cōpromisso.

7 Sed quia Dōna Baptista, quæ erat dotata, vigore statuti non poterat aliquam legitimam, seu illius supplementum petere, de cuius statuti validitate, etsi inter scribētes magna sit altercatio, tamen quod legitima possit minui per statutum, crebrior, & receptior est opinio Alex. post multos cons. 55. nu. 5. lib. 2. Salyc. in auth. Nouiss. q. 11. C. de inoff. testa. & Rot. Rom. decis. 17. in fin. in antiq. concludit ta-

lem diminutionem factam per statutum valere, dummodo non sit ita notabilis, vel enormis, quod censeatur peremptio: quia tunc statutum esset irrationabili: hoc idem respondit Panor. cons. 92. nu. 2. li. 2. & firmauit Capp. Tholos. decis. 437. vbi Aufrer. dicit æquiorem, & magis communem sententiam apud Canonistas; & quod ita vidit practicare, Fab. Accorōbon. in rep. l. Qui si patris. nu. 9. C. vn. liber. Aym. affirmás omnes doctores in hoc cōsentire. cons. 68. nu. 6. in fin. Alber. Brun. de stat. exclus. fęmin. art. 1. q. 1. col. 1. vers. Si vero loquimur de ijs mulierib', & vers. seq. Io. circier. de primog. lib. 2. q. 16. nu. 17. dicens communem opinionem. Quapropter in vanum compromissum fuit caussa legitimæ, cum certum erat per statutum prohibitum.

8 Ita etiam, & fortius de Trebellianica, quę detrahitur à rogato restituere hæreditatem. §. Sed quia hęredes. instit. de fideicom. hæred. Berengar. Fernand. in rep. l. In quartam. num. 226. ff. ad l. Falcid. & docuit glos. in c. Raynutius in ver. Trebelliauū. de testa. Hæres nempè grauatus per fideicommissum vniuersale, ex Pegasiani auctoritate, attributo Trebelliano, detrahere potest quartam, quam vulgo Trebellianicam appellamus, ita Peregrin. de fideicom. art. 3. in prin.

Sed cum Donna Baptista aliquid restituere non teneretur, sequitur, quod de Trebellianica superfluum fuerit compromittere.

9 Quia certum est compomitti nō posse de re, de qua lis nō sit, nec esse speratur. Roman. cons. 88. nu. 2. & cons. 155. nu. 2. per l. C. de transact. & l. Post rem. ff. eo. Soc. consil. 68. in prin. lib. 2. quod duplicatur consil. 104. libr. 4.

Vnde cōpromissum istud nullius fuit momenti; & consequēter omnia illius occasione sequuta.

Tertiò. Quamuis compromissum hoc nostrum fuisset solemniter, & legitimè factum, nihilominus laudum per homines electos latum, fuit ipso iure nullum, eo quia statim atq; eis fuit attributa potestas, eodem in loco, coram ijsdem testibus, per acta eiusdem Notarij laudū protulerunt; sicuti liquet ex ipsorū laudi, & compromissi lectura.

10 Et explorati iuris est, nō posse arbitratores statim pronunciare, quia sine caussæ cognitione pronūciatum videretur. Bal. in l. Prolatum. nu. 12. C. de sent. & inter. om. iudi. Roman. in rep. rub. ff. de arbitr. col. 3. q. 7. Barbat. inter cons. Alex. cons. 123. num. 24. lib. 4. vbi refert Gemin. arguentem contra iudices, quibus de mane mittitur processus, & in vesperis ferunt sententiam, vt sint ipso iure nullæ. Alex. cons. 33. num. 6. lib. 1. consil. 218. vbi apost.

apost.nu.9.& 10.lib.2.quod duplicatur.conf.45.lib.6. Soc.cōs. 66.in prin.& conf 87.nu.5.cum seq. vsq; in fin. lib.4. Felyn.non relinquendus inuisus. in c.Ecc. S.Marię.num.16.de constit.Dec. in l. 2. num. 36. C. de edend. & consil.564. sub num. 11; & consil.587. sub nu.5. Marf.in pract. §. Nunc videndum. num. 33.& caus.crimin.consil.130.num.47. Ias.in l.Iudices. 1.not.num.4.C. de iud. Aym.conf.132. nu.17.& conf.153.nu.12.Panor.in c.2. in fin.de re iud.

11 Hinc dicebat Bal. in d.l.prolatā. nu.4. C. de senten.& inter. om.iud. Quod ordo substantialis in iudicijs. est primo cognoscere, postea definire; Sed arbitratores isti eodem die, eodē loco,coram eodem Not.& testibus fuerunt electi,& laudū protulerūt;ex quibus resultat apertè,quod nulla penitus; atq; penitus caussæ cognitio adhiberi potuerit,postquam tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. c. Ponderetur. in prin, 50.dist. & non censeri benè pōderatum, quod nimis est festinatū,scripsit Bal. in §. Itaq; in fin. in procem.ff.

12 Et licet laudum istud ita festinatum, esset bene latum, tamen esset nullum, secūdum Bar. in l. 2. circa prin. C. de edend. Marf.in rub. ff.de fideiusso.num. 71. Quanquam partes dedissent arbitrium in procedendo,& sententiando. Cathald. de Synd. vers. 102.n.42. Aym.post Anch. conf.153.sub nu.2.

Et hoc adeo verū est, q̄ Papæ sentētia rescinditur, si ex nimia temporis breuitate fuerit prolata,cū præsumatur sine caussæ cognitione lata. c.Cum ex litteris. de in integ. restit. Anch.qui loquitur de sentētia Imperatoris. conf.255.num.3. Dec.conf.544. nu.17.& 18. & conf.606. nu.19. Aym.conf.153.sub nu.2.

Quę omnia,tantò magis procedere debent in casu cōtrouerso,in quo laudauerunt homines rustici, & abecedarij, & agebatur de legitima, & Trebellianica,materia tā ardua, in qua insudant legis periti: quapropter non potuerūt isti homunculi in tēpore breuissimo cognoscere de meritis caussæ: sic asseruere Panor.ī d. c.Cū ex litteris. nu.6. de integ. restit. in c. Afferte. & vtrobiq; apost.de præsūpt.Dec. cōs.295.nu.2. & nu.8. conf.403. sub nu.19. conf.410. sub nu.7.& cōs.606.vbi pulchrè nu.19. Bar. in d.l.Prolatā.in fin.& in l.Ex facto.C.de sēten.& inter om. iud, Ias.& alij.in d.l.2.C.de eden.Gemin. in c.Perdere. 50. dist.Lanfran.Orian.in c.Quoniā contra. in ver.Interloquutoriæ.n.39.de probat.Alcia.de præsūpt.reg.3. præsūp.9.nu.23.Grāmat. decis. 15.nu.11. Alex.conf.213.nu.3. lib.7.Aym.conf.179.post prin.

13 Nec dicatur, laudum assertū fuisse prolatum parte præsente, & non reclamante,& propterea

præ-

præsumi, quod caussæ cognitio præcesserit. Bar. in l. Cum iudex. col. 1. vers. Item ex hac lege potest. C. de senten. Felyn. in d.c. Eccles. S. Mariæ. 4. limit. nu. 21. de constit. Iaffred. Balb. decis. 357. Vant. de nullit. tit. de nullit. sent. ex defect. process. sub num 36. Soc. decitat. art. 7. num. 38. Ruin. cons. 135. ad fin. lib. 5.

Quia respondetur, quod prȩsumptio ista desumi non potest in facto de quo quæritur, postquam ex breuitate tẽporis ista præsumpta cognitio adhiberi non potuit. nam vnico cõtextu compromissum, & laudum fuerunt in esse deducta; & ob id nõ potuerunt homines rustici con-
14 siderare, an Dõna Baptista fuerat grauara in legitima, cũ quãta esset, erat inspiciendum tẽpus mortis sui patris, & facultates, quæ tunc reperiebantur. l. Cum quæritur. & auth. Nouissima. C. de inoff. testa. Bal. in l. Si qua pȩna. 1. lect. ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. Erat etiã considerandus numerus filiorũ Alex. patris Baptistȩ, qui si fuissent quatuor, erat tertia bonorum; si verò plures, erat semis. §. Hæc nos. auth. de trient. & semiss. §. Quamobrẽ, auth. de restit. & ea, quæ. Que omnia non solum inuerisimile fuit, vt in cõtinenti animaduerterent homines isti.
15 Præsumptiones namque fieri non possunt de inuerisimilibus, quibus legum præsumptiones non adaptantur. Bal. per eũ tex. in l. fin. vlt. not. C. de hæred. instituit in rub. col. 1. vers. Præsumptio autem legis. & in l. Siue possidentis. nu. 8. C. de probat. & in l. Generaliter. q. 7. C. de nõ numer. pecun. Alci. de præsũp. 3. par. prin. reg. 3. præsũp. 31. in prin. Aym. citatis alijs consil. 6. nu. 21. cons. 8. sub nu. 6. & cõs. 75. sub nu. 14. & in terminis nostris Felyn. in d.c. Eccles. S. Mariæ nu. 21. in fin. dicebat, quod prȩsentia partis tacentis, & non reclamantis, non videtur præiudicare, cum sciat ius suũ saluum durare, ex quo omissio cognitionis caussȩ reddit sententiam nullam, & multa scribit ad propositũ, & respondit contrarium tenentibus.

Et hæc omnia, tantò facilius militant in casu isto, cũ ex processatis non appareat, quod discussa fuerint partium iura, nec etiam ante compromissum: & ex quo agebatur de materia dependente à iuris dispositione, nõn consuluerunt iuris peritos: quare laudum esse nullum, pluribus comprobat Mars. in rub. ff. de fideiusso. sub num. 81. & 86. Menoch. de præsũpt. lib. 2. prȩsumpt. 76. nu. 30.

Quartò. Ex supra firmatis resultat aliud fundamentum: quia sicuti compromissum fuit nullũ, tanquam factũ super re, dȩ qua non poterat esse quæstio inter Donnam Baptistam, & Christophorum

phorum eius fratrem, postquam nec aliqua legitima ei competebat, & multò minus Trebellianica; ita quoque laudũ prolatũ occasione legitimæ & Trebellianicæ apparet nullum.

16 Nam sicut sententia lata ex falsa caussa consistente in iure, redditur nulla. l. Qui testamento. ff. de excusat. tuto. c. Inter cętere. de re. iudi. Bar. in l. Si is apud quem. 2. causu. ff. de acq. hæred. Iaffred. Balb. decis. 429. doct. in l. Qui Romæ. § Duo fratres. vbi præcipuè Alex. ff. de ver. Oblig. glos. mag. in l. 2. C. quãdo prouoc. nõ est neceſſ. Ita pariter laudum latum ex caussa falsa est nullũ. sic Soc. cons. 101. col. pen. vers. Præterea laudum. lib. 2. Dec. cons. 430. sub. nu. 9. & cons. 475. num. 14. & 15.

Quod ampliatur procedere, etiam si ad dubitationem tollendam, caussa exprimatur, secundum Dec. in l. Quæ dubitationis. nu. 5. ff. de reg. iur.

17 Quintò, & vltimò pro decisione huius caussæ cõsiderabã, quod à die lati laudi, vsq; ad præsentem diem effluxerũt anni trigĩta, & octo; quapropter obstat Augustino præscriptio triginta annorum, quæ à quocunque iure, & actione, & prosequutione excludit. l. Sicut in patri. C. de præscrip. 30. anno. l. Vni. C. de anno. excep. l. 2. C. de constit. pecun. Tiraq. plenè de retract. consang. § 36. glos. 2. num. 36. & seq. In qua præscriptione non requiritur titulus, tam de iure ciuili, quàm canonico, quæ non differunt in hoc. c. Placuit. § Poteſt. 16. q. 3. doct. in c. Sãctorum, & in c. De quarta. de præscrip. Franc. Balb. de præscrip. in 2. par. 3. part. q. 6. nu. 9. & 10. & in 2. par. 4. par. prin. sub num. 2. & seq. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 17. nu. 7. & in c. Possessor. par. 2. § 8. nu. 3. de reg. iur.

Et in hac præscriptione triginta annorum tam cum titulo, quã sine, præsumitur bona fides, vti firmauit Menoch. de recup. possess. remed. 13. num. 70. & de arbitr. cas. 43. num. 7. Ant. Gabr. com. opin. lib. 7. tit. de crimin. conclus. 2. num. 36. Mascard. de probat. conclus. 225. nu. 1. par. 1. & Menoch. de præsump. libr. 3. præsump. 130. n. 11. quos omnes citaui, & sequutus fui decis. 20. nu. 6. 1. par.

Qua præscriptione legali stãte, non solum Alex. est tutus, verum etiam si soluisset, repetere posset secundum glos. in l. fin. ff. rem rat. hab.

Qua de re, dato quod compromissum & laudum valida essent; tamen pręscriptione legali venit excludendus Augustinus à petita laudi exequutione.

18 Nec obstant, quę dicebamus, quod ꝓ sentẽtia, & laudo pręsumatur; nam ea omnia procederent si arbitri debitum iuris ordinem seruassent in procedendo; quia tunc, & non aliter pro eis præsumitur. Anch. cons. 35. col. 2.

col. 2. vers. Et per hoc tollitur præsumptio. Aufrer. in addit. Tholosan. decis. 49c. in fin. Mars. post alios sing. 354 & in prat. §. Secunda. num. 81. Alcia. de præsump. reg. 3. præsump. 9. num. 24. Aym. cons. 73. sub nu. 19. Ias. & cæteri in l. Iuste possidenti. in prin. ff. de acq. possess. & Rip. in l. Naturaliter. §. Nihil cõmune. nu. 60. ff. de acq. possess. scribit, quod præsumitur pro sententia, quando est valida iuris ordine seruato, & cum caussę cogni-
19 tione lata. Quod in laudo nostro non fuit factum: nam ob tẽporis breuitatem nõ potuerunt arbitratores de rei veritate cognoscere; & propterea cessat præsumptio rectitudinis, & iustitiæ. ita Bal. in dicta l. Prolatã. col. vlt. vers. Quærit hic Butrig. C. de sent. & inter. om. iud. Ant. Gabr. com. opin. conclus. 6. nu. 9. lib. 2. tit. de sentent. Menoch. de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 76. num. 26.

Et quando constat de nullitate sententiæ non præsumitur pro ea Bal. in l. 1. in fin. C. Sẽten. rescin. non poss. Paris. post citatos. cons. 125. nu. 31. & 32. lib. 1.
20 Vlterius quando agitur de solemnitatibus, & ordine ipsius laudi, hoc in casu pro laudo regulariter non præsumitur. Præpos. in rub. de appellat. num. 70. Blãch. de compromiss. q. 9. prin. de senten. & car. effect. in fin. vbi scribit, nõ præsumi compromissum enunciatum in laudo præcessisse, præsertim quando ob temporis breuitatem de caussa cognosci nõ potuit. sic Menoch. dicta præsumpt. 76. num. 28. & 29. lib. 2.

21 Ac etiam non obstat, quod laudum transiuerit in iudicatũ, ideo de eius iniustitia non curandum, sed exequendum: hoc enim esset verum, si transitum fecisset in iudicatum: sed quia fuit ipso iure nullũ tũ ob caussã falsam, tum ob non cognitionẽ caussæ, propterea negatur transijsse in iudicatum. Guid. Pap. post Butr. sing. 295. Surd. cõs. 61. nu. 53. Et notoria iniusta impedit exequutionẽ sententiæ. Ias. in l. 4. §. Condemnatum. nu. 5. ff. de re iud. Aym. cons. 104. nu. 10. ea ratione, ne sub prætextu iustitiæ fiat præda. Rot. Rom. decis. 340. de lit. contest in antiq. Castren. cons. 257. in prin. lib. 2. Minus obstat, quod pro laudo isto in instrumentum redacto, duæ illæ oriantur præsumptiones solemnitatis, & veritatis. Prædicta namq; procederent in dubio, sed in laudo isto sumus in claris, quod incõtinenti fuerit prolatum, absq; vlla caussæ cognitione; ideo nõ indigemus coniecturis, quæ in claris non admittuntur. Et pro responsione huius fundamenti, videatur omninò. Dec. consil. 587. qui in puncto respondit, & citat Alex. cons. 135. col. fin. lib. 6.

22 Vltimum, quod dicebatur de approbatione Christophori, remoue-

mouetur, quia cum, vti iam cõprobauimus, compromissum, & laudum fuerint nulla ab initio, tractu temporis non conualescunt. §. Præterea, instit. quib. nõ est p̃miss. facer. testa. l. pen. ff. de reg. iur.

23 Et vt dicebat Dec. d. cõs. 587. nu. 10. postquã ratificatio, & approbatio accessoriè veniunt ad laudum, cum non valeat principale, nõ valet accessorium. l. fin. de constit. pecun. quem tex. ad hoc allegat Bal. in l. Si absentis. circa fin. C. Si cert. pet. & in rub. C. de constit. pecun.

24 Et remouendam omnem difficultatem, quę ex ista approbatione resultaret, adducto tex. in terminis in c. Examinata. de cõfir. vti. vel inuti. Vbi laudũ nullum approbatum à partibus, & confirmatum à Sum. Pont. irritum. & inane declaratur.

Respõderi quoq; potest præscriptionis exceptio de medio tollit laudum, & approbationẽ. Quare decisum fuit cõpromissum, & laudum fuisse nullum; & propterea non exequendum. Laus Deo.

Alex. Amb. Vic. Gen.

Decisio Quadragesimaprima.

De anno 1593. D. Bernardinus de Marcellis donauit D. Dominico eius filio scuta quadringenta, modo, & forma prout infra. Deinde de anno 1595. ipse D. Bernardinus suum vltimum condidit testamentum, sub rogitu eiusdem Notarij, qui de donatione fuit rogatus, in quo, vulgari sermone disposuit, vt inferius.

Decessit D. Bernardinus, quapropter D. Dominicus prætendebat scuta quadringenta donata, nec non prælegatum scutorum trecentorum in testamento sibi factum. Fuit dubitatum nunquid donatio per testamentum fuerit reuocata.

Verba donationis.

Magnificus D. Bernardinus de Marcellis spontè, & ex eius animi deliberata voluntate, omni, quo potest, modo meliori, via, et iure, & forma, titulo donationis caussa mortis, et in casu mortis, & non aliter; itaq; ante nullum sit ius quæsitũ infrascripto

eius

eius donatario, dedit, & donauit D. Dominico eius filio legitimo, & naturali præsenti, & dictam donationem acceptanti &c. scuta quadringenta data ad censum Magnifico D. Octauiano de Crucianis, de quo manu D. Marci Torelli: quia sic sibi facere placuit pro benemeritis eiusdẽ D. Dominici: obligans vt supra &c. rogans &c. iurans &c.

Copia testamenti.

Fà, dichiara, ordina, & statuisce questo vltimo testamento, & sua vltima volontà, che di ragione ciuile si dice senza scritti, quale omninamente vuole, ordina, statuisce, & espressamente cõmanda, che preuagli ad ogn'altro suo testamento, & vltima volontà, reuocando perciò espressamente, & con clausule amplissime, & speciali derogationi gli altri due testamenti da lui fatti di mano di me Not. infrascritto, vno sotto li 20. di Febraro dell'anno 1593. & l'altro di prima sotto li 24. di Maggio 1592. *Et omissis multis ad casum non facientibus.*

Item lascia per ragione di legato, institutione, & ogni altro miglior modo à Girolama, & Francesca sue figliole legitime, e naturali tre mila scudi per vna; in quali tre mila scudi per ciasch'vna di esse instituisce herede dette sue figliole, in caso che se maritassero, da darseli, e da pagarseli con effetto in denari, se saranno pronti; se nò in censi ad eletta loro.

Item lascia per ragione di prelegato, & restitutione di dote alla Magnifica Sig. Maddalena sua dilettissima con-

sor-

sorte scudi due mila, hauuti per esso Sign. testatore in questo modo, cioè scudi mille in denari, e scudi mille in terreno da darseli,& pagarseli in censi,ò compagnie d'offitio ad elettione d'essa Sig. Consorte.

Item lascia per ragione di legato,& benemeriti,& perche così li piace, à Domenico suo figliuolo scudi trecento dati à compagnia d'offitio da esso Testatore à M. Girolamo Tetio.

Item vuole, ordina,& espressamente cōmanda, che li suoi beni stabili, e mobili,& particolarmente li censi, non si possino per tempo alcuno vendere, nè alienare, se non frà essi heredi,& in caso di necessità giusta, e ragioneuole; & alienandosi detti censi, si debbano impiegare, & inuestire in altri censi, sotto pena à quelli, che controueranno, della priuatione della sua rata dell'heredità, d'applicarsi à gl'altri heredi, che osserueranno, quali in quel caso à detti, che controueranno, sustituisce.

In tutti gl'altri suoi beni, mobili,& stabili, proprij, & enfiteotici, ragioni,& attioni, p̄senti, e da venire in qual si voglia luogo esistenti,& d'ogni sorte, lascia,& instituisce suoi heredi vniuersali egualmente,& in eguale portione, Domenico, Giulio, Antonio, Pietro,& Iacomo suoi figlioli legitimi, e naturali. Et se alcuno di loro vno, ò più, per qual si voglia tempo,& in quale età siano, mancaranno senza figliuoli legitimi, e naturali, in quel caso volgarmente, pupillarmente,& per fideicōmisso gli sustituisce quelli, ò quello, vno, ò più che soprauiuerāno, sēza alcuna detrattione di Trebellianica;

ita

ita & talmẽte, che l'vno succeda all'altro, e l'altro all'vno, sin'all'vltimo; cõ patto, che non si possi alienare, come di sopra, & in ogn'altro meglior modo &c. Et q̃sto disse, & affermò essere il suo vltimo testamento, & vltima volontà, quale vuole che vaglia per ragione di testamento; & se non valesse per ragione di testamento, vuole che vaglia, & valerà p parole da venire per ragione di codicillo, donatione p causa di morte, & ogn'altra vltima volõtà. Cassãdo, & annullãdo, & abolendo, come di sopra, ogn'altro testamento, codicillo, donatione per causa di morte, & ogn'altra vltima volontà: & vuole che il presente preuagli, come di sopra, à tutti gl'altri, & ogn'altro meglior modo &c.

SVMMARIVM.

1 *Donatio caussa mortis dicitur, quãdo mortis mentio facta fuerit, & collata sit in tẽpus mortis. Quod etiam declaratur nu. 10.*

2 *Donatio caussa mortis, facta à patre filio, valet, eo quia cessat impedimentum patriæ potestatis, per quam impeditur donatio: & redditur ratio.*

3 *Donatio inter patrem, & filiũ confirmatur iuramento, secundum communẽ sententiam, & in practica reputaretur fatuus Aduocatus, qui hac sententiam in disceptationem deduceret.*

4 *Donatio inualida, vel caussa mortis, confirmatur per testamentũ, & hæredis institutionẽ, & quare. Sed videndum nu. 23. & seq.*

5 *Donationi iuratæ censetur inserta clausula derogatoria sequentis, vnde nõ reuocatur per testamentum, Verum declaratur num. 12. & nu. 27. cum seq.*

6 *Donationi, seu cuiusuis dispositioni, quando fuit appositum iuramẽtum, semper est necessaria expressa mentio iuramenti, vt reuocetur. Nec sufficit clausula irritãs, cassans, & anuullans etc. sed declaratur nu. 31. & seq.*

7 *Actus humani, vt valeant, tria requiruntur, Voluntas, Potestas, & Modus: & quare.*

8 *Donatio, vt reuocetur, oportet mẽtionem facere in reuocatione de tenore totius qualitatis donationis, quæ reuocatur: sed videndum nu. 16. & seq. & nu. 38.*

9 *Donationem non reuocans præsumitur noluisse reuocare.*

10 *Donatio caussa mortis quæ sit.*

11 *Do-*

11 Donationis simplicis caussa mortis, & sine aliquo pacto, effectus est, vt ante donatoris mortem non dicatur perfecta; & reuocatur tribus modis, qui enarrantur.

12 Donatio simpliciter facta caussa mortis, dicitur etiam, si donans promittat cum iuramento donationem obseruare, & non contrauenire: Quia iuramentum intelligitur secundum naturam actus, quando verba non repugnant: & satis obseruat, qui facit ea, quæ secundum naturam actus facere potest.

13 Donatio à patre facta filio dicitur profectitia, & potest reuocari tacitè, & expresè.

14 Donatio facta à patre filio, censetur reuocata, quotiescunq; de re donata aliter disponit.

15 Donatio caussa mortis magis accedit vltimæ voluntati, quàm contractui: ideò reuocatur per voluntariam alienationem.

16 Donatio caussa mortis reuocatur per fideicommissum generale inductum à donatore. Et quare.

17 Testator potest disponere de re hæredis, qui non potest contrauenire, nec vendicare, sed alienationem ratam habere tenetur, & à vendicantibus tueri.

18 Hęres, per aditionem hæreditatis, videtur quasi contrahere cū habentibus caussam à defuncto, & propterea contrahit veram obligationem.

19 Donatio reuocatur per fideicommissum generale, etiam si de ea expressa non sit facta mentio.

20 Aequalitas inter filios semper servanda; vbi multa.

21 Legatum factum eidem personæ, censetur reuocatum per secundum factum ex interuallo.

22 Donatio facta à patre filio, censetur reuocata, ratione æqualitatis seruandæ inter filios.

23 Donatio quomodo reuocetur per testamentum, plenè declaratur; & doctores contrarium tenētes quomodo intelligātur, ostēditur.

24 Donationis caussa mortis primordialis natura est, vt ad libitum donatoris reuocetur.

25 Actus primordialis natura illa esse censetur, quæ à propria eius specie, iuxta legis constitutionem prouenit.
Et exēplificatur in donatione, quæ per superuenientiā liberorū reuocatur: & in euictione, quæ ex natura cōtractus emptionis prouenit.

26 Actus accidentalis natura illa dicitur, cum quid rei, vel actui cōtingit, præter legis constitutionem, hominis facto quocirca, si Donatio caussa mortis reuocari non posset, ex pacto expresè cōuentum inter donantem, & donatarium, alterata esset per accidens prima natura donationis caussa mortis.

27 Donatio, cui appositum sit iuramentum de attendendo, non dicitur alterata à primordiali natura, & non obstante iuramento reuocari potest.

28 Iuramentum sequitur naturam

 actus,

actus, super quo interponitur.

29 *Iurans soluere pecuniam mutuatam, quæ vere mutuata non sit, non obstante iuramento, potest excipere de non numerata pecunia infra biennium.*

30 *Venditio secunda cum traditione, præualet primæ etiam iuratæ, & quare.*

31 *Donatio caussa mortis cum iuramento de non reuocando, alteratur, & in reuocatione requiritur specialis mentio iuramenti ad validitatẽ illius reuocationis.*

32 *Actus iuratus, cui lex non resistit, reuocari potest, absq; metu periurij.*

Præcipuè si actus per se effectum sortitur sine iudicis, vel superioris auctoritate.

33 *Iuramenti mentio est necessaria in reuocatione donationis, quando fuit iuratum non reuocare, & non de simplici iuramento.*

34 *Donatio caussa mortis reuocabilis est, nec transit in donationem inter viuos, etiam si donator simpliciter iurauerit, dummodo nõ promiserit, non reuocare: quia iuramentum simpliciter præstitum sequitur naturam actus.*

35 *Actu principali remoto, tollitur, & iuramentũ, ad eius corroborationem adhibitum, & quare.*

36 *Clausula, & omni meliori modo, importat specialem derogationem, præsertim ob copulam, & quæ omnes modos comprehẽdit.*

37 *Pater, quando in secundo testamento disponit fauorabilius pro liberis, attenditur secundum, & non primum.*

38 *Donationis requiritur specialis mẽtio in reuocatione, quotiescunq; donatio fuit alterata, & non in simplici donatione.*

39 *Donatio caussa mortis reuocatur per testamentum, quando testator mandat testamentum omnino valere, & multa de virtute dictionis, omnino.*

40 *Clausula, & omni meliori modo, non restringit dispositionem ad specificata.*

41 *Nominatim aliquid fit, quando exprimitur vocabulum speciei, licet non indiuidui; & satis exprimitur, quod verbis generalibus exprimitur.*

De donatione caussa mortis à patre facta filio, quomodo, & quando reuocetur per testamentum patris.

Diuino inuocato suffragio.

1 POstquã donatio hæc nostra, de qua agitur caussa mortis facta appareat, cũ nõ solum mortis mentio facta fuerit, per quam talis donatio facta dicitur, vt communiter teneri ait Dec. in l.fin. nu. 20.C.de pact. Paris.cons. 16. num.4.lib.2. Verum etiam cum collata fuerit in tẽpus mortis, vti respõdit Loffred. cons. feud. 5. sub num.4. quem refert Clar. in

in §. Donatio. q.4. num.4.

Quapropter etsi à patre filio facta legatur, nihilominus valere dicendum erit.

2 Eo quia cessat impedimentũ patriæ potestatis, per quã quicquid acquirit filius, acquirit patri: vnde impossibile est Iuris impossibilitate, quod pater aliquid donare possit filio; ita vt dominium in illum transferatur: cum neque momẽto apud ipsum remanere possit, sed omnino sit in ipsum patrem donãtem illico reuersurum: ob quam rationem non valere donationem factam à patre filio mãdat tex. l. Donationes quas parentes. C. de donat. int. uir. & vxo. Cum verò D. Bernardinus donator, dominium in eius vita sibi reseruauerit, donationem valere, indubitati Iuris est: & morte patris confirmata fuit, iuxta communem scribentium sentẽtiam: de qua Alber. in l. Si pater. circa prin. C. de inoff. testa.

3 Tantò magis donationẽ istã valere dicere cogimur, cum in ea appositum fuerit iuramentũ, cuius virtute donatio facta à patre filio confirmatur. Et licet controuersum aliquãdo fuerit, an donatio inter patrem, & filiũ conualidetur iuramento, tamẽ hodie ferè omnes transeunt cũ hac sententia, quod confirmetur: ita quod Clar. in §. Donatio. q.8. num.8. in fin. nobis reliquerit, quod in practica hæc res nullam habet difficultatem: & ineptus esset Aduocatus, qui illam vellet in disceptationem deducere.

Vnde stante donatione prę̃fata, fundatam satis habere videtur suam intentionem D. Dominicus: & tantummodo quęrendum erit an dicta donatio reuocata fuerit per testamentum paternum, per clausulam illam, Irritans, cassans, & annullans &c. Et pro D. Dominico facere posse visum fuit.

4 Primò. Quia testamentum, & institutio hæredis confirmat potius donationem inualidam, vel caussa mortis, quàm infirmet. l. Cum hic status. in prin. ff. de donat. int. vir. & vxo. per quem tex. ita in specie respondit Aret. consil. 74. num. 11. ex quo hæres institutus, de donatione caussa mortis detrahit Falcidiã. l. 2. C. de donat. caus. mort. & l. Si mortis. C. Ad l. Falcid. ergo secundum Aret. patet, quod donatio non reuocatur per institutionem hæredis; quia si reuocaretur, non esset tractandum de Falcidia, & Aret. sequitur Aym. consil. 144. num. 10. vbi comprobat, quod si donator instituit hæredem in omnibus bonis, ex tali institutione non censetur reuocata donatio caussa mortis: hoc idem firmauit Senat. Pedemon. teste Osasch. decis. 118. num. 11. vbi scribit, quod si donator post donationem aliquem instituerat hæredem in omnibus

M 2 suis

suis bonis, non propterea diceretur reuocata donatio caussa mortis, etiam si testator in testamento apponeret clausulam derogatoriã, Irritans, &c. per doctrinam Bar. in l. Legatum. ff. de leg. 2. relatam per Afflict. decis. 275. num.8. & Osasch. citat Paris. Bal. Roman. & alios, quibus addere possumus Bursat. consil.136. nu.147. & seq. Ergo per dictum testamentum D. Bernardini nõ fuit reuocata donatio facta D. Dominico.

5 Secundò, ad demonstrandũ quod per testamentum D. Bernardini donatio reuocata non dicatur, considerari potest. Quod D. Bernardinus medio iuramento donationem fecit, quo fit, vt virtute iuramenti, dictæ donationi inserta videatur clausula derogatoria sequẽtis, Guid. Pap. decis. 128. per tot. vbi apost. Bar. in prin. l. Si quis in principio. num.11. ibique apost. ff. de leg. 3. & in l. Omnes populi. sub num. 33. ff. de iust. & iur. Ias. in §. Item si quis num.14. instit. de act. & in l. Si conuenerit. num.12. & 13. ff. de iur. om. iud. & in l. Si mihi, & tibi. §. In legatis 1. lect. num. 5. ff. de leg. 1. Ceph. de com. attestans cons. 32. nu.11. & cons. 41. num.18. & citatis quam plurimis Couar. in rub. de testa. 2. par. sub. nu.19. vers. 2. infertur. & Dilect. de art. testan. tit. de mutat. testa. caut. 1. num.4. pro cautela assignat, vt testamentum prius non infirmetur per posterius: in quo, etiam clausulæ derogatoriæ specialiater derogetur, remediũ erit, quod clausula derogatoria testatoris iureiurando firmetur; quia derogatio sequens non tollit precedentem dispositionem iureiurando corroboratam, si de iuramento mentio facta non sit. per tex. c. Constituitur. de rescrip. glos. in c. Cum non deceat. de elect. in 6. prosequitur Bellon. consil. 60. num.17. quo loci respondit, quod donatio caussa mortis non reuocatur per subsequens testamentum, quando donatio est iurata; quia iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ ad sequentia: & non sufficere affirmat, si in testamento dicatur, cassans, &c. quia requiritur magis specialis reuocatio, vt per Bar. in d. l. Si quis. in principio. in fin. ff. de leg. 3. & in l. Omnis populi. in 4. quæst. 3. prin. versic. Sed an iuramentum. ff. de iust. & iur. Alexan. & Iason. in l. Sancimus. Cod. de testa. Iason. in l. Pacta nouissima. in prin. Cod. de pact. quia aliàs iuramẽtum, quod habet vim clausulæ derogatoriæ, nullum esset momenti, cõtra dispositionẽ d. l. Si qs in pricipio.

6 Et semper in reuocatione dispositionis iuratæ, reqritur specialis derogatio. ita Fulgo. cons. 39. num.2. & cons.156. sub num. 1. & sentit Hippol. Riminald. cons.

cons.26.num.46.qui affirmat; quod vtiq; est necessaria mẽtio iuramenti in secundo testamento; & non sufficere facere mentionem primi testamenti, & clausulę derogatoriæ per illa verba, cassãs, & irritum decernens quodcũq; aliud testamentum, quibuscũq; verbis derogatorijs à me códitum; sed de iuramento fieri debet expressa mẽtio; & citat Castren.cons.284.col.2.lib.1.& firmat Crass. de success. §. Testamentum. q.87. sub nu.3. qui, citatis contrariũ tenentibus, hãc sententiam sequendam dicit. Nec sufficit illa clausula, cassans irritans, & annullans &c. Quia oportet facere mentionem de tenore donationis; & ista generalis derogatio non sufficit, cũ necesse sit; si non indiuiduo, saltem specialiter de derogatione mentionem facere. sic cósultus respondit Neuizan.cons.63.nu.25. Et Seraphin. de priuil.iurament. priuil.75. sub nu.56. scribit, expeditissimum, ac penitus indubitatum esse apud omnes, quod per clausulam generalem. Non obstantibus quibuscunq; &c. vel quocunq; testamento, sub quacunq; conceptione verborum, nó intelligitur derogatum iuramento, secundum glos. in d. c.Cum non decet.de elect. in 6. quã citat Roman.cóf.393. col.2. ad fin. cons.404. in fin. & cons.436.col.2.ad fin.

Quapropter cũ necessaria sit specialis mentio ad illius reuocationem, quæ in testamẽto isto non legitur, sequitur, quod donatio iurata non fuerit reuocata.

7 Tertiò quod donatio D. Dominico facta, reuocata non fuerit per testamentum postea confectum, demostrari potest. Quia tria ad cuiuscunq; actus validitatem requiruntur, scilicet Voluntas, Potestas, & Modus; nam sine voluntate nil ad finem perducitur; sine potestate, nihil est reducibile; & vbi modus ad finem ordinatus non seruatur, ad finem perueniri non potest. ita post Ciceronem, & Boethium probat Berod. consil.76. nume. 26. libr.1. Surd. consil.127. nume.21.& consil 301. num.29. & aliàs diximus decis.30.nu.1.huius partis.

8 Sed sic est, vt donatio reuocetur, oportet mentionem specialem facere in reuocatione de tenore totius qualitatis donationis, quæ reuocatur. dicta l. Si quis. in prin. ff. de leg. 3. Alber. in l. Si alienam. §. Marcellus.ff. de donat.caus. mort. At D. Bernardinus in testamento nullam specialem mentionem fecit de qualitate donationis factæ D. Dominico, ideo modus seruatus non fuit; & consequenter non est dicenda reuocata donatio. hoc argumento vtitur Hieronym. Gabr.consil.96.num.25.lib.2.

Nec nó ex defectu volũtatis D. Bernard. donatio ista reuocata

minimè fuit. Quia in hoc vltimo testamento, & in primis verbis expresse, & nominatim reuocauit duo testamenta aliàs per eum condita; & de donatione controuersa nullam mentionem fecit: quapropter noluisse eam reuocare præsumendum erit.

9 Quia si noluisset, vtique dixisset, sicuti de duobus testamentis fecit. l. Vnica. §. Sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. Tiraq. in l. Si vnquam. in ver. Libertis. num. 3. C. de reuocan. donat. Aym. cons. 161. nu. 8. Beci. consil. 1. num. 14. Surd. consil. 426. num. 13. & dicebat Bal. in d. l. Vnica. §. Sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & in l. Voluntas ad fin. C. de fideicom. quod nō credimus testatorem velle, nisi ꝙ expressit.

Vnde ex defectu voluntatis colligi de facili potest, quod D. Bernardinus hanc donationem reuocare noluerit.

10 Quibus minimè obstantibus, in contrariam sententiam deueni: & ad ita decidendum inducebar, quia pro resoluto præsuppsui, nos versari in donatione caussa mortis; ex quo D. Bernardinus in ipso donationis instrumento expressè protestatus fuit, nolle transferri dominium in donatarium, & tantummodo post ipsius mortē effectum sortiri voluit: quapropter donationem caussa mortis esse, sancitur in l. 1. ff. de donat. caus. mort. cuius verba sunt ista; Mortis caussa donatio est, cum quis habere se mauult, q̄ eum, cui donat; magisque eum, cui donat, quam hæredem suum: vnde dicere debemus, hanc simplicem donationem caussa mortis esse.

11 Sed effectus huiusce simplicis donationis caussa mortis, & sine aliquo pacto solet esse, quod ante donatoris mortem non potest esse perfecta: & reuocari potest tribus modis: conualescentia, si fiat ab infirmo: iuxta tradita ī l. 3. ff. de donat. caus. mort. pœnitentia, seu mutatione voluntatis. l. Mortis caussa donatio. ff. eo. instit. de donat. ī prin. Hondad. cons. 44. nu. 36. lib. 2. & cons. 69. nu. 69. eo. lib. & si præmoriatur donatarius. l. Non omnis. ff. si cert. pet. vbi glos. & docto. & in l. 1. & l. Senatus. §. Mortis; & l. Si alienū. §. fin. ff. de donat. caus. mort.

12 Tuncque intelligitur simpliciter facta donatio caussa mortis, quando post donationē factam, in eodem instrumento, donans promittit donationē obseruare, & non cōtrauenire: dato quod cū iuramento promittat, quia iuramentum intelligitur secundum naturam actus, quando verba non repugnant; & satis obseruat, nec contrauenit, qui nihil aliud facit, quàm quod secundum naturam contractus facere potest: per tradita à Bal. in l. Cū quis. ff. de cond.

ob

ob caus. Dec. in d.l. Non omnis. col.3.ff.si cert.pet. & hoc in casu verior, & magis communis opinio est; donationem caussa mortis esse simplicem, & supradictus tribus modis reuocari: ita Hiero.Gabr.d.cons.96.num. 5.6. & 7. lib.2. qui dicit. quando q̃s exprimit, se donare caussa mortis, si verba interpraetari possunt, vt intelligi queat, noluisse recedere à natura cõtractus, nulla ratio est, cur non existimemus, eum secundum naturam simplicis donationis caussa mortis donasse. ad l. Si stipulatus.ff. de vsur. cum vulg.

13 Et postquam donatio ista à patre facta filio dicitur profectitia, ideò reuocari potest non solũ expressè, sed etiam tacitè l. Filia. C.Fam. ercis. l. 2. C. de inoff. donat. & firmat Menoch. cons.161.nu.10. His sic praesuppositis, quod D. Bernardinus reuocauerit donationem hanc, multa mihi persuaserunt.

Primò. Quia in testamento, dum in dotibus filiàs instituit, & quãdo dotem vxori restituit, illis, & vnicuique earum facultatem impartiuit, pecunias cõsuetas ad libitum recipere: qua de re resultat necesse, quod voluerit, donationem factam D. Dominico de scutis cẽsuatis reuocare: nã aliàs d. mulieres non possent ad libitũ cẽsus recipere.

14 Et quando pater de re donata aliter disponit, quam continetur in donatione, dicitur eã reuocare: vt probat Aret.i l. Apud Iulianũ.§. Si quis alicui. ante 1.conclusionẽ ff. de leg.2. sequitur Surd. cons.305. num.42. Guid.Pap. cons.60. nu.6. & cõs. 194. 2. dub. decis. Tholos. 453. Bursat.cons.183.num.12. & fuit dictũ Dyn.in l. Stichũ qui meus erit.ff.de leg.1. vbi Bal.eum extollit, tanquã vnicũ, & alibi non repertũ, qui dicunt, q̃ donatio caussa mortis reuocatur p̃ alienationẽ bonorum donatorum: sequũtur. Imo. Aret.Cuman.Alex. Ias. & Roman. in l. Marcellus. §.Paulus. ff.de donat. caus. mort.Alex.in l.2.col.fin.vbi Ias. nu.15.ff.de leg.1. & Alex.in d.l. Non omnis.in prin.ff.si cert.pet. singulare dicit, eo quia donatio

15 caussa mortis magis accedit vltimae voluntati, quã contractui: ideò reuocatur per voluntariã alienationem, sicuti legatum.l. Rem legatam. ff. de adimen. lega. l.Fideicomm. §. Si rem.ff.de leg. 3. & per eandem rationem subdit, q̃ reuocatur per superuenientes inimicitias; sequitur Mars. sing.136. & communẽ dicit Alcia.in d.l. Non omnis.ff.si cert.pet.Gomez.de contract.c. 4.nu.18. vers.10. infer.

Si enim vxor, & filiae testatoris, vellent pro earum dotibus scuta ista quadringenta data ad annuum cẽsum D. Octauiano, vtique alienata fuissent; & consequenter donatio reuocata esset.

16 Secundò pro corroboratio-

ne supradictorũ adducit. Quod D. Bernardinus in testamento fideicommissum generale constituit, vt est videre in illis verbis, *Et se alcuno di loro &c.* Ex quo fideicõmisso donationẽ reuocatam esse, scribunt, Corn. cons.87. col. 2. lib.2. Dec.cons. 254.col.2. Paris.cons.2.num.21. & seq. lib.2. cum quo in eadem facti specie consuluit Curt.iun. cons.54. in prin. & hæc sententia comprobatur per tex.l. Si verò non remunerandi. §. Inde Papinianus. ff. mandat. & amplectitur Menoch. consil. 451. num. 33. Mouentur supradicti, Quia cum donatarius sit, & ipse hæres institutus in testamento, in quo fideicommissum generale constituitur, adeundo hæreditatem, approbare videtur voluntatem defuncti, mandantis omnia sua bona onere fideicommissi subiecta esse: & ob id non potest impugnare di-
17 spositionem testatoris. Nam dato, quod scuta donata iam effecta essent D. Dominici, potuit nihilominus pater instituẽdo eundem hæredem in illis grauare, D. Dominicus hæres contrauenire, & rem alienatam vendicare non potest; sed alienationem ratam habere tenetur, & ab alio vendicante tueri. l. Cum à matre. vbi doct. communiter. C. de bon. matr. & respondit Io. de ami. cons.3. num. 16. & seq. & cons. 113. nu. 6. cõprobat Natt. consil. 214. & cons. 448. num. 19. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 74. & 81. C. de bon. matr. Ruin. cons. 42. nu. 12. lib. 1. Roland. cons. 71. num. 35. lib. 2. & cons. 30. nu. 37. lib. 4. Hiero. Gabr. cons. 125. num. 3. lib. 1. Ceph. cons. 392. num. 32. & consil. seq. num. 101. cum seq. Surd. consil. 73. num. 34. & cons. 284. num. 5. Boer. decis. 23. num. 19. Iosef. Ludo. com. opin. conclus. 16. illat. 82. Hondad. cons. 3. nu. 47. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 33. num. 5. & 6. quos citaui decis. 9. num. 17. & seq. 1. part. vbi num. 22.

18 Pro ratione adducebã. Quia hæres per aditionem hæreditatis videtur quasi contrahere cum creditoribus, legatarijs, & caussam habentibus cũ defuncto: quia in eius locum, & Ius subintrat: ideò ex suo quasi cõsensu obligatur. l. Ex maleficijs. §. Hęres. ff. de act. & oblig. §. Hęres. instit. de oblig. quæ ex quas. contract. Hinc dicebat Bal. in l. Matrem. §. 1. ff. de acq. hæred. quod hæres adeundo hæreditatem contrahit veram obligationem de obseruando facta p defunctum. quem refert Curt. iun. cons. 120. nu. 7. & respondit Ias. cons. 238. per tot. lib. 2. nec nõ firmat Peregr. de fideicom. d. art. 33. num. 8. & 9.

Etsi prædicta vera sunt in re propria hæredis, tãtò magis uẽdicant sibi locum in scutis istis donatis, de quibus donator sibi reseruauit dominium; vnde cum

cum nullum Ius in vita patris fuerit quæsitum D. Dominico in d. pecunijs, potuit certè D. Bernardinus de eis ad libitum disponere, & per fideicommissum reuocare donationem.

19 Nec obstat quod D. Bernardinus in suo testamento nominatim de istis scutis donatis nil expresserit, quapropter noluisse illos fideicommisso supponere, vti consultus respondit Alex. cons. 20. lib. 3. quod duplicatur cons. 217. lib. 6. vbi dicit, non sufficere, nisi in fideicommisso uniuersali facta fuerit mentio de re donata. per tex. l. Huius. §. Maritus. ff. ad Trebell. Quia cōtrarium senserunt Dec. d. cons. 254. col. pen. uers. vlt. non obstat, & col. vlt. qui apertè respondit, non requiri in fideicommisso specialem mētionem de rebus donatis. Sequitur Curt. iun. d. cons. 54. in prin. & ipse Curt. cons. 11. per tot. lib. 3. Et dicit Peregrin. de fideicom. art. 6. sub. num. 6. quod resolutio istius articuli pendet à voluntate testatoris: nam si ex dispositis apparet voluisse fideicommittere de rebus valide donatis filijs, suis hæredibus institutis, equidem valebit fideicommissum, si filij ipsi ex paterno testamento hæreditatem agnouerint. Quamobrem aduertant filij ne simpliciter paternā agnoscant hæreditatem. Quod autem D. Bernardinus voluerit istas pecunias donatas fideicommittere, colligitur, dum disposuit, quod bona sua, & in specie census nequeant ullo tēpore alienari: ex qua prohibitione, & substitutione eorum qui non alienarent, inducitur fideicommissum, per tradita à Peregrin. de fideicom. art. 14. num. 14. Et postquam D. Dominicus paternam hæreditatem, absque inuentario agnouit, seruare tenetur disposita ab ipso testatore.

20 Tertiò, Ratione æqualitatis seruandę inter filios multa cōceduntur in Iure nostro, quæ æqualitas, inquantum fieri potest, semper seruanda est. §. Illud. auth. de æqualit. dot. l. Vt liberis. in prin. C. de collat. l. Illud. §. fin. eo. tit. l. fin. C. Com. vtr. iud. l. pen. in fin. C. Com. diuid. l. Cum qui. ad fin. C. de nat. libr. Et prædicta inducta fuere, vt tollantur iurgia, & cōtentiones inter eos. l. Cum oportet. §. Sin autem. C. de bon. quæ lib. Cum fratres nec vnum iota patiantur fratres anteferri. Tiraq. post Ang. de iur. primog. q. 4. num. 7. & grauius ferunt fratres bona sua ad alios fratres transferri, quā ad extraneos. d. l. Cū oportet. in fin. prin. C. de bon. quæ lib. Et dicebat Ang. in d. §. Illud. authent. de ęqualit. dot. ibi probari illud vulgatum, quod pater non debet facere vnum filium legitimum, & alium priuignum, seu bastardum; sequutus à Dec.

cons.

conf.59.num.3.conf.219.ad fin. cōſ.349.nu.8.in fin. cōſ.337.ſub nu.1.cōſ.361 ſub.nu.1.cōſ.631. in prin.& cōſ.636.ſub nu.10. Tiraq. de iur. primog. q.4. poſt prin.Hinc videm',ꝙ priuilegia, quæ patri cōceduntur teſtandi inter liberos,intelligūtur, quādo pater eos æqualiter inſtituit, vel alio modo eis æqualiter ꝓuidit: aliàs non procedunt. ita Rom cōſ.179.col.ante pen.verſ. 2.quod poſsit.Dec.385.col.2.& d.conſ.349.nu.9.conſ.361.ſub nu.1.& conſ.631.in prin.& in l. 1.2.not.C.Vnd.lib.Tiraq.d.q.4. num 4.

Modo ſi volumus d. donationem nō eſſe reuocatam,inęqualitas magna reſultaret inter prę fatos fratres de Marcellis filios D.Bernardini.

Vnde aſſerendum erit, donationē iſtā reuocaſſe:tātò magis, cum in teſtamento etiam tringenta ſcuta ipſi D. Dominico
21 prælegauerit; ex quo à prima donatione receſſum videtur, ꝑ notata ab Aret. d. conſ. 74. ſub nu.11. verſ. Et confirmatur. vbi dicit quando ſecundum legatū factum eidem perſonę eſt diuerſum à primò,facilius videtur receſsū à primò legato,vbi ſequēs diſpoſitio fit,ex interuallo,quā vbi incontinenti.per doctrinam Bar. & aliorum in l. Non ad ea. ff. de cond.& demonſtr.
22 Si enim tā ſcuta quadringenta donata,quam tringenta prælegata D. Dominicus conſequi. deberet,magna eſſet inter ipſos fratres inęqualitas;ob quā poſſumus dicere, quod donatio ēt iurata non valeret à patre filio facta:ſecundum Dec. conſ.631. ſub nu.5.omninò videndū. Ratione igitur iſtius æqualitatis ſeruandę inter filios,ad quā hortatur lex patrem.d.§.Illud.reuocata cenſetur hæc donatio per teſtamentum paternum; vt notauit Bar.in l. Si maritus.la.2.ff. de donat. int. vir.& vxor.& in l. Rem legatam. ff.de adim. legat. & firmauit Dec. poſt Corn. d. conſ.631.ſub nu.5.in fin.

Nō obſtant modo adducta in contrarium &.

Primò, quod per teſtamentū donatio non reuocetur, ſed potius confirmetur.
23 Quia reſponderi poteſt,quod doctores pro hac ſentētia citati, id nōn dicunt. & vt veritas eluceſcat, omnes referre volui & Aret.d.cōſ.74.ſub nu.12.verſ. Venio ad quartum, & vltimum, concludit,quod cū D. Cinæ, cui erat donatus vſus fructus omnium bonorum, & poſtea in teſtamento legatum eidem fecerat vſusfructus domus, & ſupellectilium ad plenū ius proprietatis per huiuſmodi legatū, videtur receſſum à donatione vniuerſaliter facta de vſufructu omnium bonorum. Et nu.12.verſ. Sed tamen hac doctrina nō obſtāte,expreſsè dicit,quod D.Cinæ vſusfructus vniuerſalis fuit reuocatus per ſpeciale legatū, quod

quod de mẽte testatoris patere ait: ergo Aret. vult, quod quãdo patet de mente testatoris, volentis reuocare donationem, ẽt per testamentum reuocetur; etsi rectè inspiciatur Aret. responsũ, manifestè apparebit, quod ipse dicit non reuocari donationem per hæredis institutionem, quæ de sui natura irreuocabilis est, vt sub nu. 12. ibi, & hoc in quantũ in illa parte donatio potuerit reuocari. Aym. verò d. cons. 144. nu. 10. tantum innititur dictis per Aret. vbi proximè; quinimmò Aym. affirmat, quod donatio caussa mortis ad libitum reuocari potest, sed non censeri per simplicem hæredis institutionem reuocatam: sed nos sumus in claris cũ D. Bernardinus nõ solũ instituit hęredes, sed ex ꝓsè reuocauit donationes quacũq; caussa mortis factas: & voluit, ꝙ disposita ĩ testamẽto omnibus alijs suis dispositionibus præualeant. vnde Aym. non solum tenet pro D. Dominico, sed in contrarium meretur allegari. decisio quoq; Osach. non facit ad casum; nam in facto Osach. non apparebat de pęnitẽtia donatoris; & in facto isto plusquã clarè apparet de pœnitentia D. Bernardini, tum quia reuocauit omnes donationes caussa mortis, tum etiam ob fideicommissũ iniunctum, & per relictum factũ filiabus, & vxori, cum facultate accipiendi ad libitum pecunias cẽsuatas, ex quibus donatio reuocata fuit, præcipuè ne inter filios inæqualitas tã magna resultaret: & cum Osach. suam decisionẽ firmet in dictis per Afflict. decis. 275. nu. 8. legatur Afflict. qui dicit, quod licet donatio absenti facta non valeat, tamen si illa absenti sit notificata, & cępit possessionem rei donatę, transit dominiũ in ipsum donatarium; & ideò non fuit talis donatio reuocata per clausulã generalem derogatoriam positam in secundo testamẽto, & sic Afflict. loquitur in donatione, cuius dominium in donatarium fuit translatum, satis diuersa à nostra, in qua D. Bernardinus nullum dominium in donatariũ transferre, expresse protestatus fuit. ideò non est inferẽdum ad casum nostrum ob diuersitatem rationis. & hoc voluit sentire Bursat. d. cons. 136. nu. 47. dum respondit per testamentum cũ clausula, Irritans &c. non reuocari donationem: quia præsupponit donationẽ irreuocabilẽ. & licet dicat, ꝙ etiam donatio caussa mortis iurata per dictam clausulam non reuocetur; huic obiecto inferius respondetur.

24 Secundùm quod vigore iuramenti appositi in donatione ista, eidẽ inserta videatur clausula derogatoria; vnde per testamentum D. Bernardini nõ ita de facili reuocata dicatur; remouebitur, si præmittamus, quod primordialis natura donationis caussa mortis, ea est, vt ad libitũ dona-

donatoris reuocetur.d.l.Mortis caussa donatio.ff.de dona. caus. mort.instit.de donat. in prin. & dicebat Bal.in l.1.num.1.C.Comod.qui citat intercætera l.Pacta cōuenta.ff.de contrah. emp.
25 quod rei,vel actus primordialis natura illa esse censetur, quæ à propria eius specie iuxta legis constitutionem prouenit:& potest dari exemplum in donatione ipsa, cuius primordialis natura est, vt ob superuenientiam liberorum reuocetur ex dispositione.l.Si vnquā.C. de reuocād. donat. & scribunt doct.ibi.Possumus, & alterum afferre exemplum de euictione, quæ in contractu emptionis est de illius natura primordiali, cum ita lege, in ea specie sit constituta, quēadmodum scribunt glos. & cæteri in d.l.Pacta conuenta. ff.de contrah. empt. & comprobauit
26 Corasi.lib.3.miscella.c.10. Et è contra naturam accidentalem cuiuslibet actus dicimus, cum quid rei,vel actui contingit præter legis constitutionem hominis facto, vt est,cū aliter est expresse cōuentum, ratione culpę vel moræ.Bal.in d.l.1. num.1.C. Comod.

Quocirca, si pacto expressè esset conuentum inter donantem,& donatarium, ꝙ donatio caussa mortis reuocari non possit, alterata esset per accidens prima natura istius donationis. vti scribūt doct. in d.l.Si vnquā. & respondit Paris.cons.72.num. 19.lib.1.

27 His sic firmatis, postquam D. Bernardinus in donatione facta eius filio non iurauerit, eam nō reuocare, sed tantummodo iurauit simpliciter attendere, & obseruare;quo fit,vt per iuramētum non sit alterata primordialis natura istius donationis, & non obstante iuramento reuocabilis sit,quia iuramētum solet sequi naturam originariam, &
28 primordialem actus, super quo interponitur: vti scribit Socin. in l.Frater à fratre col.pen.vers. Vel.2. dicas. ff. de cond. indeb. Mars. sing. 326. Rub. in repet.l. Non solum. §. Morte. nu.701.ff. de no. op. nunc. Ias.in l.Si conuenerit. sub nu.17. ff. de iurisd. om.iud.Aym.post Dec. cōs.102. sub nu.7. Natt.cons.426. nu.19. ideò bene distinguendo respōdit Hieron.Gabr. d.cons.96.nu. 5.& seq.lib.2. qui tres cōstituit casus:& Primus, qui casus noster erit,quando donatio caussa mortis est simplex,& sine aliquo pacto,sicuti nostra; & tunc,cum ante donatoris mortem nō possit dici perfecta, tribus modis supra relatis reuocatur. & dicit Gabr. ibi,quod simplex dicitur donatio, etiam si post donationem factam in eodem instrumēto donans promittat donationem obseruare, & non cōtrauenire,etiam si promittat cum iuramēto;quia & iuramentum intelligitur secundum naturā cōtractus, quando verba non repugnant,

pugnant,

pugnant, & satis obseruat, nec controuenit, qui nihil aliud facit, quàm quod secundũ naturam contractus facere potest, vt superius diximus: & tunc reuocari posse secundum magis communem sententiam comprobat.

29 In simili videmus, in eo, qui iurat soluere pecuniã sibi mutuatam, cum verè mutuata non fuerit: nam tunc, iuramento nõ obstante infra biennium excipere poterit de non numeratione pecuniæ, cum hanc naturam habeat, vt infra bienniũ hæc exceptio obijci possit. ita notarunt omnes in l. vlt. C. de non numera. pecun. & in c. Si cautio. de fid. instr. & alibi.

30 Ita pari modo videmus in casu. l. Quoties. C. de rescind. vend. Quod si quis fundum alicui vendat, deinde illum alteri vendat, & tradat, dominiũ huius fundi in secundum emptorem transfertur, dato, quod prima venditio cum iuramento facta fuerit; cum iuramentum sequatur naturam cõtractus emptionis, & venditionis, quæ est, vt ante traditionem dominium in emptorẽ non censeatur trãslatum: & ideò in secundum emptorem re tradita transit dominium, & potior efficitur, non obstante iuramento. ita d. l. Quoties. declarat Ias. ibi num. 36. post Inno. in c. Cum contingat. num. 8. de iureiurand. & firmarunt Mars. in l. Qui duobus, nu. 9. ff. de fals. Gozadin. consil. 14. num. 2. & pluribus exemplis comprobat Menoch. consl. 84. num. 26.

31 Si enim in donatione, de qua agimus D. Bernardinus iurasset, illã non reuocare, tunc alterata esset natura donationis caussa mortis; & hoc in casu fuisset necessaria specialis mentio iuramenti ad validitatem illius reuocationis: quia & actus iuratus reuocari potest; vt videmus in testamento iurato, quod per secundum reuocatur; & reuocans non efficitur periurus, secundum glos. opinionem in c. Vltima voluntas. 13. quæst. 2. Et licet in hoc multi contrarium senserint, non est nostrum modo, de hoc quærere; sed sat est, 32 quod actus contra iuramentum, cui lex non resistit, valet. c. Sicut. de spon. Spec. in tit. de instr. edit. §. Compendiosè. num. 25. & seq. Bal. in c. 1. §. Item sacramenra. colum. 4. vers. Quæritur si facias testamentum de pac. iur. fir. Panor. consil. 41. primo dub. & consil. 48. in fin. lib. 2. Alexand. consil. 18. ferè per tot. lib. 2. consil. 16. colum. 2. lib. 3. consil. 29. num. 17. & 18. lib. 5. & consil. 224. num. 9. lib. 6. vbi de communi. Felyn. in c. Si diligenti. colum. 2. de præsumpt. Ias. in l. Si ita quis. §. Ea lege. ff. de ver. oblig. & in l. Duobus. §. fin. sub nu. 8. & seq. ff. de iureiurã. Mars. sing. 359. Dec. in c. Cum accessisset. nu. 15. de con-

cõstit. Porti. li.4.com.opin.reg. 17. Vant. de nullit.tit.de nullit. ex defect. processf.nu.139.Bard. de temp. vti, & continen.c.12. sub nu.12. Aym. conf.191.nu.6. & fuit de mente glos. in c.fin.in ver. Reuocetur.de procur. in 6. & in puncto de testamento Seraphin.de priuil.iura.priuil.35. sub nu.13.cum seq.

Quod verum esse comprobat Roman. post Io.Andr. in consil. 379.col.fin.in actibus,qui per se effectum sortiuntur sine iudicis, vel superioris auctoritate.

33 Et nostrates quando dicunt opus esse de iuramento specialem facere mentionem, intelligunt non de isto iuramento, sed de illo præstito de nõ reuocãdo;per quod alteratur natura primordialis donationis.sic Couar. in rub. de testament. par.2. sub nu.19.vers.Secũdò infertur. ibi,sed ꝙ dixi. qui in hæc verba nos docuit. Sed quod dixi testamentum, quod testator iurauit non reuocare, vel cui iuramentum addidit specialẽ sequentis derogationem habere, id lector plenè intelligat de iuramento ad eum effectum testamento expressim, vel tacitè addicto,vt id immutari facilè non possit;non de iuramento simpliciter vltimę voluntati addicto. quis obsecro me intellexisse,existimabit,si totam hac de re quæstionem à me tractatam legerit, cum nusquam de facilè mutandam, reuocandàmue voluntatẽ adscriptũ fuerit?ꝙ plenius constat, si quæ de donatione caussa mortis iurata scripsi.vers.Quinta cõclusio obseruentur: vbi eadẽ distinctione vsus sum, in re, quæ facilius in immutabilem voluntatem, q̃ testamentum transire potest.hęc Couar.Qui in dicta quinta conclusione sub nu.

34 14. nobis mandauit, quod donatio caussa mortis reuocabilis est,nec transit in donationẽ inter viuos, etiam si donator simpliciter iuramentum addiderit eidem:non tamen promisit eam non reuocare, hoc enim iuramẽtum simpliciter præstitum iuxta ipsius actus naturam est intelligendum:& citat Bal.& Didac. à segur.& ex quo testator simpliciter iurauit, nec promisit non reuocare, ideò poterit absq; periurij metu liberè, ꝙ primò disposuerat mutare,quia censetur iurasse,illam esse propriam, liberam, & non coactam eius voluntatem.

35 Et quando iuramentum simpliciter fuit præstitum super aliquo actu, licet non specificetur particularitas in eo contenta,tamẽ remoto actu, intelligitur remotum iuramentum, quanquam de eo facta nõ fuerit mentio; quia remoto principali,intelligitur remotum iuramentum super illo fundatum: & in isto casu iuramentum nõ approbat dispositionem, sed tẽdit ad illam fortificandam: remoto itaq; fortificato,intelligitur remo-

motum, quod tendit ad eius fortificationem. ita de mente Couar. scribit, Hip. Rimin. cons. 16. nu. 45. in fin. qui, & si hanc distinctionem Couar. impugnare nitatur, asserendo, quod iuramentum transfundit actũ principalem in aliã speciẽ, si eo modo actus plenius valere potest; tamen nihil eius dicta intentioni nostrę resistũt: quia si volumus per iuramentũ additum donationi caussa mortis, illã transfusam fuisse in aliã speciem pleniorẽ; hoc nil aliud esse, quàm dicere donationem caussa mortis, trãsitum fecisse in donationem inter viuos; quo pacto actus donationis plenius valeret: quod dicendum non est; postquã D. Bernardinus donator expresse protestatus fuit, nolle valere nisi post mortem; quapropter caussa mortis, & nõ inter viuos donasse, superius demonstrauimus. Vnde vna cum Gabr. d. conf. 96. nu. 7. lib. 2. omninò vidẽdo, dicere debemus, non esse per hoc iuramentũ recessum à natura contractus donationis caussa mortis, & successiuè secundum naturã actus, iuramentum esse intelligendũ; & de eo non fuisse necesse, specialem facere mentionem.

36 Etsi adhuc nimis pertinaciter cõtenderemus, fuisse necessariam mentionem specialẽ isti' iuramenti, Attamen cum D. Bernardinus post clausulam illam, Irritans, & annullans omne testamentum, donationem caussa mortis, & omnem aliam vltimã voluntatem, ordinando, quod præsens suum vltimum testamentũ omnibus præualeat, addiderit clausulã, Et oĩ alio meliori modo, per clausulam istam satis specificè mentionem fecit de iuramento, & de quacunq; clausula necessaria. Quia huius clausulę, Et omni &c. talis est virtus, vt specialem derogationem ad antecedentem, & primam donationem inducat. ita Bal. cons. 389. lib 5. Soc. cons. 142. lib. 1. vbi dicit dictam clausulam præcisam derogationem importare. idem Soc. cons. 2. 3. col. lib. 3. vbi citat alios, & ex communi ponit Soc. iun. in l. Si quis filio. nu. 25. ff. de leg. 2. Couar. ĩ rub. de testamen. part. 2. post nu. 19. vers. Decimò ex mente omnium. Anch. 9. famil. q. 70. nu. 7. lib. 2. hęc .n. verba, Omni meliori modo, important enixam voluntatem testatoris, ad notata per doct. in l. 1. §. Si quis ita. ff. de verb. oblig. Paris. 10. num. 23. lib. 3. Neuiz. cons. 63. nu. 15. præcipuè cũ addita sit copula illa, Et omni &c. quæ omnes modos, quibus potest valere testamentum, cõpræhendit, quas non compręhẽderet clausula ipsa simpliciter sine copula: &. vt notat Achill. decis. vnic. de clausul. quem refert, & sequitur Bursatt. consil. 47. nu. 21.

Cum autem cum hac clausula, Et omni meliori modo, D. Bernardinus reuocauerit donationes

tiones caussa mortis, hāc quoq; cum iuramento simplici de non controueniendo reuocasse, dicendum venit.

37 Rursus cum D. Bernardinus per suum vltimum testamentum fauorabilius ad commodum filiorum disposuerit, quàm non fecerat in d. donatione, non fuit opus mentionem facere de aliqua clausula derogatoria, nec de iuramento per doctrinam glos. in auth. de testa. imperfect. post prin. ver. perfecto. quam sequitur Bal. in auth. Hoc inter liberos. C. de testam. Roman. cōs. 385. circa prin. Corn. cons. 3. colum. pen. in fin. lib. 2. quos refert Seraphin. de priuil. iuramen. priuil. 75. nu. 62.

Quod verò fauorabilius in hoc testamento disposuerit, apparet cū in donatione cōcesserit D. Dominico scuta quadringēta, & in testamēto tātū trecēta, & quotiescūq; plura extarēt testamenta paterna, stādum est ei, in quo filij ad æqualitatē reducuntur. Castren. in d. auth. Hoc inter liberos. C. de testam. Tiraq. de iur. primo. q. 4. nu. 5.

38 Tertiùm non obstat, dum dictum fuit, in reuocatione donationis requiri expresionem illius tenoris, & totius qualitatis donationis per doctrinam Alber. in d. l. Si alienum: §. Marcellus. ff. de donat. caus. mort.

Quia si Alber. inspiciatur, cōstabit, quod vtitur distinctione superius relata, scilicet, quando per pactum fuit alterata natura donationis caussa mortis: quia tunc necessaria est expresio tenoris donationis; & non loquitur Alber. de simplici donatione caussa mortis, absq; vllo pacto concepta, sicut est nostra; nā tunc ēt Alber. tenet, quod ad libitum reuocari posit. Et superius comprobauimus, donationem hanc, vti profecticiam à patre, etiam tacitè reuocari posse. Etsi per alienationem rerū donatarum reuocari donationem supra satis firmatum sit, quid quærendum de modo in reuocatione donationis adhibēdo? sat enim est quod de voluntate reuocandi donationem, quouis modo liqueat. l. Senatus. §. 1. ff. de donat. caus. mort. §. 1. instit. de donat. Et pro resoluto ponit Decian. cons. 3. nu. 1. lib. 1. quod per testamentum reuocetur donatio caussa mortis.

39 Et ex quo D. Testator in hoc vltimo testamento dixit, quod intendit omninò valere, ex dictione ista omninò, quæ est præcisa, vt notauit apost. ad glos. in l. 1. §. Si pecunia. in ver. omni. ibiq; notat Bal. in lect. antiq. ff. depo. Panor. in cap. Qualiter, & quando. nu. 4. de iudic. & apost. ad eum. Roman. sing. 1. Matthes. not. 112. Bart. Socyn. consil. 97. colum. 9. vers. Patet etiam hoc. lib. 2. Iason. in l. 1. sub num. 13. & sub num. 80. & apost. ibi. Cod. de iur. emph. Dec. cons. 1. ad fin. & consil. 382. numero. 2. Barbat. cons.

cons.64. sub nu.35. lib.1. Alex. ad Bar. in l. Imperator. in ver. Max. post prin. ff. de iur. fisc. Felyn. latiss. in c. Rodulphus. num. 34. de rescript. Ex hac igitur dictione omninò colligere possumus, mutationem voluntatis D. Bernardini: quapropter etsi de donatione mentio facta nō fuerit in testamento, nihilominus reuocata dicatur, sicuti in testamento loquitur Seraphin. dicto priuil.75. in fin.

Quartum de volūtate D. Bernardini circa hanc donationis reuocationem non obstabit, si aduertamus, quod D. Bernardinus voluit suum testamentū omnibus alijs suis dispositionibus præualere, cum clausula illa, Et omni meliori modo, cuius efficaciam eā diximus esse, quod importat specialem derogationem.

40 Et operatur clausula ista, ne restringatur dispositio ad specificata: ita Bal. & alij in l. Vinum. ff. si cert. pet. Ruin. consil. 54. nu.8. lib.4. Aym. cons.326. nu.15. & cons. p genero, n.207.

41 Ac etiam cum in testamento reuocauerit donationes caussa mortis, satis nominatim fuit reuocata donatio hęc nostra. Nominatim enim fieri dicitur, quā do exprimitur vocabulum speciei, licet nō indiuidui; ita Bal. per eum tex. in l. Titius. in prin. ff. de lib. & posth. Et satis expressum dicimus, quod verbis generalibus explicatur. l. Lucius ff. de vulg. Bar. in l.1. nu.7. & in l. Centurio. circa prin. eo. tit. & in l. Prætor. in prin. ff. de no. om. nuntiat. Dec. cons.259. nu.3. & cons.389. sub nu.11.

Ex quibus decisum fuit, donationem factam D. Dominico, reuocatam esse per testamentū paternum. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Quadragesimasecunda.

Decessit hoc anno de mense Octobris R. D. Domitius Rainerius Rector Parochialis Ecclesiæ S. Donati, qui dum vixit semper persoluit spolia, secundum compositionem, quam habet Clerus Perusinus cum R. Camera. Successor in dicta Parochiali prætendebat ab herede dicti D. Domitij fructus hoc anno recollectos; extantes tempore mortis D. Domitij, siue partem illorum pro rata temporis, vel saltem tot de fructibus prædictis, vt commodè possit se alere, & onera ipsius Ecclesiæ

sustinere vsque ad nouos fructus, & præcipuè persoluere annuam pensionem scutorum centum nouiter impositam à Sanctissimo D. N. in dicta Ecclesia, cuius primus terminus cadit in præsenti Natiuitate D. N. quo tempore nullos perceperit fructus. Fuit dubitatum nunquid sit audiendus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in vita æquiparatur vsufructuario: sed cum incipit infirmari, cōparatur vsuario: ideò in morte non potest disponere; & de fructibus beneficij non plus percipit, quam exigat necessitas vsus.*

2 *Fructus beneficij iustius sequuntur illum qui Ecclesiæ seruit, quam eum, qui desijt seruire; & propterea ex fructibus Ecclesiæ illud tantum est clerici, quod est necessarium ad eius vsum; de reliquo non potest disponere.*

3 *Fructus beneficij spectant ad clericum, quoad fidelem dispensationem, cum potius dicatur procurator, quàm dominus.*

4 *Successor in beneficio dicitur, quasi hæres prædecessoris.*

5 *Clericus decedens intestatus non transmittit fructus beneficij ad hæredes sanguinis, sed spectant ad successorem: & licet quærant doctores, an possit clericus disponere de fructibus beneficij: intelligendi sunt, si clericus testatur; quia intestatus decedendo sibi imputet.*

6 *Fructus beneficij sunt deputati pro oneribus beneficij totius anni. Vnde beneficiarius non transmittit ad hæredes fructus vltimi anni, sed pro rata temporis debentur successori, vt cum illis sustinere possit onera Ecclesiæ.*

7 *Fructus ante obitum beneficiarij collecti ad hæredes defuncti; pendentes verò ad successorem, pertinent.*

8 *Fructus efficiuntur hæredis beneficiarij defuncti, quando non solum sunt separati à solo, verum etiam in horreo reconditi.*

9 *Clerici omnes, Episcopis inferiores, ex generali consuetudine Ecclesiæ, testantur, & in vltima voluntate distribuunt bona, quæ ex redditibus Ecclesiarum adepta sunt, atque in eisdem intestati decedentes, successores habent parentes, Fratres, cæterosque cognatos.*

Et hæc testandi facultas, cum clericis Iure humano fuerit interdicta, potuit per consuetudinem huic Iuri positiuo derogari; & consuetudo ista valet.

10 *Consuetudo ista testandi per clericos est generalis in Gallijs, Hispanijs, & cæteris in locis.*

11 *Consuetudo facit illicitum, licitum.*

12 Com-

12 *Compositio facta à clero cum R. Camera super spolijs, efficit, vt hæres beneficiarij præmortui suc cedat in locum Cameræ.*
13 *Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
14 *Sum. Pont. est dominus beneficiorum, & potestatem habet liberam in rebus beneficialibus; & Papa habet plenam dispensationem, & administrationem omnium beneficiorum.*
15 *Clerici non benè vocantur vsufructuarij, & vsuarij, eo quia maior est clericorum facultas, quã vsuariorum, & minor usufructuariorum.*
16 *Clericus malè dispensando fructus beneficij peccat, sed distributa non reuocantur.*
17 *Pontifex Maximus quo ad administrationem bonorum omnium Ecclesiasticorum, tam mobiliũ, quàm immobilium est vniuersalis administrator; Particularis verò bonorum beneficiorum administratio competit beneficiarijs inferioribus, quibus Pontifex, pro sua cuiuscunque institutione, & titulo concedit: & propterea non est tractandum cui iustius debeantur fructus beneficij, an hæredi præmortui, vel successori.*
18 *Beneficiarius, & fideicommissarius videntur esse similes; & propterea fructus beneficij erunt diuidendi, sicuti diuiduntur fructus inter hæredes grauati, & eum, cui est restituendum fideicommissum, scilicet, quod omnes fructus, qui post acquisitum dominium ex caussa fideicommissi ex terra percipiuntur, ad fideicommissarium pertinere, licet maior pars anni ante diem fideicommissi intercessisse dicatur; & è contra omnes fructus, perceptos, pendente conditione, spectare ad hæredes grauati.*
19 *Clericorum hæredes stante compositione cum R. Camera, debent solummodo subministrare successori alimenta, vsque ad nouos fructus, arbitrio boni viri.*
20 *Pensio nouiter imposita est præstanda per eum, qui consensit, & non per hæredes præcessoris.*

De fructibus beneficij, quomodo vltimo anno diuidi debeant inter hæredẽ beneficiarij præmortui, & successorem in beneficio.

Diuino inuocato suffragio.


IN hoc articulo quã sæpe cõtrouerso inter hæredes beneficiarij præmortui, & successoré in beneficio, videbatur dicendum, quod successor deberet habere fructus vltimi anni.

1 Primò, Quia clericus in vita æquiparatur vsufructuario, qui potest de fructibus disponere.c.

tum de donat. Sed cum incipit infirmari, comparatur vsuario, ideò in morte non potest disponere,& de fructibus beneficij nõ plus percipit, quàm exigat necessitas vsus; secundum glos.in c.fin. de off. ordin.in 6.glos.3.in c.fin.de pigno.vbi Abb.dat.cõcord.glos.in c.fin.de pecul.clerico. ibiq; Barbat. col.2. alios citat Abb. ĩ repet. c.Cũ esset.q.2. de testa.multis comprobat, Calder. consil.2. tit.de pecul.clerico. Card. cons.110.& respondit
2 Anch.consil. 116. iustius esse, quod fructus beneficij sequuntur illum, qui seruit Ecclesiæ, quàm eũ qui desijt seruire. Soc. consil.32.num.2.lib.1.vbi post multos dicit, quod ex fructibus Ecclesiæ illud tantùm est clerici, quod est necessarium ad eius vsum; de reliquo autem nõ potest disponere. Bertrach.de Episcopis.part.4.colum.4.& 5. & Bertrand. cons.296.colum.2. lib.3. concludunt, quod neq; testari, neq; potest in successuros abintestato transmittere fructus beneficij. Hanc sententiam comprobauit Bellon. consil. 3. & Gig. conciuis meus de pens. quæst.52 in prin. hoc idem sentit; licet velit,aliud esse in pensionibus,quia illæ debentur hæredibus pensionarij, ex quo non sunt beneficium, nec veniunt nomine beneficij: eandẽ pariter differentiam inter pensionem, & beneficium facit Couar.in cap.Cum in officijs.num. 6. de testa.idem probarunt Robert. de Mont. consil. 25.inter consil. Gigan. Decian. consil. 37.num.15.& sequen.lib.2.Barbat. consil.33. num.1. lib.1. Ias. consil.75. colum.2. lib.3. Bolognin. ad consil.Anan.consil.81. num.4.Alber.consil.79.num. 15. Neuiz.consil.93. nume.17. Menoch. consil.39. nume.45. Surd. in punct. consil.333. numero.7. cum sequen. Et videtur firmasse Rot. decis.761.& 809. par. 1. diuerso. Franc. Marc.decis.446. nume.1.& sequen.Caualcan.decis.44. nume.3. par.1. Ludo.decis. Perusin.33. nume.15. & latè Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 22.num.39.

3 Et licet multa reperiantur Iura, quæ dicunt, fructus beneficij esse clerici, & ad eum pertinere; tamen intelligenda sunt, quò ad fidelem dispensationem; dicitur enim potius procurator, quam dominus.14. quæst.1.§.fin. Archid.post Inno. in cap.Statutum.§.Accessorem. de rescrip.in 6. & clerici dicuntur dispensatores,& facultatem habent disponẽdi de fructibus, sed canonice. c. Præcipimus 12. quæst.2.

4 Cumq; successor in beneficio dicatur quasi hæres prędecessoris. c.Conuenior. 23. q.8. glos.in c. 1. de solut. Propterea successor in Ecclesia S. Donati succedere debet D Domitio præcessori in his,quæ intuitu Ecclesiæ D.Domitius acquisiuit.ita doct. communiter

muniter in c. Relatū. il 2. vbi in specie Abb. col.2. vers. Nota,& tene mēti.& Couar.n.2.de testa.

5 Secundò. Postquàm D. Domitius nullo condito testamento ex hac vita migrauit, res clarior videtur, quod fructus percepti ex Ecclesia spectēt ad successorem, quicquid sit, quando clericus esset testatus. Et quanquā aliàs decedens intestatus, censeatur bona sua relinquere proximioribus, & succedētibus abintestato.l.Conficiuntur.ff.de iur.codicill. Nihilominus quando agimus de Ecclesiasticis red ditibus,aliud est;quia etsi multi velint, quod clericus possit de fructibus beneficij disponere etiam in morte,tamen hoc intelligitur, quotiescunq; expressè disposuit : nam si decedat intestatus,illi spectabunt ad successorem in beneficio, & non ad hæredem sanguinis. ita glos. in cap.Præsenti.in verb.Seruari.de off. ordin. in 6. Anch. d. consil. 116.nu.3. Calder.d.cons.2.vers. Puto concludendū.Io.de Anan. cōs.87. in prin.Card. d.cōs.110. Bellon. d.cōs.3.nu.8.Gig.d.cōs. 25.nu.26.& seq.& fuit de mente Ias.d.cōs.75. col.fin.lib.3.qui vlterius vult,ꝙ non sufficiat, eū simpliciter condidisse testamētum, nisi expressè de fructibus disponat : & hanc partē vidētur sequi omnes,qui quęrūt,an clerici testari possint de bonis seu redditibus sui beneficij: supponunt nempè,ꝙ si non testentur, successores sanguinis ea nō cōsequātur;aliud est enim ꝙ possint disponere, aliud verò ꝙ velint: & ex quo non disponunt, videatur voluisse, quod Ecclesia succedat.argumento d.l.Conficiuntur. §.pen. ff. de iur.codicill. Et imputandū videtur D.Domitio, qui cum posset disponere, non voluit; argumento c.1. & c.fin. de sucess.abintest. sic argumentatur Anan. d.cons. 87. in prin. Et cū elegerit D.Domitius viam clericatus,atq; ob hoc spiritus, & non carnis,videtur magis voluisse pro Ecclesia,quàm pro D. Rainerio eius ex fratre nepoti. hoc argumento in terminis nostris vtitur Surd. dict. cons.333. nume.11.

6 Tertiò. Ad fauorem admodum R. successoris facere posse videtur. Quod fructus beneficij sunt deputati pro oneribus ipsi beneficio incumbentibus toto anno, usq; ad nouos fructus : ita Gemin.per eum tex.in c.fin.§.Porrò.nu.4.de off.ordin. Gig. cōs.15.nu.8.& ob id beneficiatus non transmittit fructus vltimi anni ad hæredes suos, vti latè comprobat Bellon.d.cōs. 3. in prin. Tiraquel. in tract. le mort. seisit.8. declarat.3.par.in prin. nume.3. Sed pro rata temporis debentur successori, vt cum illis onera sustinere valeat; ita concludit Couar.var. resolut. libr. 1. cap. 15. sub numero. 12. vbi dicit existimare æquius, & Iure verius esse

N 3 fru-

fructus eius anni, quo mortem clericus obierit, indistinctè pro rata temporis ad defuncti hęredes pertinere, ob supradictam rationem; quia redditus prædiorum ipsius Ecclesiastici beneficij constituti, & deputati fuerūt à canonib' pro oneribus totius anni, donec noui fructus collecti fuerint; & rationi conuenit pro rata temporis diuidendas esse inter defuncti hæredes, & successorem in ipso beneficio: quam sententiam sequutus fuit Molin. de primog. lib. 3. cap. 11. num. 4. vbi dicit veriorem, & in forensibus cōtrouersijs receptā. Quapropter considerandum erit, quot fructus fuerint hoc anno recollecti in prædijs Ecclesiæ S. Donati: & facto calculo de tempore, quo post recollectionem fructuum superuixerit D. Domitius, & pro illa temporis rata assignandi erunt illius hæredi: residuum verò spectabit ad successorem.

Præfatis tamen minimè obstantibus, contrarium dicendū de iure mihi videtur in casu nostro, nēpè quod fructus præsentis vltimi anni recollecti à R.D. Domitio, & in horreo reconditi facti fuerint sui, & iure merito ad hæredes transmiserit.

7 Primò, Quia communis, & magis recepta sententia fuit, & est, quod fructus ante obitū beneficiarij collecti, ad hęredes defuncti; pendentes verò ad Ecclesiā, vel successoré integrè pertineāt. quod probatur in l. Si eius. ff. de re vendicat. in l. Si fur. ff. de vsufru. in l. Si vsufructuarius. ff. quib. mod. vsufr. amit. glos. ibiq; doct. in cap. Si propter: de rescrip. & in cap. Præsenti. de off. ord. in 6. glos. in l. 1. C. de anno. ciui. lib. 11. Hostien. Henryc. Card. Inno. & Barbat. in cap. vlt. de pecul. cler. Domin. in d. ca. Si propter. de rescrip. Franc. in d. cap. Præsenti. de off. ordin. in 6. Salyc. in l. Si pater. C. de vsufr. Florian. in l. Qui scit. §. Si alieno. ff. de vsurpa. Corsett. sing. in ver. Clericus. Afflict. in cap. 1. §. His consequenter. tit. Sic fin. lex. Hanc opinionem communem fatetur Alber. in l. Diuortio. nu. 12. ff. solut. matr. illamq; pariter communem pronūciat, Tiraq. de retract. tit. 2. glos. 4. in prin. Couar. var. resolut. lib. 1. d. c. 15. sub num. 12. & veriorem dixit, & à cōtrarijs defendit Nauar. de redditi. Eccles. q. 2. 14. monit. per tot.

8 Et licet glos. in d. c. Si propter. & in cap. Præsenti. & in l. Si fur. & in l. Ex diuerso. in prin. ff. de rei vendicat. velit, quod vt fructus efficiantur beneficiarij defuncti debeant esse non solum separati à solo, verum etiam in horreo reconditi; in casu nostro, & separata, & recondita fuerunt, frumentum, vinum, blāda, & legumina. Quapropter erant præmortui, qui ad hæredē suum legitimè transmisit.

9 Secundò, Ex consuetudine gene-

generalis Ecclesiæ Clerici omnes Episcopis inferiores liberè testantur, & in vltima voluntate distribuunt bona, quę ex redditibus Ecclesiarũ adepta sunt, atq; in eisdem, intestati decedentes, successores habent parentes, fratres, cæterosq; cognatos. Et hæc testandi facultas cum clericis Iure humano fuerit interdicta, potuit per consuetudinem huic Iuri positiuo derogari: vti latè defendit, & exornat Couar. in cap. Cum in officijs. nume. 9. de testa. Quæ consuetudo valet. c. Relatum. de testa. cap. Si propter. de rescrip. in 6. Quinimò Io. Andr. in cap. Nemo plus. de reg. iur. in 6. firmauit hanc consuetudinem valerè etiam in fructibus non perceptis. prosequitur latè Barbat. in c. fin. col. 5. de pecul. cler. vbi loquitur de consuetudine Mutinensi, quę habet quod Canonici testari possint de fructibus suæ præbendæ percipiendis intra annũ à die mortis. Bellon. d. conf. 3. nu. 9.

10 Et quod hæc consuetudo sit generalis, & vigeat in Gallijs, Hispanijs, & alibi, latè ponit Petr. Ceneda. in collect. ad dictum c. Cum in officijs. num. 2. de testa.

11 Quæ consuetudo facit licitũ, quod aliàs non liceret. l. Si pignore. §. fin. vbi Bar. ff. de pigno. act. Roman. in l. Certi conditio; §. Si nummos. ff. de cond. indeb. vbi expressè Ias. nume. 6. in fin. Ruin. cõs. 139. in fin. lib. 4. Aym. consil. 48. in fin. Roland. citatis alijs cons. 75. nu. 45. lib. 1. Nec non consuetudo ista præsumitur processisse ex caussa iusta. Bal. in l. De quibus. nu. 33. ff. de ll. Bellamer. conf. 31. col. 6. Natt. conf. 58. num. 3. vbi post glos. dicit, quod censetur rationabilis consuetudo, nisi in speciè sit reprobata. Ant. Gabr. com. opin. lib. 7. tit. de malef. conclus. 2. nume. 8. Surd. citatis his omnibus d. consil. 333. num. 5. & 6. Stante itaq; consuetudine hac nostra vt fructus vltimi anni ad hæredes præmortui beneficiati spectent, res remanet clara ad fauorem hæredis D. Domitij.

12 Tertiò, & supplicatur aduerti; Quod quicquid sit de Iure communi, hæres D. Domitij est in tuto, ob compositionem factam à Clero Perusino cum R. Camera, in qua apertè, & clarè declaratur spolia clericorum Perusinæ diœcesis nõ amplius spectare ad Cameram, sed ad clericorum hęredes, tam ex testamẽto, quàm abintestato: hęredesq; prædicti in Ius, & locum Cameræ succedant quo ad spolia; Modo si compositio inter R. Cameram, & Clerum Perusinum, facta non esset, vtiq; fructus hos nostros iã recollectos caperet Camera; sicuti videmus quando beneficiarij decedunt extra residentiã; quo in casu compositio nõ suffragatur, ac etiam in fructibus Episcopatuũ, quibus Episco

N 4 pis

pis decedentibus succedit Camera;eo quia non sunt comprehensi in cõpositione: vt pari modo videmus in dignitatibus Cõcistorialibus, quæ sunt exceptæ in compositione. Vnde si Camera succesisset,excluso successore in beneficio, pari ratione dicere debemus, ꝙ hæredes clericorum succedant, qui in locum
13 Cameræ fuerũt subrogati: postquàm subrogatus sapit naturã eius in cuius locum subrogatur. l.Si cum. §.Qui iniuriarum. ff. si quis caut. Ea enim,quæ iure cõmuni inspecto pertinebant ad Ecclesiam, vel successorem in
14 beneficio, potuit Sum. Pontifex ad se auocare, quia est dominus beneficiorum,& potestatem habet liberam in rebus beneficialibus. c.2. in fin. de præben. in 6. clem. 1. in fin. vt lit. penden.cap.Proposuit. de concess. præben. c. Si Papa. de priuil.in 6. doct.in cap.Quæ in Ecclesiarum. de constit. Dec. consil.157. num. 1. in fin. qui dicit, quod talia bona vulgò appellantur spolia.idẽ Dec.cons.341. nu.3. Bellon.cons.72. in prin. & cons. 76. in prin. Card. Zaba.in clem. 1. in prin. de Sum. Trinit. vbi affirmat, quod Papa habet plenam dispensationem, & administrationem omnium beneficiorum, & rerum singularium Rot. decis.855. in antiq. Bellamer. decis. penul. colum.3.versic.Item quia disputat.Mandos. cons.82. nu.2. Radoan. de spol. in prin.Vnde D. Raynerius hæres D.Domitij habebit fructuus controuersos vigore dictæ concessionis Apostolicæ,eoq; iure, quo Camera ante compositionem factam cum Clero Perusino capere potuisset. & ex hoc solido fundamento remouentur ea omnia, quæ superius in contrarijs adduximus. Quibus tamen specialiter respõdendo.

15 Primum nõ obstat quod Clericus in uita æquiparetur vsufructuario, in morte verò vsuario; Nã propositio ista non est vera: & clerici nõ benè vocantur vsufructuarij,& vsuarij, eo quia maior est clericorum facultas, quã vsuariorum, qui ex re, in qua vsum habent, nihil capere possunt,præterquam in solum vsum quotidianum: instit. de vsu. & habit.in prin. Et minor est clericorum facultas, quàm vsufructuariorum. & hanc differentiã inter beneficiarium, & vsufructuarium,ac vsuariũ tangit glos. sing. vbi latè Paul. & Andr. Sicul.in c. fin. de pecul.clerico.

16 Et quãquam verum sit, quod beneficiarij sunt tantummodo procuratores, & dispensatores redituum beneficij, & propterea, semota omni carnali affectione, in pauperes,& pios vsus dispensare debeant fructus, ac redditus Ecclesiarum: hoc tamen intelligendum velim, vt, si in dispensatione malè se gerant,peccent quidem, sed non per hoc distributa reuocantur:

Et

Et non ita de facili damnandi sunt clerici, qui cognatis distribuunt redditus suorum beneficiorum, quia dantur multi casus, vt ita dispensando non solum peccent, sed mereantur apud Deum, quod non est no-
17 strum modo discutere. Et ad id, quod dicebamus ex Anch. d. cons. 116. iustius esse, quod fructus beneficij sequantur illum, qui seruit Ecclesiæ, quàm illum, qui desijt seruire: aduertendum erit, quod Pontifex Maximus, quoad administrationem bonorum omnium Ecclesiasticorum, tam mobilium, quam stabilium est vniuersalis administrator, & Ius administrandi ea ad ipsum Sum. Pontificem pertinet. Particularis verò beneficiorum bonorũ administratio, competit beneficiarijs inferioribus, quibus Põtifex pro sua cuiuscunque institutione, & titulo concedit: & ex quo in prouisione huius Ecclesię Sum. Pontifex administrationem dedit D. Domitio; & vigore compositionis fructus ex illa perceptos eidem concesit, non est amplius quærendum, an iustius sequerentur successorem seruientem, vel mortuum, qui desijt seruire Ecclesię: postquã, vti diximus, Sum. Põtifex est totalis dominus beneficiorum; Etsi cõpositio facta non esset inter Clerum Perusinum, & Cameram, absque dubio Camera caperet hos fructus. & sic iustitia ista non est cõsiderabilis.

Secundũ, Quod D. Domitius nullo condito testamẽto decesserit, & ob id cessare quæ ex doctoribus adducuntur, posse beneficiariũ disponere de fructibus beneficij, cũ intelligãtur in testamento, & non ab intestato. Remouetur nẽpe, tũ ex generali cõsuetudine, de qua supra, cuius vigore clericorum bona ad hæredes ex testamento, & ab intestato deferuntur; tum etiã ex compositione cũ R. Camera, in qua apertè dicitur, ꝙ bona beneficiariorũ ex testamẽto & ab intestato esse debeant hæredũ ipsius beneficiati.

18 Tertiũ verò, ꝙ fructus beneficiorũ debeãt seruire pro oneribus totius anni, nos quoq; admittimus; sed ꝙ sint diuidenda pro rata tẽporis inter hęredes præmortui, & successorẽ, hoc negamus; & Coua. qui huius pronunciati auctor fuit, fatetur cõmunẽ esse in cõtrariũ. & Nauar. de redditib. Eccles. q. 2. 13. monit. nu. 2. non dubitauit firmare, ꝙ beneficiarius, & fideicõmissarius videtur esse quo ad hoc, similes; & certũ dicit inter grauatum, & inter eũ, cui restituẽdum est fideicõmissum, esse diuidẽdos fructus iuxta dispositionem l. Herennius. ff. de vsur. in qua cauetur, omnes fructus, qui post acquisitum dominium ex caussa fideicommissi ex terra percipiuntur, ad fideicõmissarium pertinere: licet

licet maior pars anni ante diem fideicommissi intercessisse dicatur;& è contra omnes fructus perceptos, pendente conditione, spectare ad hæredes grauati.

19 Sed nos versamur extra omnes difficultates, ex quo loco Cameræ successerant D. Domitius,& eius hæres:& sicuti R.Camera, nulla attéta temporis rata, fructus perceptos per D.Domitium apprehendisset, nisi cõpositio facta esset,& tantummodo successori in Ecclesia subministrasset aliméta, vsq; ad nouos fruct', vti practicatur quotidie, quando non est locus compositioni; ita quoq; hæres D.Domitij subrogatus in locum Cameræ, debet solummodo præstare successori, tantùm arbitrio boni viri, vt possit viuere,& onera Ecclesiæ sustinere, vsq; ad nouos fructus.

20 Et in hoc non erit curandũ de pensione imposita per Santissimum: nam cum pẽsio ista sit noua, circa eam nullũ habet interesse D.Domitius, vt illius hæres concurrere debeat ad illius solutionem. Et sibi imputet modernus Rector, quod huic annuæ pensioni consensit: debebat nempè præcauere, quomodo illam persolueret, cum certũ erat quod tẽpore pręstiti consensus, fructus erant recollecti,& recõditi in horreo. Vlterius, cum inter redditus Ecclesiæ S.Donati, sit nõ spernenda quantitas oliuarum, quæ, cum non sint separatæ à solo, absq; dubio cedunt moderno Rectori, qui ex oleo recolligendo poterit primũ pẽsionis terminum persoluere.

Et propterea decidendũ duxi, quod fructus omnes separati à solo,& recõditi in horreo à D. Domitio, sint,& esse debeant sui hæredis, qui tamen præstare tenetur moderno Rectori alimenta,& necessaria ꝑ Ecclesiæ oneribus arbitratu peritorum, vsq; ad nouos fructus, nulla habita consideratione pensionis impositæ. Laus Deo &c.

Alex. Amb. Vic. Gen.

Decisio Quadragesimatertia.

De anno 1517. R.D. Michael de Constantijs construxit, & dotauit ædiculam S. Christophori in territorio Perusino, cum reseruatione iuris patronatus pro proximioribus, & antiquioribus suæ familiæ, & secundum hanc suam institutionem, plures præsentationes factæ fuerunt à seniori, & proximiori. Modo cum obierit Rector dictæ Ecclesiæ, Donna Liuia senior de

de dicta familia, præsentauit R.D. Antonium Garzonum; & Fabritius frater eiusdem Liuiæ, sed iunior præsentauit R.D. Horatium Piracinum, qui vlterius fuit etiam præsentatus ab Antonio hærede Donnæ Franciscæ sororis Blasij, qui vltimo loco de anno 1574. præsentauit R.D. Bernardum vltimum Rectorem, per cuius obitum factus fuit locus præsentationi de præsenti facta. fuit dubitatum, quis præferendus.

SVMMMMARIVM.

1 *Possessio, seu quasi iurium incorporalium transit in hæredes absq; exercitio actus; sed contra. nu. 16. & seq.*

2 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præstandi Rectorē ad Ecclesiam, præfertur præsentato à vero patrono.*

3 *Ius patronatus regulatur ad instar successiouis rerum patrimonialium; & propterea stante statuto exclusiuo fœminarum, excluduntur etiam à iure præstandi.*

4 *Iuris patronatus fundator præsumitur, voluisse se conformare cū statuto suæ patriæ. Cuius contrarium nu. 26.*

5 *Fundatoris intentio est attendenda in iure patronatus; & qualitates, & conditiones omnes à fundatore appositæ in actu fundationis sunt omninò seruandæ.*

Quia morientium voluntates iuri conformes, seruandæ sunt. Et nō potest hæres qualitates, & conditiones in institutione beneficij appositas immutare, etiam cum consensu Episcopi, & solus Papa potest.

6 *Fundatoris beneficij voluntas est seruanda, ne retrahantur homines ab ædificatione Ecclesiarum.*

7 *Iuris patronatus sunt capaces mulieres, vti masculi.*

8 *Verba collectiua, & communia cōprehendunt tam masculos, quàm fœminas. Et appellatione propinquorum veniunt fœminæ, & masculi in vltimis volūtatibus, & in materia indifferenti.*

11 *Iuris patronatus patronus nō potest esse is, cui qualitates, & conditiones appositæ in institutione non competunt.*

12 *Qualificatum quando aliquid requiritur, non sufficit illud simpliciter interuenire, quia qualitas considerata restringit subiectum, cui adijcitur.*

13 *Qualitates duæ, quando requiruntur in aliqua dispositione, vna nō sufficit, sed ambæ requirūtur.*

14 *Qualitas senectutis, & proximitatis, requisita in iure patronatus, copulantur respectu eiusdem effectus, & quomodo.*

15 *Filij familiam, agnationem, & cōsanguinitatem patris, & non matris*

matris sequuntur. Et propterea propinquior in sanguine testatori praefertur cöiuncto per sexum foemininum.

16 *Possessio est quid facti; & ideò non trãsmittitur ad haeredes ẽt suos.*

17 *Possessio incorporabilium non trãsit ad heredes sine apprehẽsione.*

18 *Statutum, quod possessio defuncti continuetur in haeredem, intelligitur de primò haerede, & nõ de haerede haeredis.*

19 *Legis virtus in applicatione consistit.*

20 *Statutum exclusiuum foeminarũ intelligitur abintestato excludere, & non in casu testamenti.*

21 *Statutũ excludens foeminas dotatas, intelligitur à successione dotantis.*

22 *Statutum exclusiuum foeminarum ab haereditate ascendentium, non militat in successione transuersalium.*

23 *Haeres non dicitur, qui non adiuit haereditatem, licet fuerit institutus.*

24 *Statutum exclusiuum foeminarum non procedit, quando agitur de succedendo clerico.*

25 *Statutum exclusiuum foeminarum, si militaret in successione clericorum, principaliter ligaret clericos, cum daret eis successorem, quem forsitan ipsi noluissent. Et sicut persona clericorum non ligãtur laicali statuto, ita nec eorum bona, quae regulantur secũdum personarum conditionem.*

26 *Praesumptio, quod testator voluerit se conformare statuto, non procedit in interpretatione testamentorum clericorum.*

De iure patronatu relicto seniori, & proximiori de familia, an foemina senior in pari gradu propinquitatis praeferatur in praesentando masculo iuniori.

Diuino inuocato suffragio.



Ontendũt in hac praesentatione Rectoris Ecclesiae S. Christophori frater, & soror & vnus quisq; praetendit praelationem: quapropter, re discussa, videbatur prima facie decidendum ad fauorem praesentati per Fabritium masculum.

1 Primò. Quia ipse fuit praesentatus etiam ab Antonio, qui est in quasi possessione praesentandi, cum sit haeres Franciscae sororis Blasij, qui vltimò loco de anno 1574. praesentauit Rectorem, ad tradita per Bal. in l. In suis. ff. de lib. & posth. vbi dicit, quasi possessionem iuriũ incorporalium, trãsire in successores haeredes, absq; exercitio actus; per quẽ inducitur quasi possessio: & Bal. sequitur Lambert. de de iur. patro. in 1. par. prin. lib. 2. art. 12.

2 Ex qua quasi possessione oritur

tur conclusio Iuris, + præsentatum ab existenti in quasi possessione præsentãdi præferẽdũ esse præsentato à vero patrono. Dec. cons. 111. col. 2. cõns. 126. & cõs. 134. col. 2. Alex. cons. 74. col. 3. lib. 4. & est cõmunis, vt testatur Roland. cõs. 42. nu. 27. cum seq. lib. 1. alios quàm plures, hoc idẽ affirmantes congerit Menoch. cons. 9. nu. 125. Aym. consil. 322. col. 6. versic. 7. Acchill. de Crass. decis. 5. & habemus tex. c. Consultationibus; vbi omnes de iur. patro. & respõdit Oldr. cõs. 312. quod in materia Iuris patronatus attẽditur vltimus status; Et ob id præsentatus ab Antonio hærede hæredis vltimi præsentatis, venit præferendus.

3 Secundò. Si etiam attendimus præsentationem factam à Fabritio, filio masculo, & hærede Achillis ipsius, & Liuiæ patris, qui eũdem præsentauit, quẽ præsentauerat Antonius supradictus, idem affirmare debem', cum vigeat statutum in hac Ciuitate Perusiæ, quod stantibus masculis, fœminæ dotatæ excludantur ab hæreditate patris; sed sic est, quod Ius patronatus regulatur ad instar successionis rerum patrimonialium c. Ex litteris. & cum c. Cum seculum. de iur. patro. clem. fin. eo. tit. Ideò præsentatio facta à dicta Liuia nullius est roboris; quia excluditur à Iure patronatu, vt in terminis post Anch. Feder. de Sen. Abb. Laur. de Palat. Paul. de Castadin. & Fermian. quos citat, tradit Lamber. de iur. patro. lib. 1. 2. par. princ. q. 15. art. 2. quibus addere possum' Arno. sing. 68. & Brun. in tract. exclus. fœmin. art. 8. nu. 117. ad cuius quidem statuti cõformitatem, fundator d. patronatus voluisse ita disponere, præsumendum dicit Bar. in l. Hæredes mei. §. Cũ ita. nu. 4. ff. ad Trebell. quem magis communiter sequuntur doct. teste Soc. consil. 51. num. 33. lib. 4. & Socyn. iun. consil. 168. nu. 63. in fin. lib. 2. multos adduximus decis. 10. num. 4. 1. par. Quapropter Liuia, vti exclusa fuit ab hæreditate communis partis, ita quoque censenda videtur exclusa ab hoc Iure præsentandi. vnde succedit, quod, non attenta illius præsentatione, admittendus sit præsentatus à masculo.

His tamen non obstantibus meliora iura in præsentãdo hũc Rectorem habere Donnam Liuiam dicebam. ad quod demon
5 strandum, præmittendum velim, qualitates, & conditiones per fundatorem appositas in constructione, & fundatione huius nostri patronatus omninò esse seruandas; tum quia morientium voluntates Iuri conformes sunt ad vnguem seruandæ. §. Disponat; authent. de nup. c. Vltima voluntas. 23. q. 3. & in puncto. Bero. cons. 5. nu. 6. lib. 1. vbi respondit, quod hæres non potest qualitates, & cõditiones,

quas

quas testator in beneficio instituit,& qualitates annexas beneficio tempore, quo institutū fuit,etiam de consensu Episcopi immutari; quia voluntas testatoris, & forma, ab eo tradita seruanda est in forma specifica; nec potest in aliud sine licentia Papæ commutari: & Bero. sententiam amplexatus fuit Lābert. de iur. patro. lib. 1. q. 9. 1. par.

6 Ac etiam, quia si aliter fieret omnino retraherentur homines à constructione Ecclesiarum, & Beneficiorū. ita Felyn. in tract. quand. litt. vers. Corroboratur. vbi enumerat fauores, qui cōceduntur laicis, vt feruentius, & animosius ad huiusmodi cōstituenda beneficia inducātur.

7 Secundò præmittendum erit, fęminas vti masculos admitti,& esse capaces Iuris patronatus, ac habere Ius præsentandi. c. fin. vbi Abb. de concess. præben. Bero. in c. 1. de iur. patro. Hostien. in sum. eo. tit. §. Qualiter transferatur. doct. in clem. 2. eo. tit. Cassad. decis. 1. eo. tit. Io. de Selu. in tract. benef. q. 15. num. 16. Iosef. Ludo. com. opin. conclus. 42. prope fin. Rocch. de curt. de iur. patro. in verb. Competit. q. 1. & in ver. Ipse. vel is. q. 6. nu. 15. Paul. de Citta. eo tract. q. 1. nu. 3. & latissimè disputādo articulariter hanc partem tenet Lambert. in d. tract. lib. 1. par. 2. q. 2. prin. art. 1. nu. 30. & respondit consultus Hiero. Gabr. cons. 195. nu. 4. lib. 2.

8 Tertiò, & vltimò præmittendum duxi. Quod illa verba fundatoris d. Iuris patronatus, & electio Rectoris spectet, & pertineat ad seniorem, & in sanguine propinquiorem ipsi domino Michaeli, vsque in infinitum, cum sint collectiua, & cōmunia, apparet voluntatē ipsius fuisse fœminas, vti masculos habere facultatem eligendi Rectorem; quoniam appellatione propinquorum veniunt fœminæ, & masculi, maximè in vltimis voluntatibus, & in materia indifferenti; in quibus casibus masculinum concipere fœmininum dicit Dec. in l. 2. ff. de reg. iur. & in cons. 527. nu. 5. & cons. 648. nu. 3. & latè de huiusmodi collectiuo, & communi nomine propinquorum tradit Aym. cons. 656. num. 7. & appellatione consanguineorum fœminæ etiam veniunt. Tiraq. de retract. cōsang. §. 1. glos. 9. nu. 202.

Vlterius perpēdēda sunt verba fundatoris in ipsius fundatione apposita, ibi: & casu quo per aliquod tempus fuerit adēpta auctoritas eligendi domui, & consanguinitati in perpetuū d. testatoris.

9 Verbum enim illud, domus, comprehendit masculum, & fęminam. l. 1. C. Si quando præd. post Curt. iun. cons. 49. num. 6. q verbū prolatum à testatore debet intelligi de familia,& agnatione. Bar. in l. Pronunciatio. §. Fami-

Familiæ.ff.de verb.signif.ibique Rebuff. Alex. conf.213.num.3.
10 lib.3. Soc.iun.conf.94.lib.1. Et in puncto ,quando sunt vocati antiquiores ex descẽdentibus, vel ex familia alicuius fundatoris Iuris patronatus,quod ęque propriè comprehendantur fœminæ sicut masculi, & successiuè quod possint præsentare,tenet post Alex. Paris. & Soc.Hiero.Gabr.d.conf.195.nu.3.lib.2. & cõferunt allegata per Anch. conf.81. & per Cassad. d. decis. 1.tit.de iur.patro.& quæ firmauit Rot. decis. 385. parte prima in nouiss.

His ista præmissis, mouebar ad decidendum pro præsenta-
11 to à Donna Liuia. Quoniam quando Ius patronatus competit conditionaliter, & qualificatiuè, vt potè senioribus de parentela fundatoris,tunc si ille, qui præsentari intendit,non habeat hanc qualitatẽ,non potest esse patronus: ita consultus respondit Card. Florent.consil. 48.quẽ refert, & sequitur Rocch. de Curt. in tract. de iur.patro. ver.Ipse vel Is.nu.77. Lamber.eo.tract.8.art.2.q.prin.par. 2.in prin. amplians hoc dictum ex mente d. Card. quod isto in casu, ille senior de parentela, cũ sit vocatus sub dicto nomine collectiuo parentelæ, nõ potest Ius sibi quæsitum in præiudiciũ successiui senioris parentelæ in extraneum transferre; quod etiam repetit eo.lib.art.33.nu.2.

12 Et pro ratione assignari potest, quia quãdo aliquid requiritur qualificatum, non sufficit, illud simpliciter interuenire. l. Fulcinius. §. Cum hoc. vbi Bar. ff. ex quib.caus. in posess. cat. Qualitas enim considerata restringit subiectum,cui adijcitur & ex diuersitate qualitatum diuersificantur actus, & dispositiones.l.Hoc legatum.ff.de leg. 3.l.Cogi. C.de petr.hæred. Bero.conf.142. nu.11.lib.3.
13 Modo in præsenti casu, qualitatem senectutis non interuenire in Fabritio, plusquam satis comprobatum fuit:& licet adsit altera qualitas consanguinitatis,hæc tamen non est sufficiẽs; quia quando duæ qualitates, & conditiones requiruntur in aliqua dispositione, vna non sufficit, sed ambæ requiruntur. l. Generaliter. C.de instit. & substit. l.Lucius. ff.de hæred.instit vbi illæ conditiones, quod institutus decedat sine liberis, & abintestato, si altera ipsarum conditionum adimpleatur,non esse locum substitutioni, dicunt
14 iura illa. Ratio prædicta est in casu nostro: quia illa duo senectus, & propinquitas in sanguine copulãtur, respectu eiusdem effectus: & dicitur oratio complexiua duo copulans, non per modum demonstrationis, sed per modum, vt ex duabus, vnũ fiat: vt in simili tradit Bal. in l. 1.q.11. C.de iur.emph. affirmans emphiteusim concessã

cum

cum illis duabus, qualitatibus, scilicet filijs,& hæredibus,si copulatiuè non interueniant, in inuestitura non verificatur;sequitur Alex.consil.44. num.1.lib.1. Clar. in §. Emphiteusis. q. 37. vers.Aut verò est concessa. Bursat.cons.31.nu.12.

Postquam igitur in Fabritio non concurrit senectus,& in Antonio paritas gradus consanguinitatis,remanet clarũ, quod eorum præsentationes non sunt attendendæ: quod apertius dignoscetur ex responsione contrariorum.

Contraria verò supra deducta labefactantur, si primæ præsentationi factæ ab Antonio respondendo,dicamus,ipsum Antonium non esse in pari gradu cum Liuia ipsi D. Michaeli fundatori;vti ex processatis liquet.

15 Addatur etiam, quod d.Antonius non potest appellari de sãguine d.fundatoris:quia filij, & filiæ familiam, agnationem, & consanguinitatem patris, & nõ matris sequuntur.d.l.Pronũciatio. §.Familiæ.il 2. ff. de ver.sig. Bero.cons.83.nu.10.lib.2.& cõsil.95. num.22.& seq.eo lib.latè insistendo respõdit,propinquiorem in sanguine testatoris præferendum esse coniuncto per sexum fœmininum, cũ propriè nõ dicatur cõsanguineus, iuribus, rationibus,& auctoritatibus, p eum adductis. Antonius verò descendit ex fœmina de familia R.D.Michaelis fundatoris:quapropter non potest concurrere cum Liuia, quæ est de sanguine ipsius fundatoris.

16 Nec resistit allegata in cõtrarium Bal.doctrina,quod scilicet ius præsentandi penes defunctũ existẽs,trãseat in hæredes absq; noua apprehensione: quia Bal. dictum non est verum ita generice sumptum; ex quo possessio cum sit quid facti, nõ transmittitur ad hæredes, etiam suos. l. Cum hæredes. ibiq; doct. ff. de acq.possess.vbi Alex.de communi testatur.& in l.Possideri; vbi

17 etiam Ias.nu.30.& 31.ff.eo.sicuti ergo possessio in corporalib' non transit ad hæredes ẽt suos, sine noua apprehẽsione,ita pari modo in incorporalibus, vti est Ius patronatus,non transit possessio sine actu facti;vti post Calder.Rocch.& Alex.dicit in puncto Verall. decis.135. par.2.vbi hanc partẽ tanquam magis cõmunem firmauit Rot. reprobatis Bal. & Lambert. quod etiam affirmat Achill. de Crass. decis.

18 5.tit.de caus.possess.& propriè. & prædicta tanto magis habent locum iu casu isto, cũ Antonius sit hæres Franciscæ hæredis Blasij,quo in casu dato quod vigore statuti possessio defuncti cõtineretur in hæredem,tamen cũ tale statutum sit contra Ius cõmune,tanquam odiosum restringitur ad primum hæredem, non autẽ in hærede hæredis; vt post Tiraq.Alex.Plot. & alios conclu dit Borgni. decis.23.n.66.par.2.

Secun-

Secundum desumptum à statuto exclusiuo fœminarum non obstat, quia ad casum nostrũ nõ
19 applicatur; & legis virtus in applicatione cõsistit. vulgata. l. Nõ solum. §. Qui primipilium. ff. de excusat. tut.

20 Primò enim dicimus, statutũ loqui quando agitur de succedendo parentibus ab intestato morientibus, & non quãdo succeditur ex testamẽto. Quare cũ verba statuti deficiãt, deficit ẽt dispositio; nec dictũ statutũ potest cõpræhendere casum testamenti, cum verba ad ipsum non adaptentur: vt his, & similibus rationibus in terminis argumẽtatur Soc. cons. 30. nu. 30. in fin. & nu. 31. cum seq. lib. 1. & comprobat Brun. de statut. exclus. art. 8. in 6. q. nu. 16.

Cumq; superius in tertio præmisso demõstrauimus, fœminas, vti masculos ex mente fundatoris nostri patronatus admitti, cũ loquatur p verba collectiua, meritò arguere nõ debemus de caussa ĩtestati ad caussã testati.

21 Secundò respondetur, statutũ esse intelligendum, si ageretur de hæreditate Achillis patris Liuiæ, & Fabritij; quia excludẽdo fœminas dotatas, necessariò voluerunt statuentes illas excludere à successione paterna, cuius officium est filias dotare; & ꝙ statutum huiusmodi intelligatur de exclusione hæreditatis dotantis tantum, post innumeros allegatos per Ant. Gabr. com. opin. lib. 6. tit. de statut. cõclus. 7. ita ꝑ hac opinione semꝑ iudicasse Senatum Pedemont. testatur Thesaur. decis. 62. nu. 2.

22 In casu autẽ controuerso tractatur de successione transuersalium, & collateralium; & sic de hæreditate R. D. Michaelis patrui magni fundatoris d. Iuris patronatus, à qua quidem successione d. Liuia nõ excluditur. l. 3. §. 1. ff. de leg. præst. vbi dispositio exorbitãs facta de liberis, & ascendentibus, non trahitur ad fratres, & collaterales, eo qa statutũ, cum disponat cõtra Ius cõmune, & plura ex generalitate ipsius posset operari, ideò sẽp venit interpretandũ, vt vnũ tãtũ operetur, adeò ꝙ minus Iuri cõmuni deroget. ita Abb. in c. Cũ dilect. de cõsue. ꝓsequitur Rom. cõs. 180. Alex. cõs. 116. li. 6. & latè cõprobat Fęlyn. in c. 1. de cõstit.

23 Augetur illatio ista, cũ nũquã Achilles cõmunis pater Liuiæ, & Fabritij præsentauerit aliquẽ Rectorẽ. nõ potest dici hæreditatẽ d. R. Michaelis effectã fuisse hæreditatem ipsius Achillis, ad tradita per doct. in l. 1. §. Veteres. ff. de acq. possess. & per consequens, cum non tractetur de hæreditate præfati Achillis, fœminas vigore statuti excludi non posse; fatendum erit.

24 Vltimò respondetur, quod licet sit magna altercatio inter nostrates, an statutũ huiusmodi exclusiuum fœminarũ stantibus masculis, habeat locum, quãdo

O tra-

tractatur de hereditate alicuius clerici; & dubitauerit Roman. sing.441.magis tamē communis est opinio negatiua,quā sequuti fuere Immo.in c.Quod clericus. sub nu.4.de for.compet.Add.ad Roman. d.sing.441.Alex.consil. 44. num.5.lib.5.scribentes in c. Cum Ecclesia S.Mariæ.vbi Abb. nu.7. Dec. sub nu.53.de constit. Brun. de stat. exclus. art.8. q.2. nu.9. Geotg.Natt. eo.tract.q.3. nu.90. Ruin. cons.195.nu.4.lib. 2.Rip.cōs.81.nu.6. & hanc partem in iudicando fuit sequutus Senat. Mantuan. teste Surd. de-

25 cis.Mant.20.Ratio autem à præcitatis omnibus hęc desumitur, quia d. statutū principaliter ligat personam clerici, dando ei successorem, & hæredem,quem fortasse ipse noluisset, vti animaduertit Surd. vbi ꝓximè sub nu.10.Et sicut personę clericorū non ligantur statuto in personā loquente, vti firmauit Surd.cōs. 2.per tot.nec etiam ligātur eius bona,quę regulantur secundum personarum cōditionem.l.Paulus.ff.de acquiren.hæred.& c.1. de Iur.patro.Dec.in d.c.Cū Ecclesia S.Mariæ.nu.18.ergo Liuia non erit exclusa à facultate pręsentandi Rectorem d. Iuris patronatus fundati à clerico.

26 Nec obstat supra allegata cōiectura, fundatorem huius Iuris patronatus voluisse disponere iuxta statuti dispositionē; quoniam manifestè ex verbis ipsius fundationis colligitur cōtrariū; & coniectura desumpta à statuto non habet locū ad interpretandum testamētum clerici; ita Alciat. consil.9. num.3. lib.6.& latè Paul. de M.Pico.in repet. l. Titia cum nuberet.nume.58.ff. de leg.2.

Et propterea decisum fuit ad fauorem pręsentati à Donna Liuia. Laus Deo.

Alex.Ambr.Vic.Gen.

Decisio Quadragesimaquarta.

Decessit aliàs de anno 1548. Illust. & Excell. D.Io.Baptista de Danzettis, eius vltimo condito testamento, in quo vniuersales hæredes instituit Ill.D.Sebastianum eius filium, & Bartholomæum nepotem testatoris ex filio præmortuo.

Quibus, & ipsorum filijs masculis, & fœminis facta opportuna prouisione, vt in dicto testamento, tandem dictis Sebastiano, & Bartholomæo quandocunq; decedentibus ambobus sine filijs legitimis, & naturalibus masculis, vel fœminis, tunc & eo casu

su omnibus sic decedentibus, ut supra dictus testator eius hæredem universalem substituit, & esse voluit Ill. D. Lauram eius filiam legitimam, & naturalem in eius vita tantum, & non ultra, dans ipse testator eidem, atq; concedens tantummodo facultatē, & potestatem alienandi, & disponendi de bonis, & hæreditate præd. pro quantitate scutorum quinquaginta tantum, & non ultra.

Post verò mortem præfatæ Ill. D. Lauræ substituit, ac eius hæredes esse voluit omnes eiusdem testatoris proximiores masculos unū, vel plures de eius familia, vel domo Danzettorum tātum, & hoc pro conseruatione agnationis, & domus Dāzettorū. Mortuo dicto testatore decessit Bartholomæus eius nepos, & post illum D. Laura; & ultimo loco D. Sebastianus, omnes sine filijs, qui D. Sebastianus universalem hæredem instituit Hospitale S. Mariæ de Misericordia de Perusia; quod quidem mediante eiusdem Hospitalis Ministris dictam D. Sebastiani hæreditatē agnouit Insurrexerunt modò proximiores de Danzettis prætendentes euenisse casum eorū vocationis, & petierunt ab Hospitale bona omnia q. D. Io. Baptistæ detractis, si qua sunt detrahenda. Domini verò Priores Hospitalis prætendebant, non euenisse casum eorum fideicommissi, & caussa introducta quærebatur quid esset de iure decidendum.

SUMMARIUM.

1 Fideicōmissum dicitur onus, et grauamē, & in dubio præsumitur, ꝙ bona relicta fuerint libera hæredib⁹ scriptis, ꝙ declaratur n. 25.

2 Fideicōmissum, qui dicit fuisse ordinatū, debet probare; nec sufficit, ꝙ testator illud voluerit ordinare, nisi ita disposuerit. Cum in dubio semper contra fideicommissum pronuncietur.

3 Fideicōmissarius agens ad fideicom. relictū familiæ, non solum debet ꝓbare, esse de familia, sed in specie ꝓbare tenetur, esse de familia testatoris; cū in Ciuitate multæ possint esse familiæ eiusdem nominis, quæ tamen nullo vinculo cō-

sanguinitatis sint coniuncta.

4 Ordo praecogitatus à testatore si turbetur, eo quod adhuc permanentibus in vita haeredibus, substitutus moriatur, substitutio euanescit, & non potest trahi ad casum, quo substitutus praemoriatur haeredibus.

5 Substitutio vulgaris expirat haerede adeunte, et resoluitur in fideicommissaria, quae, praemoriente substituto in vita haeredis, caducatur.

6 Substitutio, licet aliquando extendatur de vno casu, ad alium, nũquam tamen extenditur, vel rarò, de vna persona ad aliam diuersam, etiã si adsit praesumpta mens testatoris.

Et multo minus de vno tempore ad aliud tẽpus, sed declaratur numero. 27.

7 Dictio, tunc, & eo casu, est restrictiua, & limitatiua, ac extremitatem temporis denotans.

Praecipuè iunctis verbis sic, vt supra, quae sunt illatiua, & repetitionem inducunt strictè ad casũ praecedentem, quod declaratur nu. 30. & 31.

8 Conditio apposita substitutioni factae haeredibus si decesserint sine filijs, est penitus voluntaria, & non necessaria ad vulgarem, quae solum concipitur in casum voluntatis, vel impotentiae.

Effectus dictae conditionis refertur.

9 Substitutus secundo loco, non potest succedere haeredi, si primus substitutus moriatur, viuente haerede; licet postea haeres decederet sine filijs, quod declaratur num. 32.

10 Verbum, Quandocunq;, in substitutione importat compẽdiosam, sub qua continetur vulgaris.

Nihilominus verbum, Quãdocũq;, restringitur ex verisimili voluntate testatoris, ita vt verbis, & mente testatoris repugnantibus, impossibile est, quod compendiosa sub se contineat vulgarem.

11 Agnationis conseruandae fauor, nõ consideratur, nisi in casu ordinato à testatore.

12 Substitutio prima, etsi possit dici cõpendiosa, secunda tamẽ facta de proximioribus, dicitur merè fideicommissaria, non obstantibus verbis directis, haeredem esse voluit, quae sub se nullam vulgarem habet, & expirat adeunte haerede; quod declaratur num. 35.

13 Substitutionum gradus videntur subordinati adinuicem, scilicet, vt primo succedant haeredes, post haeredes substituti, & deinde alij substituti; & ordine isto destructo, ac turbato propter mortem primi substituti in vita haeredum, caeterae substitutiones censentur caducatae; cum medium defecerit, per quod perueniebatur ad finem; sed declaratur nu. 37. & seq.

14 Substitutionum pluribus gradibus factis, & vltimo loco proximioribus vocatis, cui dicantur substituti, an haeredibus, vel substitutis, demonstratur, & nu. 36. dilucidatur.

15 Sub-

15 Substitutio facta conditionaliter, purificatis purificandis, perinde est, ac si à principio pura fuisset.

16 Fideicommisso honoratus, si viuo testatore decedebat, etiam, quod aliũ substitutũ haberet, in caussam caduci, deuoluebat de Iure antiquo. Quod fuit correctum, & in casum caduci, deuoluta bona remanent apud hæredes, legatariosve, pr.mo loco granatos. Nisi gradui caducato, datus sit coniunctus, vel alius substitutus.

17 Substitutio facta hæredibus, quandocunque decedentibus sine filijs, dicitur compendiosa. Quæ compendiosa non actu, sed potentia plures sub se cõtinet substitutiones: actu autem illam solam, quam casus, & futurus euentus attulerit: idque quomodo sit, declaratur.

18 Substitutionum quando facti sunt plures gradus, si deficiunt primi gradus, subingrediuntur vocati in gradibus subsequentibus, vsque ad vltimum gradum.

19 Substitutio prima, quando est compendiosa, etiã secunda post mortem facta, dicitur compendiosa, licet sine verbo, quandocunque fuerit cõcepta, et redditur ratio.

20 Substitutus substituti, dicitur substitutus primi hæredis instituti, & huius enunciati effectus demonstratur.

21 Testator, quãdo voluit bona conseruari in agnatione, dicitur cõstituisse perpetuũ fideicommissum.

22 Hæres, si præmoriatur testatori, quo casu non possit adiri hæreditas, & caducatum sit testamentum. Si tamen apposita sit clausula codicillaris, non obstante caducitate institutionis, substitutus debet succedere.

23 Substitutio vna, quando est clara, & alia subsequens potest aliqua de caussa, aut ratione dubbia effici, deseruit præcedens substitutio, pro legitima declaratione alterius subsequentis dubiæ.

24 Substitutio prima, quando euenit non est curandum, si secunda cõditio purificata sit, an non.

25 Substitutio vulgaris inest in compendiosa, & quia verba non debent stare sine operatione, vulgaris esset otiosa, nisi operaretur suum effectum, scilicet, quod habeat locum, etiam in casu, quo prædecessit substitutus secundus in vita hæredis; & assignatur ratio.

26 Fideicommissum est fauorabile, q̃do testator clarè, & apertè mãdat bona cõseruari in agnatione.

27 Familia, & domus non potest intelligi effectiuè, sed contentiuè, & comprehensiuè.

28 Extensio in fideicommissis fit ex capite vulgaris comprehensæ in compendiosa. Præsertim ex verisimili mente testatoris, qui idem disposuisset, si casum, & euentum de quo contingit dubitari, præuidisset.

29 Substitutus secundus succedit ex propria substitutione, & non ex persona primi substitituti.

30 *Dictio, tunc, & eo casu, in substitutione vulgari, nihil releuant pro exclusione consimilis casus, qui euenit.*
31 *Fideicommissis ordinatis fauore agnationis, & pro illius conseruatione, dictiones limitatiuæ, et restrictiuæ tunc, & eo casu, non obstant.*
32 *Substitutionis primæ, quando deficit conditio, substitutus secundo loco non succedit; secus verò quando prima substitutio purificatur.*
33 *Ordo à testatore præcogitatus, quomodo intelligatur.*
34 *Ruin. conf. 99. lib. 2. & in cõs. 135. lib. 3. damnatur.*
35 *Substitutiones vulgares, non expirant omnes, hæreditate adita: & quomodo procedat, demõstratur.*
36 *Substitutio facta de proximioribus, altero primo substituto, & non hæredibus, dicitur facta impersonaliter. vnde caducato primò gradu, subingreditur secundus; etsi aliter diceretur, esset interpretatio impia, tamquàm repugnans menti testatoris.*
37 *Substitutio vulgaris dependit ab aditione, vel non aditione hæredis: & mors primi substituti, viuẽte hærede, non officit, alijs substitutis, quinimò ipsos iuuat, cũ, de medio sublato primò substituto, aperta sit via cæteris.*
38 *Substitutio impersonaliter facta, intelligitur facta primis hæredibus, et nõ substitutis primò loco.*
39 *Testatori succeditur in fideicommissis, & non grauato, ideò ad sustinendum grauamen impositũ post mortem Lauræ, sufficit quod grauatus potẽtialiter fuerit honoratus, in euentum in quem superuixisset hæredibus institutis.*

De primo substituto, viuo hærede instituto, mortuo, an locus factus sit secundo substituto, decedente hærede sine filijs.

Diuino inuocato suffragio.



IN proposita quęstione ad fauorem Hospitalis dicẽdũ esse multa facere posse videbantur.

1 Primò quia fideicommissum dicitur onus, & grauamen. l. Cohæredis. §. Cũ filiæ. vbi post glos. in ver. Nullum. omnes notant ff. de vulg. & pup. l. Ab eo. C. de fideicom. diciturq; quid odiosum Crass. in §. Fideicommissum. q. 2. Et ob id præsumitur libera fuisse relicta bona hæredibus scriptis. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 67.

2 Et qui dicit fideicommissum fuisse ordinatum, debet probare; nec sufficit, quod testator illud voluerit ordinare, nisi ita disposuerit. Bal. in l. Quidam cũ filium. ff. de hæred. instit. in fin, Et debet probare, quod casus fideicõmissi euenerit. l. Qui hæredi. §. Plautius. ff. de cõd. & demon-

monstrat. vbi Bar. Et Soc. Sen. Surd. decis. Mantua. 210. num. 5. cum seq. eo quia ad exclusionẽ prętendẽtis fideicõmissum sufficit dicere, fideicommissum hoc casu nõ loquitur. Aym. cõs. 208. sub nu. 3. & firmauimus in decis. 7. nu. 2. primæ part. Immo. in casu dubio semper contra fideicõmissum pronũciandum esse, cõprobat Bursat. cons. 371. vsq; ad nu. 12. Rot. Rom. decis. 698. part. prim. in nouiss. Hondad. cõs. 78. nu. 8. cum seq. lib. 1.

Cum ergo multa adduci possint contra fideicommissum prætensum, videtur contra proximiores pronunciandum.

3 Secundò accedit. Quod multæ extant familiæ de Danzettis in Ciuitate Perusię, prout colligitur ex testamento ipso: ergo non sufficit, quod actores se dicant, probauerint ve simpliciter esse de familia Danzettorũ; sed debebant probare in spetie, esse de familia ipsius testatoris; quod minimè probarunt; igitur sunt repellendi ad notata per Hondad. cons. 81. sub nu. 5. lib. 1. Curt. sen. cons. 40. sub nu. 13. & seq. Menoch. cons. 30. nu. 13. cum seq. & plenius cõs. 458. nu. 1. & 2. Multæ enim sunt familiæ eiusdem cognominis in hac Ciuitate, & in diuersis partibus Orbis, quæ tamen nullo vinculo consanguinitatis sibi attingunt, vt omnes præcitati rectè obseruant.

4 Tertiò. Cum testator hæredibus substituerit D. Lauram, & & post mortem eius proximiores, præ se tulit in ista ordinata substitutione velle, vt primo succederet D. Laura, ac deinde ipsos agnatos proximiores; Verũ cum turbatus fuerit ordo successionis præcogitatus ab ipso testatore, eo quod, adhuc permanentibus in vita hæredibus, præmortua fuerit D. Laura, sequitur quod substitutio facta de proximioribus in vno casu, hoc est, si moriretur D. Laura post hæredes, non debet trahi ad alium casum, ipsa præmoriẽte hæredibus. l. Si quis ita. l. Quãuis. l. Si curator. ff. de vulg. & pupill. Bero. cons. 64. nu. 24. cũ seq. lib. 2. post Oldr. cons. 177. à quãplurib', approbatus. Hinc Dec. cons. 273. cõsuluit, quod substitutio facta ad fauorem hospitalis cuiusdam, casu, quo hęres nõ assumeret arma, & cognomina testatoris, euanuit, ex quo hęres adhuc viuente testatore decessit. sequitur Paris. cõs. 86. nu. 77. lib. 2. & de extensione prohibita in hac materia, nonnulla Menoch. cõs. 326. nu. 6. cum laudatis ab Hondad. consil. 49. nu. 49. cum seq. lib. 2. & alijs de quibus infra.

5 Addatur, ꝙ substitutio facta ad fauorẽ D. Lauræ nec nõ proximiorũ fuit fideicommissaria, vel saltem in fideicommissum resoluta, cum per additionem hæredum vulgaris directa expirauerit. l. Post aditam. C. de impub.

& alijs substit. & per consequẽs, cum præmortua sit D. Laura in vita hęredum, caducata est substitutio prima. l. 1. §. Sin autem. C. de cad. tollen. l. Cum filio fami. ff. de leg. 2. l. Quibus diebus. & l. Hæres meus. ff. de cond. &
6 demonstrat. Ergo substitutio facta de D. Laura, non debet protrahi ad ꝓximiores, vt ĩ eius locũ succedant; quia licet aliquãdo extendatur substitutio de vno casu ad alium, nunquam tamen extenditur, vel rarò de vna persona ad aliam diuersam, etiã si adsit præsumpta mens testatoris. Aret. in l. Gallus. §. Et quid si tantum. num. 19. ff. de liber. & posth. Aym. consil. 161. num. 11. Menoch. latè cons. 97. nu. 91. & seq. plenissimè Odd. cõs. 67. nu. 18. lib. 1. Eoq; minus de vno tẽpore, si superuiueret D. Laura hę redib' ad aliud tẽpus, in quo in vita decessit. Odd. cons. 56. nu. 27. lib. 1. Peregrin. de fideicom. art. 15. nu. 8. Eò quia, ita efficerẽtur proximiores melioris cõditionis, ipsa D. Laura, quæ non poterat succedere, nisi in casu, quo superfuisset post mortẽ hæredum; Alex. cons. 1. nu. 9. lib. 1. Paris. cons. 73. nu. 19. & seq. lib. 3. Bero. cons. 98. lib. 2.

7 Et tãtò magis supradicta procedere debent, quia adsunt verba illa, tunc, & eo casu, restrictiua, & limitatiua, ac extremitatẽ temporis denotantia. l. 4. ff. de cond. & demonstrat. Dec. consil. 63. nu. 2. Gozad. cons. 21. nu. 35. Roland. cons. 56. num. 18. lib. 5. Menoch. cõs. 106. nu. 324. & cõs. 326. nu. 16. Syluest. Aldro. cons. 29. nu. 6. & 12. & cons. 30. nu. 24. Bero. cons. 99. nu. 9. lib. 2. Ceph. cons. 649. nu. 42. cum seq. Surd. cons. 347. nu. 3. iunctis præcipuè illis verbis, sic vt supra, quæ sunt illatiua, & repetitionem inducunt strictè ad casum præcedentem. Ceph. d. cons. 649. num. 49. Hondad. cons. 78. nu. 19. cũ seq. lib. 1. & cõs. 49. nu. 47. & seq. lib. 2. Menoch. consil. 326. num. 16. cum seq.

8 Quartò. Conditio illa apposita substitutioni factæ hæredibus si decesserint sine filijs, est penitus voluntaria, & non necessaria ad vulgarem, quæ solum concipitur in casum voluntatis, vel impotentiæ. l. 1. ff. de vulg. & & pup. minus ad pupillarẽ, quæ requirit solum pupillarem ætatem, & alia requisita à doct. relata in l. 2. eo. tit. Ergo, vt locus, esset substitutioni, secũdum ordinem testatoris, debuisset purificari formiter, scilicet in vita D. Laurę ad hoc, vt post ei' mortẽ succedere possent proximiores agnati; aliàs casus cõtingẽs præter ordinationẽ testatoris, remanet in dispositione iuris cõmunis. Corn. cons. 199. nu. 13. lib. 2. Alex. cõs. 1. n. 10. lib. 1 iuxta regulam ordinariã. l. Qui hæredi. & l. Meuius. ff. de cõd. & demonstrat. Purpur. cõs. 299. nu. 3. lib. 1. Aldrob. d. cons. 30. nu. 19. Ceph. cons. 649. num. 58.

Quin-

9 Quintò, videntur extare in terminis, cōsilia pręcitata Alex. & Corn. iste conf. 199. lib. 2. ille conf. 1. lib. 1. per tot. vbi addentes pro cōcordanti citant Natt. conf. 676. nu. 27. & conf. 678. nu. 20. Præsuppoſito itaq; cum pręcitatis doct. quod teſtator omninò voluerit ſuccedere D. Lauram hæredibus inſtitutis, conſequitur, ꝙ proximiores D. Lauræ ſint ſubſtituti, ſolum caſu, quo ipſa prior ſucceſsiſſet; ita vt ꝓximiores, ipſa ꝓmortua, nequeāt habere plus, quā ipſa habuiſſet; vti vltra pręcitatos tradit Ruin. ferè in terminis noſtris in conſ. 135. 1. dub. lib. 3. vbi Opizoni filio hęredi, fuerat ſubſtituta mater in vita tantum, & poſt eius mortē vocauerat filias ꝓprias, ac filias filiarum: decidit Ruin. ſecūdò loco ſubſtitutos eſſe excluſos, eo ꝙ mater in vita Opizonis eſſet pręmortua, licet poſt modum ipſe eſſet mortuus ſine filijs. & hoc idem conſuluit cōſ. 99. nu. 14. lib. 2. ex illa ratione, ne proximiores plus capiant, q̄ D. Laura habuiſſet. Corn. d. cōſ. 199. nu. 132. Odd. conſ. 2. nu. 1. lib. 1. Hondad. conſ. 49. num. 37. cum ſeq. lib. 2.

Quod autem fecerit teſtator in noſtro caſu ſecundam ſubſtitutionem D. Laurę poſtq̄ adepta fuiſſet bona, ſuadent verba illa, hæredē vniuerſalem, iūcta ꝓhibitione de qua ſupra, quod non poſſet alienare niſi ꝓ sūma ſcutorū quinquaginta, & nō vltra. Hier. Gabr. cōſ. 117. nu. 45. lib. 1.

10 Nec obſtat ſecundū Corn. & Alex. verbum illud, Quādocūq;, perquod importatur cōpendioſa ſubſtitutio, ſub qua continetur vulgaris; & propterea vidētur ꝓximiores ſuccedere poſſe ex capite vulgaris, ſecundū notata à Bar. in d. l. Quā diù. Quoniam reſpondēt ipſi, ꝙ verbum, Quādocūq;, reſtringitur ex veriſimili voluntate teſtatoris ad illum caſum in quem D. Laura ſuperuixiſſet, cū omninò voluerit, ipſam eſſe hæredē, & ſic per fideicommiſſum, ita vt verbis, & mente teſtatoris repugnantibus impoſsibile ſit, ꝙ cōpēdioſa ſub ſe contineat vulgarem. ita Alex. d. cōſ. 1. nu. 6. & 7. lib. 1. & Corn. d. conſ. 199. nu. 17. & 22. lib. 2.

Et poteſt pro comprobatione addi, expiraſſe per additionem vulgarem, & poſt aditam hæreditatē, ſolum per fideicommiſſariā, vocatos à teſtatore poſſe ſuccedere. Surd. conſ. 347. nu. 6.

11 Nec fauor agnationis debet aliquid operari, quia ratio conſeruationis agnationis, habēda eſt tantū in caſu ordinato à teſtatore, q nō euenit. Rot. Rom. apud Rimin. iun. conſ. 531. num. 46. Ceph. d. conſ. 649. in fin.

12 Sextò, licet prima ſubſtitutio facta de D. Laura dici poſſet compendioſa, ſecunda tamen facta de proximioribus, nō obſtātibus illis verbis directis, hæredē eſſe voluit, fuit merè fideicommiſſaria, & ſic nullam ſub ſe

vul-

vulgarem habet. Paris.cons.73. nu.18.cum seq. lib.2.quæ etiam post aditionem hęredum,vti dicebamus, expirasset. Hiero.Gabr.d.cons.117.nu.13.lib.1.

Ergo caducata prima substitutione,deficit pariter secunda, cum nequeat hoc casu secũdus substitutus ingredi locũ primi. Ruin. d.cons.99. num.14.lib.2. Zãch.in repet. l.Hæredes mei.§. Cum ita.nu.46.secundum primã impressionẽ. ff.ad Trebell. Soc. sen. cons.53. vers.Tertius casus. lib.1. Menoch.cons.326.nu.18. & 27. Nec hæres hæredũ potest videri grauatus restituere proximiorib⁹,quasi quod remaneat fideicõmissum debitũ D. Lauræ pœnes grauatum,cum onere restituendi proximioribus in sequenti gradu substitutis, quia ipsi proximiores fuerunt substituti tantum Lauræ, non autem hæredibus institutis. Soc. iun. cõs.42.nu.3.& seq.lib.1.Hip.Rimin.cons.535.nu.72.pro quibus clarus videtur tex. l. Celsus. §. Quod alicuius.ff.de leg.2.tex.in l.Si plures. ff.de leg.3. cum alijs relatis à Peregrin.testãte de cõmuni,de fideicom. art.15. num. 26.Hiero.Gabr.cons.127.nu.21. cum seq.lib.2.

13 Septimò, isti gradus substitutionum videntur in effectu subordinati adinuicem,hoc est,vt primo succederẽt hæredes; post hæredes, filij eorumdem masculi;his deficientibus fœminæ; nõ extãtib⁹ filijs masculis,neq; fœminis,D. Laura;post quã proximiores;post ꝓximiores alij substituti: ergo destructo isto ordine,ac turbato propter mortẽ D. Lauræ in vita hæredum,qui post modũ poterunt filios suscipere, videntur caducatæ pariter oẽs cæterę substitutiones subsequẽtes,cũ medium defecerit, per ꝗ perueniebatur ad finẽ. Roland. post citatos cõs.58. nu.57.lib.3. Ceph. cõs.629. nu.11.& seq.Bero.cõs.98. & cons.128. nu.21.cũ seq.lib.2. Hier.Gabr.d.cõs.117. n.3. lib.1.Peregrin.d.art.15.sub nu.40.Surd.cõs.279.nu.1.& seq.

14 Octauò potest probabiliter dubitari, cui nã ipsi proximiores fuerint substituti,an scilicet hæredibus,an verò D. Lauræ. At cũ post mortẽ D.Laurę sint substituti in dubio debẽt intelligi substituti ipsi.D.Laurę non autẽ hæredib⁹. l.Codicillis.ff.de vsufr.lega.Bar.approbatus in l.Qui duos.ff.de vulg.& pupil.ergo nõ potest intelligi grauata D. Laura, neq; ipsi proximiores substituti,nisi in casum,in quẽ D. Laura prior successisset hæredibus institutis,secundũ substitutionẽ factam;in quem casum tantum fuit honorata,& in quem casum tãtum poterat grauari. l.Ab eo. C.de fideicom.Hier.Gabr.d.cõs. 117.nu.2.& 3.lib.1.& consequitur, qđ caducata substitutione D.Laurę ex ei⁹ persona,nequeãt proximioribus restitui bona, quę ipsa nunquam habuit.Ruin. cons.175.nu.2.& seq.& per tot. lib.

lib. 2. Menoch. conf. 326. nu. 32. cum seq. Bero. conf. 98. in prin. & nu. 11. lib. 2. Ceph. conf. 649. nu. 21. Surd. decis. Mantua. 144. nu. 21. Peregrin. d. art. 15. num. 19. & 20. & sub nu. 40. cum seq. Hondad. conf. 49. sub num. 22. lib. 2. His, & similibus non obstantibus, in contrariam deueni sententiam: & propterea decidendum dicebam, quod proximiores de agnatione succedere debeant: & hoc pluribus rationibus, & fundamentis.

15 Primò ea ratione, quod purificata sit conditio, diesque aduenerit, in quem, & in cuius aduentum, ipsi proximiores fuerunt substituti, cum ambo hæredes sine filijs decesserint, & hodie amplius non viuat D. Laura, cuius existentia, & vita impediebant interim effectum substitutionis conscriptę ad fauorem, & commodum ipsorum: purificatis itaque purificandis, perinde est hodie, ac si à principio pura fuisset de proximioribus facta substitutio. l. Etsi de sua. §. fin. de acq. hæred. l. Legata sub conditione. ff. de cõd. & demonstrat. Soc. sen. consil. vlt. sub nu. 4. lib. 4. Aret. consil. 155. Roland. conf. 46. nu. 6. lib. 3. Hiero. Gabr. conf. 117. nu. 18. lib. 1. Ceph. conf. 272. num. 59. cum seq.

16 Secundò adducitur tex. in l. Vnica. §. Et cum triplici, in vers. Vel viuo testatore: iuncto. § Pro secundo. C. de cadu. tollen. ponderando, quod secundum determinationem Iuris antiquissimi, relatam in d. §. Et cum triplici. Si honoratus fideicommisso decedebat viuo testatore, etiam quod alium substitutum haberet, in caussam caduci, deuolui dicebant veteres fideicommissum: idque fuit correctum, & antiquatum in d. §. Pro secundo; ac determinatum, quod in casũ caduci deuoluta bona remaneant apud hæredes legatariosve primo loco grauatos, nisi tamen sit gradui caducato datus coniunctus, vel alius substitutus, ad quos deciditur bona deuoluta ob caussam caduci remanere apud primo loco grauatos cum suo onere primo gradu caducato imposito: & propterea, licet in occurrenti casu prædecesserit D. Laura per fideicommissum primis hæredibus substituta, hæreditas apud Bartholomeum, & Sebastianum grauatos remansit cũ suo onere D. Lauræ coniuncto, & secundo gradu substitutionis, hoc est restituendi proximioribus de agnatione. Bal. videndus. consil. 279. lib. 1. Castren. consil. 152. lib. 1. & consil. 421. lib. 2. Dec. conf. 238. nu. 2. & conf. 427. per tot. Ruin. conf. 94. in primo, & secundò casu. lib. 2. Guid. Pap. q. 550. per tot. vbi ita dicit, fuisse iudicatum. Soc. iun. conf. 101. nu. 14. lib. 1. vbi idem testatur Aym. conf. 295. primò dub. Decian. conf. 81. per tot. lib. 2.

lib.2.Ceph.conf.62.nu.15.cum seq. Odd.conf.2. num.12.lib.1. Surd. conf.279.nu.10. & confil. 34. nu.10. qui innumeros congerit. Peregr. de fideicom. art. 15.nu.22.cum seq. Hip.Rimin. conf.502.nu.58.

17 In quo fundamento præsupponēdum erit, quod licet substitutio facta D. Lauræ sit compendiosa, cum sit substituta hęredibus sine filijs decedentibus quandocunque dictio enim illa, Quandocunq;, importat hāc substitutionem, secundum omnes in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. in l.Pręcibus C. de impub. & alijs substit. Paris. cōs.40. nu. 13.lib.2. Crass.in §.Substitutio. q.60. nu.6. Hip. Rimin. consil. 535. nu.63. Menoch. conf.106. num.366. & seq. Attamen quoniam compendiosa non actu, sed potentia, licet plures sub se contineat substitutiones, actu autem illam solam, quam casus, & futurus euentus attulerit: vnde si hæres, cui facta fuit substitutio prima, primusve substitutus, cui facta fuit secūda substitutio compendiosa decedat non adita hæreditate, substitutus succedit ex vulgari, Surd. conf. 397. nu. 13. & seq. sin autem adita hæreditate in pupillari ætate grauatus deficiat, succedit ex pupillari: quod si moriatur, adhuc hæreditate adita, post tamen aduentum pubertatis, succedit substitutus ex fideicommissaria: & sic de singulis. quia (vt docuit) Bar. in l. Centurio.num.30. communiter sequutus, verbum, quod potest se habere ad plura tempora, iudicatur in dubio esse prolatum ab initio, vt ostendat futuros euentus, vti, alijs relatis, explicat Hip. Rimin. conf.775.num. 9. Bero.conf.128.num.14. lib.2. Peregr. de fideicom. art. 15. in prin. & per consequens benè subintrant, quæ dicebamus, q̄ D. Laura ex capite fideicommissariæ debebat succedere hęredibus: quodque primū fideicommissum caducatum ob mortem D. Lauræ cum onere restituendi substitutis in sequentibus gradibus, remanserit apud hęredes scriptos, & hodie apud Hospitale, hæredem D. Sebastiani vltimi ex hæredibus defuncti, & apud quem reperiebantur omnia bona fideicommisso supposita. Quia iniunctum fuit fideicommissum reale; cuius effectus enucleauimus decis.7.num.22. & seq.par.1.

18 Tertiò, Vbicunque sunt plures gradus substitutionum, si defecerunt primi gradus, subingrediuntur vocati in gradibus subsequentibus, vsque ad vltimum gradum, iuxta l. Quā diù. la 3.cum ibidem notatis.ff. de acq. hæred. l. Cohæredi. in prin.ff.de vulg. & pup. Castren. conf. 422. lib.2. Cum ergo per mortem D. Lauræ caducata sit ipsius substitutio in primo gradu facta, subingrediuntur pro-

ximio-

ximiores de agnatione in sequẽti gradu substituti. Et licet maior propositio non sit vera generaliter, sed, caducata prima substitutione, etiam subsequentes euanescant, ut dicebamus supra in contrarijs; inferius tamen accommodabitur responsio: pro nũc, sufficiat ultra prędicta probari conclusionem ex his, quæ notauit Menoch. cons. 106. num. 361. cum seq. Hondad cõs. 49. in prin. lib. 2. Ias. cõs. 148. col. 3. vers. Septimo lib. 2.

19 Quartò substitutio facta de D. Laura, quantumuis compẽdiosa resoluta est (vt diximus) in fideicommissariam, cum vulgaris euanuerit statim, ac hæredes scripti adiuerunt hęreditatem: & quoniam etiam secunda substitutio post mortem D. Laurę ad fauorem proximorũ conscripta, licet sine verbo, Quandocunque, pariter fuit compendiosa Paris. cons. 19. num. 70. & cons. 73. in prin. lib. 2. Roland. cons. 25. num. 13. cum seq lib. 1. Beci. cons. 24. num. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 51. num. 9. Odd. de compend. par. 4. art. 1. Crass. in §. Substit. quæst. 60. num. 8. Quia cum quis semper mori posſit, conditio mortis dicitur habere tractum succesſiuum, Paris. cons. 73. vsq; ad nu. 10. lib. 3. Hiero. Gabr. cõs. 117. nu. 11. lib. 1. Surd. cons. 347. num. 11. licet præmortua sit D. Laura in vita hæredum, debent ꝓximiores succedere ex vulgari substitutionẽ, in hac vltimà cõpræhensa ex capite impotentiæ; cũ D. Laura præmortua non potuerit hęreditatẽ, & bona cõsequi: & hoc vnũ, sufficit proximioribus ad ostendẽdũ, esse vocatos ad petitũ fideicõmissum; per ea, quæ notauit Bar. in d. l. Quãdiu: sub nu. 10. qui loquitur in fortioribus terminis, quãdo nẽpe substitutio erat pupillatis, & secũda cõpẽdiosa resoluta in vulgarẽ fuit Soc. iun. cõs. 42. nu. 16. cũ seq. & per tot. lib. 1. Aym. cons. 283. per tot. Odd. cons. 2. nu. 5. cũ seq. lib. 1. & hanc partẽ, quã sępe firmauit Rot. Rom. vt est videre decis. 374. par. 1. in nouiss. & decis. 648. ea. par.

20 Quintò, Substitutus substituti, dicitur substitutus primi hæredis instituti. l. Cohæredi: & l. Si Titius. ff. de vulg. & pup. §. sed si instituto. instit. de vulg. substit. qui tex. quanquam loquantur in vulgari, procidunt tamẽ etiam in fideicommissaria, teste Rot. d. decis. 648. Hiero. Gabr. consil. 117. nume. 17. lib. 1. qui idem docuerat cons. 115. num. 4. eo. lib. Thesaur. decis. 86. in prin.

Quemadmodum igitur, si D. Laura viueret post mortem hæredũ institutorũ sine filijs, tam masculis, q̃ fęminis deberet, vtique ipsa succedere: pariter habẽt succedere: ꝓximiores agnati, q secũdò loco post mortẽ D. Lauræ substituti sũt, & vocati ẽt si ipsa D. Laura adhuc viuentibus

tibus hæredibus, seù altero ipsorum, sit mortua. Paris. consil. 73.nu.34. cum seq. lib.3. Ceph. cons.258. num.19. qui idem explicat cons. 620. num. 18. Quia substitutus secundo loco dicitur subrogatus loco primi substituti, & id circo vocatur ad omne id, ad ꝙ si primus ille substitutus viueret, admitteretur, secundum regulam notissimam subrogatorum. Ias. cons. 148. col.3. vers.Sexto lib.2.

21 Sextò. Sępius testator prætulit, enixam voluntatem habere conseruandi splendorem familiæ, ac agnationis de Danzettis, quæ per masculos, & nõ per fœminas conseruatur, vti aliàs comprobrauimus decis.3. num.4. par.1. Si ergo voluit ad fauorem proximiorũ de agnatione pro conseruatione agnationis bona subiacere fideicom misso, consequitur, quod voluerit constituere perpetuũ fideicommissum post mortem D. Lauræ per notata à Soc.sen. in l.Qui Romæ.§.Cohęredis.num. 18.ff.de verb.Oblig. Dec. cons. 23. nu.4. Quia non possunt cõseruari in agnatione, nisi per fideicommissum bona transeant de vno in aliũ. l.Peto. §. Fratre. ff. de leg. 2. cum cęteris plena manu laudatis à Surd. cons.67. nu.12. & seq. cons.96. num. 13. & seq.cons.241.nu.22.cum seq. & cons.343.nu.19. & seq.

22 Septimò, à fortiori facit . Quia si præmoriatur hæres in vita testatoris, quo casu nõ possit adiri hæreditas, & caducatum dicitur primum fundamẽtum testamenti, hoc est ipsa institutio. §. Ante hęredis. instit. de lega. si tamen, sicuti in nostro testamẽto apposita sit clausula codicillaris, non obstante caducitate institutionis substitutus debet succedere . ita Bar. in l.1. ff.de codicill. num.17. in 12.q. relatus, & sequutus ab Alex. cons.17. sub num.19. lib.3. Dec. latè cons.242. Paris. cons. 62. nu.15. & cons.64. nu.14. & seq. lib. 2. Mars. sing. 544. vbi alios citat.Menoch.citatis alijs cons.106. nu. 395. à pari itaque ratione, quãdo caducatur vnus gradus, vel plures substitutionum, cęteri vocati per compendiosam, debent succedere, eisq; per clausulam codicillarem fieri bonorum restitutio: prout in proprijs terminis nostris concludit Menoch.loco proximè citato: nam, solam D. Lauram, post mortem hæredum sine filijs testator noster proximioribus prætulit, quapropter, ipsa de medio sublata, & per punctum rationis, ac voluntate coniectura ta testatoris, debent proximiores succedere: vt in consimili casu dicebat Bal.cons.167. sub nu.5. lib.2.

23 Octauò, Quando vna substitutio est clara, & alia subsequẽs potest aliqua de caussa, aut ratione dubia effici, deseruit pręcedens substitutio pro legitima decla-

declaratione alterius subsequẽtis substitutionis dubiæ. Curt. iun. cons 773. nu. 1. ex regula. l. Qui filiabus; & l. Si seruus plurimum. in fin. ff. de leg. 1. l. fin. §. fin. ff. de trit. vinoque lega. Purpurat. cons. 422. nu. 12. lib. 2. sed cum D. Laura hæredibus substituta fuisset compendiosè, si in vita testatoris aliàsvè prius defecissent hæredes, hæreditate non adita, ita vt caducata fuisset institutio, vtique ipsa fuisset admissa, per notata ab Aldroban. cons. 20. nu. 3. Bar. cons. 37. num. 3. Alex. cons 162. in prin. lib. 2. Dec. cons. 227. sub num. 3. & alij pasim, ita pariter debent admitti proximiores agnati cõpendiosè substituti post mortẽ D. Lauræ, siue ipsa mortua sit post mortem hæredum, siue illis viuentibus.

24 Nonò, Quia si substitutio post mortem D. Lauræ facta de proximioribus concepta fuisset in casum, & euentum in quem ipsa decessisset sine filijs, prout prima facta de D. Laura, post mortem hæredum fuerat concepta, & casus, qui euenit, euenisset, hoc est, quod hæredes defecissent sine filijs, mortuaq; fuisset D. Laura, etiam si ipsa præmortua fuisset in vita hæredum etiam cum filijs, adhuc nõ purificata conditione vltima, admissi fuissent proximiores de agnatione; quia semper vigent rationes Bar. in d. l. Quam diù. la. 3. qui non distinguit, an non sit purificata conditio secunda, sed tantum, an non euenerit prima: & ista est hodie magis communis opinio, quam tenuit Castren. d. cons. 152. lib. 1. Soc. iun. consil. 42. per tot. lib. 1. Hiero. Gabr. cons. 117. nu. 18. lib. 1. cũ ceteris in hac sententia citatis à Peregrin. de fideicom. art. 15. num. 35. & 42. cum seq. à Surd. cons. 347. sub num. 23. ab Aym. cons. 283. per tot.

25 Decimò, & vltimò. Ad ita decidendum, inducebar per rationem allegatã à Surd. in præallegato cons. 347. num. 22. vbi dicit, quod verba non debent esse sine operatione: vulgata l. Si quando ff. de leg. 1. cum similibus. At in compendiosa, adest vulgaris substitutio, vti sæpius repetitum est, quæ esset penitus otiosa, nisi operaretur suum effectum in occurrenti casu, de quo agitur: ergo ita debet fieri interpretatio, vt vulgaris habeat locum etiam in casu, quo prædecessit D. Laura in vita hęredum, cum eo casu subingrediatur vulgaris ex capite impotentiæ, nec posit dari ratio diuersitatis, cur admitterentur proximiores, mortua D. Laura post hæredes, non dum sibi restituto fideicommisso: vel ipsa præmortua in vita eorum, nullibique à Doct. constituatur differentia ista, quando agunt de vulgari substitutione, quinimò omnes clarissimè affirmant cõtrariũ, sicuti deduximus supra in

in octauo fundamento, & inferius repetetur.

Quibus sic firmatis non obstant contraria.

Primum nempe de fideicommisso, quod sit onus, & grauamen, & propterea fuisse ordinatum, debet probari, non obstat.

26 Eo quia clarā habemus mentem testatoris, ac verba manifestissima ad fauorē agnatorū, & proximiorum de agnatione, quo casu pro fideicommisso est respondendū pro conseruatione agnationis, quia in istis terminis dicunt scribentes, fideicommissum esse fauorabile; vti respondit Anch. conf.27. col.4. vers. Hic autem loquimur. Soc. iun.conf.181.nu.39.lib.2.& cōprobauimus.decis.7. nu.24.par. 1. publicè enim interest, quod familiarum dignitas salua sit. Marz.in epit.fideicom. q.1.par. 2. Ill. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.1. per tot Menoch. conf. 173. nu. 36. & conf. 432. nu. 1. & nu. 10. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt.67. nu. 20. cum seq. Surd.conf.443.nu. 28. & seq. nec deficit probatio, attentis supra relatis in primo fundamēto facto pro proximioribus. & in d. decis.7. num.12. ostendimus fideicōmissum coniecturis probari.

27 Secundum non obstat. Quod multæ extent familiæ eiusdem nominis: vnde necessè fuerat probare in specie esse de familia ipsius testatoris. Quoniam remouetur ex facto ipso plenissimè probato in processu, cum probata fuerit dominorū actorum descendentia, & gradus, ad quorum fauorem priuatiuè quo ad alios omnes purificatū probatur fideicommissum. Nam sicut in cōsimili materia de verbo lineæ dicunt, & docent nostrates ad relata per Roland. conf.23.nu.39.& seq. lib.4.Menoch. conf.233.nu.18.cum seq. Hondad. conf.4. num.22. lib.1. Verbum etenim istud familia, & domus, non potest intelligi effectiuè, sed contentiuè,& cōprehēsiuè ex quo testator optimè sciebat, ex eo solum remansuros DD. Sebastianum, Bartholomeum, & Lauram: cum itaq; D. Lauram vocasset tantum ad vitam, & in casum, in quem decederent Sebastianus, & Bartholomęus ambo sine filijs masculis, & fœminis fuerit substitutionem ad cōmodum proximiorum de agnatione, ac illius familiæ, id tantum intelligi, & verificari potest contentiuè, & comprehensiuè, non effectiuè; vti de se patet manifestissimè.

28 Tertium, de extensione quod nō fiat in hac materia, resoluetur: Quoniam contrarium verius est, cum hoc casu proximiores succedāt ex capite vulgaris comprehensæ in compendiosa, in qua vulgari admittūt, vbique scribentes extensionē, secundum magis communē, &

veram opinionem, præsertim ex verisimili mente testatoris, qui idem disposuisset, si casum, & euentum de quo contingit dubitare, præuidisset, iuxta l. fin. C. de instit. l. Titius. §. Lutius. ff. de lib. & posth. Guglielm. de Benedict. in c. Raynutius. in vers. Absque liberis. il 2. nu. 25. cum seq. vbi omnino. sub nu. 24. Gomez. var. resol. tom. 1. cap. 3. num. 10. Hiero. Gabr. consil. 117. sub nu. 5. & seq. lib. 1. Surd. consil. 347. nu. 15. & 18. Bertrand. videndus cons. 139. lib. 1.

Credidit enim testator, D. Lauram petituram hæreditatē, & ideo vocauit proximiores de agnatione post eius mortem: sed si cogitasset eam præmorituram hæredibus, verisimile est, quod eosdem proximiores vocasset cum effectu ipso considerato, testator voluerit, excepta D. Laura proximiores de agnatione, omnib' alijs anteponere. Soc. iun. cons. 106. nu. 8. cum seq. & per tot. lib. 1. Surd. cons. 236. nu. 21 & seq & d. cōs 347. nu. 8. & seq. Berett. cons. 36. nu. 12. cū multis alijs cōgestis à Surd. decis. Mantuan. 37. per tot. afferentes post Dec. cons. 227. quod si testator vocauit proximiores post acquisitionem factam D. Lauræ de bonis, auocādo ab ea, seù eius hæredibus bona ꝓ conseruatione agnationis, multo magis credendum est, quod idē voluerit, antequā bona D. Lauræ forent quæsita. Nec obstat, quod substitutio proximiorum sit resoluta in fideicommissariā post aditionem hæredum, quia negatur esse verū, vt inferius cōgruentiori loco enucleabitur.

Minus obstat, quod substitutio de vno tempore, non trahatur ad aliud, quia quo ad tēpus sunt simpliciter substituti ꝓximiores post mortem D. Lauræ, adeò vt nō agatur de aliqua extensione de tempore ad tēpus; cum hodie agant proximiores post mortem D. Lauræ.

29 Nec facit, quod caducata substitutione D. Lauræ proximiores nequeant esse melioris conditionis, ipsa, quæ nō succesisset, nisi eo casu, quo hæredibus superfuisset; Nam respondetur, quod licet proximiores subingrediantur in locum D. Lauræ præmortuæ, succedunt tamen ex proprijs personis, & ex propria substitutione, & nō ex persona D. Lauræ; ita Dec. consil. 427. nu. 13. Paris. cons. 73. nu. 37. lib. 3. Hiero. Gabr. cons. 115. nu. 13. lib. 1. Odd. consil. 2. num. 14. lib. 1.

Ipsis enim obstabat D. Laura, quousq; viueret: sublatum ergo fuit impedimētum per mortem ipsius, & cum D. Laura, vti præmortua nō possit succedere, succedant ipsi proximiores, ex vulgari propter impotētiam D. Lauræ: nec hoc pacto efficiuntur melioris conditionis ipsa; quia illa, propter præmaturam mortem fuit exclusa; ipsi vero

ideo succedunt, quod D. Lauræ superfuerunt, & succedunt ex proprijs personis, vti vltra supracitatos, explicat Menoch. d. cons. 106. nu. 394.

Nec resistunt dictiones ille limitatiuè, & restrictiuè. Quia in substitutione proximiorũ nullã habẽt limitationem, sed simpliciter vocantur post mortem D. Lauræ, quæ euenit.

30 Quinimò cũ versemur in substitutione vulgari, ex magis cõmuni opinione, dictiones illæ nihil releuant pro exclusione similis casus, qui euenit. Paris. cõsil. 50. num. 52. cum seq. lib. 3. Menoch. cons. 326. nu. 11. Marzar. cons. 1. nu. 4 Petr. à Petr. de fideicom. q. 11. nu. 581. cum seq.

Idq; tantò minus quia fideicommissum nostrum fuit ordinatũ fauore agnationis, & pro illius cõseruatione; in quib' terminis, ex verisimili mente testatoris, nõ obstant dictiones cõsimiles. Paris. cõs. 20. nu. 10. cum seq. & per tot. lib. 3. Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 2. dub. 1. solut. 5. num. 21. Surd. d. cons. 236. nu. 47. Menoch. cons. 437. nu. 32. cum seq.

31 Quartum de conditione voluntaria, non applicatur; Cum modo nõ agatur de substitutione D. Lauræ vocatæ sub illa voluntaria conditione, si hæredes decesserint sine filijs; sed de substitutione proximiorũ qui subingrediuntur in locum D. Lauræ præmortuæ; & succedũt, vti dixi mus, ex ꝓprijs personis, tanq̃ ab solutè vocati post mortẽ ipsius.

Et euenit ipsa conditio, cum defecerint ambo hæredes sine filijs masculis, & fęminis, & propterea, de medio sublata D. Laura, debẽt ꝓximiores succedere, quibus ipsa amplius non est impedimẽto. Surd. allegata decis. Mantuan. 37. nu. 15. & nu. 32.

32 Quintũ de auctoritate Alex. d. cons. 1. lib. 1. & sequacium nõ resistit, ad quod vnico verbo respondetur, ꝙ procedit, quando 1. cõditio substitutionis defecit; secus autem si purificata fuerit, prout in casu nostro, in quo fuit apposita sola conditio nõ extãtia filiorũ ex hæredibus institutis: superexistẽtia verò D. Laurę nõ fuit in cõditionem posita; & verũ est, ambo hæredes secundũ tenorem testamenti defecisse sine filijs: & ita declarant, Roland. cons. 58. nu. 56. lib. 3. Hier. Gabr. cons. 95. lib. 2. Ceph. cons. 620. nu. 40. cum seq. & cons. 649. nu. 79. Menoch. cõs. 426. nu. 36. Rot. Rom. decis. 230. par. 2. in nouiss. Surd. d. decis. 144. nu. 13. & seq. & sub nu. 20. Thesaur. decis. 86. in fin. Hondad. cons. 49. nu. 42. lib. 2. Peregrin. de fideic. art. 15. nu. 7. cũ seq. nu. 19. & nu. 28. cũ seq. in quibus locis habẽtur ẽt quã plures aliæ respõsiones, q̃ possẽt optimè applicari.

33 Et in quantum dicebatur in cõtrario, Testatorẽ voluisse omninò D. Laurã esse hæredem, ac cũ isto presupposito, & cõditione,

ne, & nõ aliter vocasse ꝓximiores; negatur hoc esse verũ; cum clara fuerit intentio testatoris, vocãdi ipsã D. Laurã primo loco, existimãs quidẽ ipsã supersuturã hæredib⁹, ac bonis potiturã; cũ alioquin non potuisset eã ad fauorẽ proximiorũ de agnatione grauare in secũda substitutione. licet ergo defecerit in vita hęredũ, sustinetur grauamẽ post mortẽ hæredum, cũ à principio valuerit; sufficit nẽpè primos hæredes fuisse admissos, ex quorum personis hodie fideic. debetur. Hier. Gabr. cõs. 117. nu. 15. cum seq. lib. 1. & ideò cũ euenerit mors D. Lauræ, & hæredũ sine filijs, debent succedere ꝓximiores; quia tacitè inerat, ꝙ D. Laura non posset hæredibus succedere, nisi illis superfuisset. Ruin. vidẽdus cõs. 83. ꝑ tot. li. 2.

34 Itaut nõ sit deferendũ Ruin. in præallegatis consil. 99. lib. 2. & cons. 135. lib. 3. non nullisq; alijs à veritate deuiantib⁹ perniciosa subtilitate, quorũ traditiones non esse recipiendas, tãquam magis cõmuniter damnatas, demõstrat Peregr. de fideic. d. art. 15. nu. 23. & nu. 26. cũ seq.

Testatorq; noster, nõ per modũ conditionis, voluit D. Laurã succedere; itaut ipsa pręcedẽte, & non succedente, excluderentur proximiores post modũ substituti: in quib⁹ terminis loquũtur doctores in contrarium adducti, sed tantum cogitauit, D. Lauram superuicturam: & casu quo superuiueret, donec ipsa viueret, voluit excludere ꝓximiores, quos post mortem tantum ipsius vocauit. ita Hiero. Gabri. qui nõ relinquatur inuisus cõs. 115. nu. 5. & seq. lib. 1. Nec verba testamenti inferunt contrarium, & debent tantum præsentem intelligentiam recipere, & in casu isto nõ agitur de aliqua extensione, cum vocati sint proximiores etiam post mortem D. Lauræ, decedentibus hęredibus sine filijs.

Sextũm minus obstat, ꝙ substitutio facta post mortem Lauræ de proximioribus dicatur fideicommissaria, quoniã verius est, ipsam fuisse, & esse compendiosam, & ob id apte hodie prętendunt succedere proximiores ex capite Vulgaris, sicuti superi⁹ fuit declaratum.

35 Nec verum est, quod vulgares omnes expirent adita hæreditate per hæredes; quia id verum est, quantum attinet ad substitutiones factas in hæreditate; sed substitutiones vulgares, successiuè comprehensæ in cõpẽdiosis alijs substitutionibus factis primis substitutis, illæ non expirãt per aditionem primorum hæredum. Soc. iun. cõs 100. nu. 6. & 7. lib. 1. Peregri. post multos d. art. 15. nu. 4. 5. & 14. Surd. d. cõs. 347. num. 16. Hiero. Gabr. cons. 125. nu. 2. lib. 2.

36 Minus verum est, quod in occurenti casu proximiores fuerint substituti D Lauræ, & non

hæredibus quando quidẽ ꝓximiores, q simpliciter fuerũt substituti post mortẽ D.Lauræ, dicũtur substituti impsonaliter, vti explicat Soc. iun. videndus cõs. 42. nu. 19. lib. 1. vbi nu. 20. dicit, hanc esse omnimodã volũtatem testatoris, vt caducato primo gradu, subingredi debeat secũdus; qđq; contraria interp̃tatio est ipia, & repugnat mẽti ipsi⁹; vt resedit ibidẽ sub nu. 22. Nec consequitur, ꝙ hoc modo proximiores efficiantur melioris cõditionis ipsa D.Laura quoniam ipsi succedũt, quia hodie supersunt, & ex iure proprio nõ aliter nisi prout, & ipsa successisset, si hucusq; superfuisset; itaut sint æqualis nõ minoris, neq; melioris cõditionis Paris. d. cõs. 73. nu. 39. lib. 3. Ias. cõs. 148. col. 4. lib. 2. Non obstat septimum, quoniam negamus substitutiones nostras esse subordinatas adinuicẽ, vel depẽdẽtes, & subsequẽtes à primis, cũ substitutio vulgaris D. Lauræ dependeat ab aditione, vel nõ aditione hæredũ, substitutio verò vulgaris ꝓximiorũ non depẽdeat ab aditione, vel nõ aditione, ipsorũ; qnimo eo casu, quo expirauit p eorũ aditionẽ, vulgaris substitutio D. Lauræ adhuc possit esse locus vulgari proximiorum, sicuti supra explicauimus ex mentem omniũ.

37 Vnde mors p̃matura D. Lauræ nedũ officit proximioribus, quinimo mirum in modum ipsos iuuat, cum de medio, sublata D.Laura, ipsis aperta sit via succedendi Hier. Gabr. omnino videndus sæpius allegato cõs. 117. nu. 10. cũ seq. & nu. 21. lib. 1. Menoch. cõs. 106. nu. 375. & n. 390. cũ seq. in 1. 7. & 8. casu, vbi oĩno videatur, & cõs. 215. nu. 1. & seq.

38 Octauũ, & vltimũ nõ obstat, quia dicitur in dubio potius debere intelligi substitutionẽ impersonaliter factam post mortẽ D. Lauræ de proximioribus factã esse ipsis primis hæredibus, & nõ D.Lauræ, vt latissimè tradit Menoch. d. cons. 106. nu. 36. cũ seq. Soc. iun. d. cõs. 42. nu. 19. lib. 1. Hiero. Gabr. d. cons. 117. nu. 27. lib. 1. Odd. d. cõs. 2. num. 15. lib. 1.

39 Et licet grauari nequeant fideicõmisso, qui nõ fuit honoratus, attamen quoniã in fideicõmissis testatori succeditur non grauato, l. Cohæredi ff. de vulg. & pup. sufficit ad sustinendum grauamen impositũ post mortẽ D.Lauræ, argumento l. Ab eo. C. de fideicom. ꝙ ipsa fuerit potẽtialiter honorata, in euentũ, in quem superuixisset hæredibus institutis, decedentibus sine filijs, Ruin. cons. 82. per tot. lib. 2. Soc. iun. d. cons. 42. nu. 24. lib. 1. Surd. cons. 336. nu. 48. cum seq.

Quapropter non requirebatur, quod D. Laura prior succederet: imò quo citius ipsa est præmortua, eo citius aperta est, fuitq; ꝓximioribus de agnatione via succedẽdi, ad quos sublata D. Laura de medio, quib⁹ interim

terim

terim ipsa erat impedimẽto statim subsequuta morte hæredũ, & purificata conditione aperta, & deuoluta est successio. Hiero. Gabr. d. cõs. 115. nu. 8 & seq. lib. 1. & d. cõs. 117. sub nu. 16. 19. 21. 23. & seq. vbi videatur eo. lib.

Alioquin eueniet, quod bona transferantur ad hospitale hæredem extraneum, contra volũtatẽ testatoris: vti aduertit Gabr. d. cons. 117. nu. 29. qui clarè voluit, ad pximiores illa deuolui post mortem D. Lauræ: iuxta notata à Bal. cons. 83. lib. 4.

Non obstat, ꝙ D. Laura grauata fideicommisso nequeat restituere bona, quæ nunquã habuit: quia supra fuit responsum & procedere posset contrariũ, quãdo solũm per fideicommissum fuit grauata: iuxta relata à Peregrin. d. art. 15. nu. 20. & seq. secus in casu nostro, in quo fuit facta compendiosa, & succeditur ex vulgari.

Et hãc partem tenendam duximus, vti amicam menti testatoris, quæ non debet circumueniri perniciosa, at nimia subtilitate l. Si cui legatum. ff. de cõd. & demonstrat. Ceph. consil. 37. num. 23. Vnde fauorem proximiorum decidendum duximus. Laus Deo &c.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Quadragesimaquinta.

De anno 1582. D. Paulus Francischinus vendidit D. Iulio de Alegris eminas duas terræ vineatæ, pro quo D. Paulo principaliter, & insolidum fideiussit D. Ferrantes de Siluianis. Eodem anno ipsemet D. Paulus vendidit eidem D. Iulio residuum dictæ vineæ, quæ in totum erat eminarum quattuor, cũ fideiussione principali, & insolidum D. Petri sui fratris, & in vtroq; instrumento apposuit pactũ redimendi. Postea de anno 1584. D. Paulus, D. Petrus, & D. Ferrãtes venerũt ad aliud instrumentum cum D. Iulio, in quo narrando, quod cum de anno supradicto præfati vendiderint in duabus vicibus D. Iulio quattuor eminas terræ vineatæ cum promissione de retrouendendo infra annum, prout de prædictis venditionibus apparere dixerunt duobus instrumẽtis, & cum tempus redimẽdi esset elapsũ D. Iulius prorogauit terminum, conditione apposita, quod si in

termino prorogato non redimerent, vinea vendita esset D. Iulij, ac si nunquam esset factum aliquod pactum de retrouendendo. Quæ omnia, & singula in d. instrumẽto contenta DD. Paulus, Petrus, & Ferrantes principaliter, et insolidum perpetuò, grata, & rata habere cum obligatione in forma. Fuit mota lis super dictis eminis vineæ contra hæredes D. Iulij, qui iudiciũ intimarunt D. Ferranti, vt assumeret defensionem totius vineæ; comparuit D. Ferrantes coram per Ill. & Excell. D. locũ tenente R. D. Gubernatoris, et se obtulit paratum ad defensionẽ duarum eminarum iuxtà promissionem suam in primo instrumento; in reliquis verò non teneri. Pronunciatum fuit ad fauorem D. Ferrantis; cumq; caussa de consensu partium in hoc foro Episcopali remissa fuerit: Dubitatũ fuit, An bene appellatũ.

SVMMARIVM.

1 Promissio refectionis damnornm, & indemnitatis, ac defensionis promissio à pari procedunt, & idem sunt.

2 Promissio defensionis indiuidua est, & non potest pro parte impleri, & quare; sed vide nu. 26.

3 Determinatio plurium æqualis esse debet, & ea debet fieri interpretatio, quæ omnibus pari formiter conuenit; Etiam si alterũ ex determinatis sit altero fauorabilius; sed quomodo procedat nu. 28. & seq. declaratur.

4 Actus correptiui effectus enarrantur.

5 Verbum adinuicem, & vicissim, quid importet.

6 Actus correspectiui, licet sint plures virtualiter, tamen pro vno reputantur; Et propterea diuerso iure censeri non debent.

7 Emptor, cum pacto retrouendendi, non potest compelli ad retrouenditionem partis rei emptæ, & quare.

8 Venditare à pluribus, cum pacto redimendi, potest vnus, alijs recusantibus in totum redimere.

9 Clausulæ omninò, & in omnibus, & per omnia efficacia.

10 Leges plures cõiungũtur pro apta argumentatione, & decisione caussarum.

11 Verba instrumenti, quando sunt clara, non est vlterius quærendum.

12 Relatum dicitur in referente, cum omnibus suis qualitatibus, et dicitur pars referentis, & ad terminos

minos relati, referens restringitur, itaut singula, singulis relata intelligantur.

13 Prorogatio termini ad redimendũ rem venditam cum pacto, solum vlteriorem dilationem, & beneficium temporis longioris concedit; in cæteris intelligitur facta, retentis primis terminis, & cum oĩbus suis primis qualitatibus.

14 Prorogans terminum non dicitur nouum actum facere, sed extendere, & crescere facit primum actum; Et aliud est aliquid de nouo fieri, aliud, quod est crescere, & extendere: & exemplificatur in homine, qui paruulus nascitur, & licet quotidie crescat, non efficitur nouus homo.

15 Terminus prorogatus dicitur idẽ terminus, non quo ad veritatem terminorũ, sed quo ad interpretationem, & fictionem extensiuam, quia quoad veritatem duo termini, & actus reputantur.

16 Nouatio, quomodo antiquitus per digestorum iura inducebatur, & quomodo per Ius nouissimum. Et propterea hodie nouatio regulariter non præsumitur.

17 Nouatio, quotiescunq; inducitur, non plus deducitur in secunda obligatione, quàm quod erat in prima.

18 Actus agentium non debent operari vltra intentionem.

19 Verba in contractibus sunt strictè interpretanda, & in contractibus non veniunt nisi expressa.

20 Absurditas euitanda in omni materia.

21 Onus debet esse correspectiuum commodo; & è contra.

22 Promissio indemnitatis, quãdo potest referri ad obligationem propriam, non est referenda ad eam, quam quis facit vti correus.

23 Dispositio omnis restringitur ad suam caussam finalem.

24 Promissio indemnitatis, intelligitur secũdum naturã contractus. Vnde si duo venditores promittunt indemnitatem, intelligũtur promittere pro rata, & portione rei venditæ.

25 Interpretatio in contractibus semper in dubio desumitur contra stipulantem, quia debebat apertius legẽ dicere ad suum fauorẽ.

26 Promissio defensionis quomodo indiuidua dicatur.

27 Facta dicuntur indiuidua, postquã sunt deducta in stipulatione, secus à principio.

28 Verborum vnica conceptio, plures continet stipulationes, & quomodo demostratur.

29 Sententiæ tot dicuntur, quot sunt in ea capitula. Ita pari modo quotiescunq; plures res distincto pretio venduntur, tot sunt venditiones quot res: quod procedit in omni contractu.

30 Determinatio quanquã debeat æqualiter determinare, tamen vnum determinabile, nunquam determinat alterum.

De venditione facta eiusdẽ rei duobus instrumentis cum pacto redimendi, in quo-

quorum altero, vnus principaliter, & insolidũ pro indemnitate promisit, & in altero, alter: nunquid prorogato termino in cuius prorogationis instrumento omnes venditores intercesserunt principaliter, & insolidũ vnus pro altero insolidũ teneatur.

Diuino inuocato suffragio.

EXoritur dubiũ non leue, An D. Ferrantes, qui principaliter, & in solidum se obligauit, teneatur ad totalem defensionẽ vineæ, de qua agitur; stãte quod in primo instrumẽto solummodo pro medietate fideiusserit. Et videbatur dicẽdum malè iudicatum ad fauorem D. Ferrantis, & benè appellatum per hæredes D. Iulij emptoris.

1 Primò. Quia ĩ finalibus verbis huius secundi instrumẽti D. Ferrantes promisit D. Iulio, hęredibusque suis reficere oĩa damna: quæ promissio nil aliud importat, quã indemnitatis promissionem; & indemnitatẽ promittere, idẽ est, quod promittere defensionem, vt inquit Bar. in l. Pater. nu. 1. & 3. ff. de dot. prælega. vbi infert, talem promittẽtẽ debere iudiciũ suscipere; sequitur Alex. ibi in apost. dicẽs, hæc alibi non reperiri, & idem repetit ipse Alex. ad Bar. in l. Quæro. in prin. ff. loca. & in cons. 32. num. 16. lib. 4. Bal. in l. Cum tibi. nu. 2. C. de euictio. Paris. cons. 109. nu. 38. lib. 1. vbi respõdit à pari procedere promissionem indemnitatis, & defensionis. & in cõs. 16. nu. 125. lib. 2. Soc. iun. cons. 94. nu. 16. lib. 3. & cõs. 42. n. 1. lib. 4.

2 Promissio autem defensionis est indiuidua, & non potest pro parte impleri, & diuidi; quia nõ affert tantam vtilitatẽ in parte quoad partem, quantũ affert in toto, quoad totũ. ita Bar. in l. 4. §. Eas. num. 22. ff. de verb. oblig. quem cõmuniter sequuntur scribentes, vt dicit Ias. ibi nu. 43. & ponũt ibidẽ Ruin. nu. 78. Crott. nu. 112. Gallia. nu. 92. & seq. Alc. nu. 63. & nu. 178. Butig. nu. 155. Soc. iun. n. 216. & Hermõ. n. 426. Modo si D. Ferrãtes defensionẽ susciperet pro parte istius vineæ, certè nõ reficeret oĩa dãna hæredibus D. Iulij, sicuti ꝓmisit.

Secundò. Contra D. Ferrantẽ facere videbatur. Certè nempe est, ꝙ virtute nouissimi instrũmenti, ac præsertim propter expressionẽ illorũ verborũ principaliter, & insolidum fuit, estq; obligatus D. Paulus ꝓ totali euictione, defensione, ac omnimoda, & integrali indẽnitate: Ergo

3 cũ æqualis omnium debeat esse determinatio. l. Iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. l. Quamuis. C. de ĩpub. l. Si legatarius. §. 1. vbi Bar.

ff.

ff.de reg. iur. Bar.per illũ tex.in l.fin.C.de sẽt.& interlo.om.iud. Ruin.conſ.177.nu.6.lib.2.Natt. cõſ.14.nu.19.Crott.cõſ.1.nu.44. & cõſ.100.nu.22 Bellon.cõſ.51. nu.4.Caſſan.conſ.67.nu.28.Menoch. conſ.88. nu.19.Propterea eã debemus ſumere interpretationem,quæ oĩbus pariformiter cõueniat.l.In teſtamẽto.C.de teſta.milit.Aym.cõſ.20.nu.12.Beci.cõſ.101.nu.65.vbi plures alios addit.Et hãc regulã tenit Ceph. cõſ.67.nu.22.q dicit,hoc ẽt procedere, q̃ vis alterũ ex determinatis ſit altero fauorabilius. Et niſi æqualis fieret determinatio hoc in caſu, vtiq; eadẽ promiſſio indemnitatis cenſeretur diuerſo iure; quia quoad D.Paulũ contineret promiſsionem inſolidum; quo vero ad D.Ferrãtem ſolum pro parte:contra tex.l.Eũ qui ædes.ff.de vſucapio.

4 Tertiò conſiderabatur ad fauorẽ emptoris: Quod in nouiſsimo iſto inſtrumẽto,in effectu cõtinetur actus correſpectiuus,ſeu plures act' correſpectiui, hoc eſt qcqd promiſit D.Iulius emptor, videtur ꝓmiſiſſe contẽplatione ſibi ꝓmiſsorũ ab ipſis vẽditoribus, & qcqd ipſi D.Iulio promiſerunt, dicũtur promiſiſſe cõtẽplatione ſibi verſa vice promiſſorũ à D.Iulio:eo quia quicquid in continenti ſequitur videtur ineſſe,& factũ cenſetur reſpectu actus præcedentis; præſertim quando duo actus fiunt in eadẽ ſcriptura, ſucceſsiueq; eodẽ tempore, loco, & coram eiſdem teſtibus:ad notata per omnes.l. Certi conditio; §.Si nummos.ff. ſi cert. pet.vbi latè Dec. nu. 13. & in l.Lecta.ff.eo.Bal.in l.Petẽs. C.de pact. Caput Aquin. deciſ. 225.par.1.qui deciſ.307.ſubdit, quod in actibus correſpectiuis, vnus dicitur factus in recompenſam alterius, Aym. in proprijs terminis venditionis conſil.298.nu.13.

Actusq; correſpectiuus in facto noſtro apparet ex illa clauſula,& ſibi inuicem, & viciſsim ſolemnibus hinc inde ſtipulationibus interuenientibus.

5 Nam verbum illud, viciſsim, importat mutuas præſtationes vtriuſq; partis, ne dum emptoris,verùm etiam venditorum. c. 1. de mut. petit. l. de fideicommiſſo.C.de tranſact.Idemq; importat verbum illud,ad inuicẽ. l. Si tibi decem. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu. conſum. in fin. vbi gloſ. in ver. Inuicem; prout etiã verba illa hinc inde, relata in c. Cum tempore.de arbitr.

Cum ergo D. Iulius non ſolo intuitu D. Pauli, ſed omnium aliorum vẽditorum, motus fuerit ad prorogãdum tempus redimendi,ſeu potius ad dandum nouum terminum,non de parte huius vineæ, ſed de tota,vti liquet clarè ex lectura inſtrumẽti: propterea quemadmodũ D. Ferrantes potuiſſet totam vineã redimere intra nouum terminũ datum,ita è conuerſo correſpecti-

ctiuando ipsius promissionē factam ad fauorem D. Iulij oportet dicere, quod remaneat obligatus pro tota vinea.

6 Nam actus correspectiui, licet sint plures virtualiter, tamen ꝑ vno reputantur, vt post citatos tradit Aym. d. cōs. 298. Hinc diuerso iure cēseri nō debet vnus & idem actus, sicuti sequeretur si D. Iuliū ad fauorem D. Ferrātis pactū fecisse dicamus de retrouendendo totam vineā, ipse verò D. Ferrantes solam defensionem receperit pro parte. d. l. Cum qui ædes. ff. de vsucapio.

Quodq; pactum hoc nostrum de redimendo, siue noua facultas venditoribus concessa, intelligatur data, ita & taliter, ꝙ vnus quisq; ipsorum posset totam, & integram vineam redimere, demonstrāt verba illa instrumenti, quo termino elapso, & ipsis non redimentibus dictā vineam eminarum quattuor; ex quibus colligitur ꝙ vnus quisq; ex venditoribus poterat redimere totam vineam. Quod coadiuuatur ex iuris interpretatione; quia si plures vendunt apposito pacto de redimendo, non potest compelli emptor ad retrouendendum partem, nisi totum redimatur, cum factum sit indiuiduum, & res non afferat tantum vtilitatem respectu partis, quantum totum respectu totius; nec debet emptor inuitus incidere in communionem. ita Bar. in l. Cum vsufructus, sub nu. 4. ff. de vsufr. lega. communiter approbatus teste Ias. in l. Stipulationes nō diuiduntur. sub nu. 20. ff. de ver. oblig. sequitur Dec. in l. Eius, qui in ꝓuincia. §. Quas verò. nu. 8. ff. si cert. pet. Ioseph.

8 Ludo. decis. Perus. 112. Et incōueniens esset, si vnus ex venditoribus vellet redimere, à commodo redemptionis excluderetur propter factū consocij remanētis redimere; & ob id proditum est remedium, vt possit alter ex venditoribus in totum redimemere. Ias. vbi supra num. 21. latè Tiraq. de retract. & conuent. §. 1. glos. 6. sub nu. 37. qui dicit, ita vidisse iudicatum. Cagno. in l. 2. C. de pact. int. emp. & vendit. q. 13. sub nu. 103.

9 Quartò, & vltimo. Si coniungantur plures clausulæ appositæ in hoc vltimo instrumento, apparebit, quod vnus quisq; ex tribus venditoribus nostris tenetur ꝓ totali euictione, & defensione vineæ controuersæ; ꝙ dignoscitur per pactum expressum, quod, elapso nouo termino, remaneat vinea libera emptori ex nunc, prout ex tunc, omnino, & in omnibus, & ꝑ omnia sit absolut libera: quæ verba simul iuncta, clarissimè demonstrant intētionem partium fuisse, vt vnus quisq; venditorū remaneat sine aliquo beneficio, & auxilio obligatus in omnib⁹, & per omnia pro integra, & totali indemnitate emptoris, attenta virtute istius renūciationis,

nis,& formula obligationis. Gabr. com. opin. tit. de fideicom. conclus. 2. in fin. Bocac. de soc. off. nu. 47. cum seq. Roland. cōs. 13. nu. 6. & seq. lib. 1. & firmauit Rot. decis. 112. par. 1. in nouiss.

10 Et sicuti plures leges coniūguntur pro apta argumentatione,& decisione caussarum, secūdum Euerard. in top. leg. tit. à cōiunct. seu conex. duar. leg. per tot. Ita pari modo cōiungenda erunt verba huius instrumēti pro decisione quæstionis nostræ.

11 Et propterea postquam habemus instrumentum clarum,& apertū, superfluum est vlterius inuestigare: ita Bal. cōs. 215. sub nu. 3. lib. 2. Aym. cons. 31. in fin. & cons. 317. nu. 1. Roland. cons. 76. nu. 9. lib. 1. & cons. 4. num. 24. lib. 2. Becci. cons. 74. nu. 19.

Quibus tamen non refragrātibus, contrariū decidendū duxi: & mouebar ex infrascriptis.

Primò. Quia nouissimum instrumentum in pluribus expressam habet relationem ad instrumenta pręcedentia, in quantum in illo narratur venditio istius vineæ facta in duabus vicibus, & cum pacto redimēdi; & quod in altero intercessit D. Ferrantes, vna cum D. Paulo,& in secūdo D. Paulus,& D. Petrus: ita vt

12 succedat regula notissima, quod relatū dicitur in referente. l. Asse toto. ff. de hæred. instit. cum omnibus suis qualitatibus. Bar. in l. 1. ff. de recepta. Anch. Regien. lib. 2. q. 63. num. 5. immò dicitur pars referentis, Alex. cons. 35. nu. 8. lib. 4. & ad terminos relati, referens restringitur, secundum eundem Alex. consil. 62. nu. 6. cum seq. lib. 6. ita vt singula singulis relata intelligantur. glos. in l. Si negotium. in ver. Gestorum. C. de neg. gest. Aym. cons. 38. num. 11. Rot. decis. 757. par. 1. in nouiss. Vnde cum in instrumentis præfatis D. Ferrātes pro D. Paulo principaliter,& insolidum se obligauerit pro duabus eminis, & non consenserit altero instrumento seprato de alijs duabus eminis, qui absq; vlla obligatione D. Ferrātis fuit celebratus; ideò sequitur, quod licet in vltimo instrumento D. Paulus vti principalis dominus, & ipsi DD. Ferrantes, & Petrus vnà cū eo se obligauerint pro solido, ac intercesserint vti venditores principales, adhuc tamen intelligatur pro parte tantū illa, pro qua ipsorū quilibet erat obligatus in præcedentibus instrumentis.

Idq; præcipuè videtur firmādum, quia per secundum instrumētum, vti clarè in illo legitur, ac verbis expressis, à quorū proprietate non est recedendum. l. Nō aliter. ff. de leg. 3. dicitur facta prorogatio termini præsti-

13 tuti ad redimendum in primis instrumentis, quæ prorogatio solum vberiorem dilationem, & beneficium temporis longioris assueta est concedere; in cæteris autem intelligitur facta, retentis

tis primis terminis, & cum omnibus suis primis qualitatibus, doct. omnes in l. Lecta. ff. si cert. petat. tex. est rotundus in l. Labeo. la 2. ff. de recep. arbitr. latè
14 Paris. cons. 43. num. 2. lib. 1. Qui enim prorogat, non dicitur nouum actum facere, sed extendere, & crescere facit primũ actũ. sic Castren. cons. 389. lib. 1. Et aliud est qd de nouo fieri, aliud, quod est, crescere, & extendere, prout deprehenditur in excrescente ætate hominis, qui paruulus nascitur, & licet quotidie crescat, non efficitur nouus homo, sed idem remanet vsq; quo viuat. l. Proponebatur. ff. de iu-
15 di. Et propterea terminus prorogatus dicitur idem terminus, non quo ad veritatem terminorum, sed quo ad interpretationem, & fictionem extēsiuam. Bal. cons. 436. in fin. lib. 1. Cæsar de Crass. tit. de confess. decis. 1. nu. 10. Nam quo ad veritatē duo termini, & actus reputãtur. Gabr. com. opin. tit. de dilat. conclus. 2. nu. 27. in 3. limit. Et nulli dubium est, quod nos versamur in termino prorogato, attentis verbis claris, & apertis, vltimi instrumenti, quæ demonstrant apertam mentem emptoris pro rogãtis; ita vt nõ sit locus coniecturis; vt in simili dicebat Dec. cons. 497. nu. 5. & in proprij terminis Cæsar. de Crass. d. decis. 1. nu. 7. & seq.

Quare cum secundum qualitates primarum obligationum remanerent solum fideiussores obligati principaliter, & insolidum pro parte, prout ipsorum quisq; se obligauerat in diuersis instrumentis, non possunt videri seuerius, ac amplius voluisse se obligare in secũdo instrumẽto, & termino prorogato ad redimendum vineam prius per ipsos venditam.

16 Secundò. Qui affirmare intẽdit alterum ex dictis fideiussoribus remanere obligatum ex secundo instrumento vti principalem, & pro solido pro tota, & integra vinea; nihil aliud assumit, & præsupponere videtur, quam quod per nouissimum instrumentum, dicatur facta nouatio de cõtentis in primis instrumentis: quę nouatio licet de iure digestorum fieret antiquitus, siue id ageretur verbis inter partes, siue conuentione, siue simplici interuentu nouæ personæ. l. 2. ff. de nouat. Secundum tamen iura nouissima, non inducitur, nisi expressim ita caueatur, hoc est primam obligationem tolli, & aboleri, & nouã fieri. §. Preterea. instit. quib. mod. toll. oblig. quod fuit sancitum ex noua constitutione Iustiniani, in l. fin. C. de nouat. vnde cõstituunt interpretes ibi regulã negatiuam, quod hodie nouatio non præsumitur, & in re dubia faciliores esse debemus ad negandam nouationem, quàm ad illam inducendam. Mascard. de probat. conclus. 1107. sub nu. 2. qui

2.qui addit. nu.17.quod quãdo nouatio inducitur,qui tamẽ per nouationem obligatur, non intelligitur plus deducere in secunda obligatione, quã teneretur in prima; Et eo minus inducitur in præiudicium nouantis, Rot. decis.456. part.1. diuerso. propter regulam,quod in fauorem alicuius fuit inductum,non debeat eidem afferre damnum, odium, & incommodum, seu grauamen.l.Quod fauore. C.de ll.Siue ergo incommodum venditorum,prout sonat secundum instrumentum,dicamus concessam fuisse nouam dilationem, siue antiquam pro rogatam, siue dicamus nullam fuisse inductam nouationem, siue tandem affirmemus nouatam fuisse primam obligationem, secundum præmissa,semper erit concludẽdum, quod vlterius non debent contrahentis venditores remanere obligati ex secundo instrumẽto,& vltima cõuentione,quã essent obligati ex præcedentib' instrumentis:præsertim qa,ideò videntur intercessisse in vltimo instrumento fideiussores, ne, si quo tẽpore fuissent requisiti ad præstandũ ꝓmissa per ipsos singulariter in d.instrumentis,possent opponere prorogatũ fuisse terminum;& ideò ipsos vlterius non teneri ad notata in l. Cum hermes. C. Locat. Rot decis. 567.par.1.in nouiss.

18 Tertiò ad fauorem D.Ferrantis considerabam. Quod actus agentium non debent operari vltra intentionem ipsorũ. L. Nõ omnis. ff. si cert.pet. Et videtur intentio nostrorum contrahentiũ restricta, infra istos limites, videlicet ꝙ ex parte D.Iulij fieret prorogatio termini ad redimendum, pro parte verò venditorũ,quod illo termino elapso, non posset vlterius compelli ad retrouendendum, sed ꝙ vinea remaneat omnino libera emptori,eiusq; hæredibus, & quod ad hoc principaliter,& in solidũ se obligarunt. Verum cũ hodie occasione patri,controuersiam nõ sustineant hæredes D.Iulij, non succedit obligatio solidi pro defensione, sed tantum ex primis instrumentis vnus quisque tenetur pro rata,pro qua inter-

19 cessit. Et quod interpretatio ista sit desumenda,suadetur eo, maximè, quia sumus in contractibus, in quibus non comprehenduntur non expressa.l.Si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de ver. oblig. sed in illis fit stricta interpratatio. l. Quicquid astringendæ. ff. eo. præcipuè ad fauorem fideiussoris. Cur. iun. cons.36.nu.5.Qua de re cum D. Ferrantes solum accesserit prorogationi termini ad faciendũ redemptionem, non debet eius obligatio extendi, vt remaneat obligatus de euictione totali, quo respectu eius obligatio esset sine caussa,& per consequẽs inualida.Alex.cons.195.num.5. lib.6.

20 Et

20 Et si velimus, quod D. Ferrãtes in hoc vltimo instrumento pro integrali defensione huius vineæ ꝓmiserit, sequeretur absurdum non leuis considerationis, quia pro solido remaneret obligatus, cũ solum habeat indemnitatem ex primo instrumẽto pro dimidia aduersus D. Paulum; si quidem in hoc vltimo instrumento nullam illi D. Paulus promisit indemnitatem. ergo ad euitãdum hoc absurdum, quod debet euitari in omni materia, ad notata per Aym. cons. 161. sub nu. 5. debemus dicere, quod D Ferrantes teneatur tantummodo pro euictione medietatis huius vineæ, vti promiserat in primo instrumento.

Quartò, & vltimo, mirum facere videtur pro decisione præsentis causæ adducta per Surd. cons. 150. per totum, in quo cõsuluit, quod quis pro solido nõ intelligatur obligatus, sed tantum pro virili, cuius rationes, & fundamenta inquantum conueniunt huic casui nostro, referre volui.

21 Primò dicit Surd. num. 37. & seq. Quod onus debet esse correspectiuum commodo, & è cõtra, vt dicunt Bal. Ang. & Alex. in l. Planè. §. Si duobus. ff. de leg. 1. Sed sic est, quod D. Ferrantes in quantum habeat commodũ aliquod ex secundo instrumento, illud sentit tantum pro parte, pro qua intercessit in primo instrumẽto, nihil autem pro reliquo, ergo intelligi debet eatenus solum obligatus principaliter, & insolidum, nõ autem pro integra, & tota vinea.

22 Secundò dicit Surd. num. 56. Quod vbi promissio indemnitatis potest referri ad obligationem, quã habet stipulator, hoc est is, qui promisit ex propria persona, & ad eam, qua tenetur tanquam vnus ex pluribus correis, debet semper restringi ad illam, qua est obligatus ex propria persona. tex. est in l. 3. §. Illud. ff. rem. pup. sal. for. In ꝓposito autem D. Ferrãtes ex propria persona, & ex primo instrumẽto solum tenebatur, vti principalis, & insolidum pro parte, & nõ pro toto de euictione, defensione, & indemnitate; ergo dum se obligauit, vti principalis in secundo instrumento, restringi debet obligatio ad illam partẽ, ad quã tenebatur ex propria persona.

23 Tertiò scribit Surd. num. 58. Quod omnis dispositio restringitur ad suam causam finalem. l. Cum pater. §. Dulcissimis. ff. de leg. 2. Aym. cons. 16. nu. 5. & dicit Ang. in l. Obligatione generali. col. 2. circ. prin. ff. de pigno. quod dictum generale limitatur, & restringitur per rationem secundum suam caussã. Vnde cum secundum terminos nostros, caussa finalis obligandi D. Ferrantẽ principaliter, & insolidum fuerit prorogatio termini dati ad redimẽdam; & ista caussa

cauffa folum afferat vtilitatem pro illa parte,pro qua intercefſerat, pro illa etiam tantū parte fubintelligi debet obligatus ad defenfionem.

24 Quartò dicit Surd. nu.65. & feq. quod promifsio indemnitatis intelligi debet fecundum naturam cōtractus,fuper quo interponitur, argumento l. Si ftipulatus. ff. de vfur. l. Si vno. in prin.ff.loca. at ex natura cōtractus locationis, & venditionis eft, prout in cæteris obligationibus,vt plures remaneant obligati ꝓ virili nō infolidū.Caftré. conf.170. nu.2.lib.2. Alex.conf. 60. in fin.lib.7.Soc.iun.conf.52. nu.15. lib. 4. & prius dixerat in conf. 128.nu.133. lib. 1. quod fi duo venditores promittunt indemnitatem,intelliguntur promittere pro rata,& portione rei venditæ, & refpectu partis quā vnus quifq; vendidit. Ergo teneri debet D. Ferrantes nō pro tota vinea, fed folum pro dimidia.

25 Tandem concludit Surd. nu. 70. quod quatenus interpretatio efficiatur dubia, debet prævalere contra hæredes emptoris, qui debebat legem aptius dicere ad eius fauorem, fi intēdebat fingulos vēditores ex vltimo inftrumēto habere pro tota vinea obligatos, & non pro virili,prout in dubio fuadent iā dicta hæc Surd.cuius auctoritate fultus, decidendum duxi benè iudicatum ad fauorem D.Ferrantis, & malè appellatum pro parte hæredū D.Iulij emptoris.

Nec obftant, quæ dicebantur in fundamentis in contrarium factis.

26 Et Primùm, quod promifsio indemnitatis contineat claufulam defenfionis,quæ eft indiuidua. Quia refpondetur,promiſſionem hāc effe indiuiduam,habito tamen refpectu ad id,quod promiffum eft: nam fi promifsio eft defenfio,tātūmodo pro portione fpectante ad vnum quẽq; ftipulatorem, erit pro illa parte indiuidua;nec fufficiet præftare pro parte; & ita loquūtur doct. fuperius in contrarium citati. Quādo enim res,vel factum deducuntur in ftipulatione, poffunt,vel in totum,vel pro parte deduci,etfi pro parte deducuntur, pro illa præftanda funt; fi verò in totum,pariter non fufficiet partem præftari; & fatis dicitur indiuiduum factum præftari integrè, quando præftatur in parte promiffa:& hoc eft, ꝙ

27 dicit Bar.in l.4.§.Cato.in 6. oppo. nu.7. ff. de ver.oblig.vbi dicit facta dici īdiuidua, poftquā funt deducta in ftipulatione,fed tempore quo deducuntur, funt diuidua, & ideò poteft quis ftipulari partem fundi tradi. l. Locus. in prin. ff. de acq. poffeff.& certam partem foueæ purgari. l.2 §.Præterea.ff.de acq.plu.arcen. & facit. l. Fundi partem. ff. de cōtrah. emp. & idē dicit Bar. in d. l. Stipulationes. in primo cui-

euidentiali; vbi hoc pariter tenet Castren.nu.5. Quæ Bar.doctrina est ab omnibus recepta, vt testatur Ias.ibidem nu.17.ita Surd. omninò videndus d.cons. 150.nu.72.73.& 74.

Cumq; D.Ferrantes in sua ꝓmissione tantummodo se obligauerit pro defensione medietatis istius vineę,vtiq; assumendo integram defensionem dictæ partis adimplet promissa;& hoc in casu non diuiditur defensio; si enim D. Ferrantes solummodo defendere vellet partem medietatis,tunc certè non posset, quia promissio sua defensionis, non posset diuidi:sed postquam assumere est paratus defensionẽ pro illa integra parte, pro qua se obligauerat, plusq; satis suæ promissioni satisfaciet.

Secundum multo minus obstat,quia superius demonstrauimus,D.Ferrantem in secũdo instrumento non intercessisse pro solido totius vineæ & licet cum D.Paulo principaliter,& insolidum accesserit pro medietate, non negat pro ista portione se teneri; sed quo ad residuum ei' promissio non extenditur; cum ista secunda promissio sit referenda ad ipsius D. Ferrãtis primæuam obligationem, & nõ ad illam,quam fecit D.Petrus intuitu D. Pauli; vti superius comprobauimus.

Et nos nõ sumus in vnica determinatione, sed stipulatio indemnitatis facta per D. Iulium à D.Paulo, & D. Ferrãte dicitur diuersa ab illa, facta à D Petro

28 & Paulo, & propterea dicimus plures continere stipulationes; vnica enim conceptio verborũ in tot stipulationes resoluitur, quot,sũt res specificatę.l.Quod dicitur la 1.l. Pluribus. in prin. l.Scire debem'.l.Stichum.§.Stipulatio ff.de ver.oblig. & notatur in l. Senatus. §. fin.ff.de donat. caus. mort. & firmauit lap. alleg.8.

29 Et vidimus in sentẽtijs,quot tot sunt,quot in ea sunt capitula.l.Etiã.§.1.ff.de mino.Et quotiescũq; plures res distincto pretio vendũtur,tot sunt venditiones,quot res.l.Cum eiusdem. ff. de edi.edict. l.Si plura.ff.eo. Et hoc procedit non solum in emptione,& venditione,sed etiam in alijs contractibus, vt voluit. Bal.cons.475. lib.1. Dec.consil. 344.num.3. & cons.542. num.6. Ruin. loquens in datione in solutum. cõs.65.in prin.lib.4 Ceph.cons.87.nu.5.

In facto autem controuerso, vna est dicenda stipulatio indẽnitatis præstãdæ respectu D.Ferrãtis, alia vero præstãde respectu D. Petri;quo fit vt cũ plures sint determinationes, & plures res, esset regula,ꝙ vna determinatio respiciens plura determinabilia debeat æqualiter determinare, & quod vna res nõ de-

30 beat censeri diuerso iure.

Vlterius,quamuis vna determinatio debeat ęqualiter determina-

mina-

minabile nūquam determinat alterum. iuxta Bar. declarationē in l.Prætor. la 2.§.Si quis aduentu.ff. de vi bono. rapt. vbi dicit in edicto prætoris cuius dolo malo in turba damnū, quod datum &c. quod licet illud participium, datum, determinet datū in turba, & datum dolo malo, tamen non erit necesse, quod turba sit dolo malo congregata. & Bar. sequitur Natt. cons. 110. in fin. Vnde quamuis diceremus, obligationem versus D. Ferrantē, & aliam versus D.Petrum esse duo determinabilia, quæ respiciunt determinationem indēnitatis, tamen obligatio, quæ est uersus D.Ferrantem, non est necesse, quod sit ratione solidi, pro illa obligatione, quæ erat versus D.Petrū; & hoc est, quod voluit Soc. iun. in d. §.Cato. nu. 77. qui dicit d. regulam. l.Nam hoc iure. procedere in eo, quod principaliter determinat, quia sufficit, quo ad illud æqualiter fieri determinationem. Hac responsione vtitur in pūcto. Surd. d.cons.150. nu.109. & seq.

Tertium, quod in nouissimo instrumento continetur actus correspectiuus, remouetur ex illis, quæ de mente Surd. superius adduximus; & pręcipuè, ꝙ onus debet correspectiuari commodo; verū D. Ferrantes si aliquod commodum reportauit ex secūdo instrumēto nisi pro illa parte vineæ, pro qua se obligauerat est considerabile; & propterea non debet vlterius grauari, & extendere suam promissionem non debemus vltra caussam finalem, ob quam motus fuit D. Ferrantes ad promittendum.

Et etiam demonstrauimus, ꝙ hoc vltimum instrumētum duo continet, venditionem scilicet factam de vinea, cum relatione ad duo instrumenta diuerso tempore alias celebrata, secūdo prorogationem termini ex parte D.Iulij emptoris, & ex parte vēditorum promissionem, ꝙ, eo termino prorogato trāsacto, res remaneret libera penes D. Iulium, ac si illud nouissimum pactum initium non esset; & ad ista referuntur, & restringuntur omnes clausulæ dicti instrumenti: & in hoc verificatur obligatio solidi. Sed cum hodie non agatur de redemptione vineæ, & occasione huius puncti non molestentur hæredes D. Iulij, non est locus obligationi factæ in hoc instrumento secundo, & tātum pro defensione competit actio hæredibus D.Iulij ex primo instrumento.

Quartum de instrumenti nouissimi verbis claris, & apertis, retorquetur in hæredes D.Iulij, quia, vti pluries diximus, in hoc secundo instrumento nil nouatū de primæua obligatione: & sibi imputet D.Iulius, si nesciuit aptius prouidere, quatenus intendebat D. Ferrātem obligare pro integrali defensione totius vineę: & nō est credibile, ꝙ D.Fer-

rãtes, qui solũmodo tenebatur ꝑ dimidia, ex prorogatione breuissimi termini voluisset obligari pro toto; tantò magis cum ex processatis appareat, ꝙ sciebat, quod DD. Paulus, & Petrus vergebant ad inopiam. Ideò decisum fuit benè iudicatum, & malè appellatum, confirmando sententiam Per Ill. & Excell. D. Iudicis à quo. Laus Deo.

Alex. Ambr. Vic. Gen.

Decisio Quadragesimasexta.

Factum.

De anno 1550. D. Alexand. Caffarellus nullo condito testamento ex hac vita migrauit, relictis D. Ioachino filio, & DD. Mansueta, Laura, ac Cæcilia filiabus legitimis, & naturalibus, quo D. Alexand. defuncto, D. Ioachinus habuit, & possedit semper eius vita durante bona, & hæreditatem paternam vigore statuti excludentis fœminas propter masculos, donec, & quousque masculi extabunt. De anno 1590. mortuus est D. Ioachinus absque filijs, & condito testamento, reliquit vsum fructum d. bonorum D. Clementiæ eius vxori; & hæredes instituit filios d. suarum sororum DD. Lauræ, & Cæciliæ qui retinent bona præfata.

De anno 1592. obijt, & D. Mansueta, relictis hæredibus D. Equite Bartholomeo eius filio legitimo, & naturali, & D. Lauinia ex D. Equite Hippolito pariter eius filio nepte. Modo prædicti D. Eques Bartholomeus filius D. Mansuetæ, & D. Lauinia neptis petunt reintegrari ad portionem bonorum, & hæreditatis quondam D. Alex. supradicti vna cum fructibus perceptis post mortem D. Ioachini. Fuit dubitatum, An iuridicè petierint: & caussa per breue Apostolicum in hac curia Episcopali fuit commissa.

Summa-

SVMMARIVM.

1 Statutum excludens fæminas propter masculos censetur perpetuò excludere, quod declaratur nu. 14.

2 Statutum excludens fæminas ab hæreditate, facit eas haberi pro mortuis, sed quomodo procedat, demonstratur num. 18.

3 Fæmina exclusa per statutum non facit partem in computatione legitimæ, ac si non esset in rerum natura.

4 Fæminæ mortuę in vita masculorũ non reintegrantur, quando à statuto fuerunt exclusæ. Cuius contrarium multi sensere relati num. 24.

5 Fæmina exclusa per statutum ammittit suitatem, et propterea nõ rumpit testamentum paternum, in quo fuit exhæredata, vel præterita; quod declaratur nu. 205.

6 Hæreditas non adita regulariter nõ transmittitur, nisi iure suitatis, cũ beneficio deliberandi: sed quomodo intelligendum, demonstratur nu. 20. & 21. & 22.

7 Dictiones, Donec, & Quousque suspensiuæ sunt.

8 Fæmina temporaliter exclusa, deficiente linea masculina, ad successionem reintegratur.

9 Dictiones Donec, et Quousq; in statuto exclusiuo appositæ, non fuerũt appositæ vocationi masculorum ad ampliandum dispositionem, sed adiectæ fuerunt exclusioni fœminarum ad restringẽdũ, et diminuendum earum exclusionem.

10 Dictiones Donec, & Quousque, denotant limitationem temporis, & temporalitatem quandam, et limitant tempus, & restringunt dispositionem loquentis, Inducuntq; conditionem extinctiuam præcedentis dispositionis in euentum casus considerati à statuentibus, ita vt ante euentum illius casus dispositio firma remaneat.

11 Fæminæ exclusæ per statutum Donec, et Quousque extent masculi, illis deficientibus reintegrantur; quamuis statutum vlterius non disponat, vocando fæminas.

12 Fęmina temporaliter exclusa, donec, et quousque extant masculi, illis deficientibus reintegratur, collatis dotibus; ad partem illã, quã de iure cõmuni habuisset, si per statutum non fuisset exclusa.

13 Fæmina, per statutum exclusa extantibus masculis, non priuatur in totum sua portione, sed ius suspenditur donec, et quousque extant masculi: & illis deficientibus de nouo non quæritur ius fæminis, sed iam quæsitum detegitur, & intentari potest.

14 Statutum excludens fæminas simpliciter, tunc dicitur perpetuò excludere: secus si donec, et quousque masculi extabant.

15 Fæminæ à feudo exclusæ propter masculos, dicuntur exclusæ, quatenus masculi extent, & non illis deficientibus.

16 Argumentum à contrario sensu-

in feudalibus, quomodo procedat demonstratur.

17 *Femina semel admissa ad feudum, si propter masculos excludatur, non dicitur perpetuò, sed ad tempus exclusa.*

18 *Femina, tēporaliter exclusa per statutū, nō reputatur pro mortua.*

19 *Filiorum est prima caussa successionis, sublata sexus differentia.*

20 *Femina exclusa per statutum, non impeditur consequi suam portionem ob aliquem defectum prouenientem ex eius persona, sed ob impedimētum extrinsecum proueniens ex persona masculi à statuto vocati: qua propter ius feminæ fuit in suspensum, donec extabat masculus, quod ius suspensum feminę habitu, licet nō actu, competens ad suos filios transmittit.*

21 *Statutū mādās dotari feminas, illas nō excludit, anteq̄ dotentur, hinc remanet hæres, & sua, & si post dotationem decedat, iūs redeundi ad hæreditatem transmittit.*

22 *Filia, vti sua hæreditatem paternā non aditam, transmittit potentia suitatis.*

23 *Filia exclusa per statutum temporaliter, non ammittit ius suitatis, sed tantum suspenditur.*

Et quotiescunque statutum excludit feminas non absolutè, sed tunc demum, quādo sunt dotatę, hoc in casu non amittunt suitatē.

24 *Femina, & si masculo præmoriatur, quod transmittat ad suos hę redes ius reintegrādi, multi tenēt.*

25 *Femina, quæ habuit dotem à statuto sibi præseruatam, & spem cōsequendi residuum portionis, extincta linea masculina, vigore iuris accrescendi, ius reintegrandi, transmittit ad filios, dato quod esset conditionale.*

Feminę per statutū tēporaliter exclusę donec, & quousq; extēt masculi, an illis deficiētibus sint reintegrādæ ad earum portionem.

Diuino inuocato suffragio.



Viso, statuto exclusiuo fœminarum propter masculos, videbatur decidendū, quod D. Mansueta nō veniat reintegranda ad bona, & hæreditatem D. Alex. Caffarelli illius patris ab intestato defuncti, relictis D. Ioachino filio masculo, ipsa D. Mansueta, & alijs filiabus feminis.

1 Primò. Quia cum statutū excludat feminas propter masculos, D. Mansueta, quæ vigore d. statuti, fuit semel exclusa, perpetuò censetur exclusa. per text. c. 1. §. Quin etiā tit. Epis. vel Abb. in vsib. feud. vbi habetur, quod femina vocata cum masculo, si semel fuerit exclusa à masculo, perpetuò durat exclusa. & ibi hoc communiter firmant Doct. Curt. de feud. in 3. par. quæst. 27. Brun. conf. 78. num. 2. Dec. cons. 390. num. 4. & consil. 517. num. 6. Paris. cons. 12. nu. 7. cons. 22. nu. 15. & cons. 23. nu. 50. & 53. lib. 2.

Gozad.

Gozad. conf. 8. nu. 9. Ruin. cōs. 9. lib. 1. Afflict. in tit. de natur. success. feud. num. 13. Tiraq. in repet. l. Si vnquam. in ver. Susce perit. num. 195. C. de reuocan. donat. Roland. conf. 58. nu. 65. & seq. lib. 3. Cels. conf. 26. num. 48. Bursat. conf. 63. num. 17.

Cumq; D. Mansueta iam fuerit exclusa per D. Ioachinū fratrē, sequi posse videtur, ꝙ perpetuò duret exclusa, & consequenter nō sit locus reintegrationi.

2 Secundò. Postquam statutum excludit fœminas ab hæreditate, statuti ea videtur esse virtus, vt faciat fœminas haberi pro mortuis. ita Alex. conf. 20. nu. 5. libr. 1. Soc. consil. 1. col. 2. vers. Sed clarius, respondeo. & conf. 144. col. 2. vers. Cōfirmatur ista opinio. lib. 2.

3 Hinc videmus, quod in computatione patrimonij, & legitimæ nulla ratio de illis habetur, ac si nō essent in rerum natura; & tota hæreditas ad masculos deuoluitur. Alex. in l. Si pluribus. §. Si duobus. in fin. ff. de leg. 1. Soc. post multos consil. 150. num. 6. lib. 1. & d. conf. 1. col. 3. & consil. 21. lib. 2. vbi dicit sępius ita consultum vidisse, sępius consuluisse, & semel iudicasse. & conf. 82. num. 3. lib. 4. Dec. post alios conf. 299. num. 2. conf. 303. in fin. conf. 383. sub nu. 5. & conf. 607. nu. 15. & seq. Paris. latiss. conf. 55. nu. 16. lib. 3.

4 Si igitur D. Mansueta reputatur pro mortua stāte statuto, de ea non est curandum, ac si non fuisset vnquā in rerū natura; & succesiuè nō est tractandū de reintegratione; postquā fęminæ mortuæ in vita masculorū reintegrari nequeāt; vti cōsultus respondit Hondad. conf. 16. lib. 1.

5 Tertiò, fœmina per statutum exclusa priuatur suitate. Bar. vbi apost. in l. 1. §. Sciendum. ff. de suis, & legit. Castren. conf. 96. in prin. lib. 2. Alex. conf. 47. 5. dub. lib. 2. Afflict. decis. 188. per tot. Dec. citatis alijs conf. 264. sub num. 3. conf. 331. nu. 7. & conf. 581. num. 4. Tiraq. de retract. tit. 2. §. 1. glos. 8. num. 13. Gramat. decis. 63. nu. 8.

Et propterea valet testamētum patris, filiam à statuto exclusam exhæredantis, vel pręterieuntis. doct. in l. Filię dotem. vbi Alex. sub num. 6. dicit communem. C. de collat. Bar. in l. fin. §. Quando. col. fin. ff. ad Tertull. in l. 1. §. Qui habebat. quæst. 4. num. 6. ff. de bono. possess. contr. tab. in l. 1. §. Sciendum; ibiq; apost. ff. de suis, & legit. Aret. de testa. in ver. Nolens intestatus. col. fin. vers. 4. circa præd. Alex. conf. 20. col. 4. lib. 1. conf. 47. nu. 6. lib. 2. & in l. Gallus. §. Et quid si tantum. nume. 15. ff. de lib. & posth. Socyn. conf. 82. circa prin. lib. 4. Dec. consil. 105. in prin. & latiss. dicens communem opinionem. consil. 296. sub nu. 1. & conf. 505. in prin. & sub num. 6. Dilect. de art. testan. tit. 3. cautel. 5. in prin. & tit. 11. caut. 16.

in prin. Ant. Rosell. de legitimat. lib.3. col. fin. num.6. & in tract. de success. abintest. num. 247. P. de Rauen. sing.655. vbi post Bal. dicit, quod fœminę prætęritę in testamẽto rumpere non possunt testamentum.

Quapropter cum D.Mansueta non petita reintegratione obierit, filij ipsius non possunt illam prætendere, cum hoc ius ad hæredes transmittere nequierit.

6 Quia regularis est, quod hæreditas non adita non transmittitur, nisi iure suitatis cum beneficio deliberandi. l. Cum antiquioribus. l. Si fratris; vbi scribentes. & l. Si infanti. C. de iur. deliberan. Dec. omnes referens, & attestans de communi. conf. 250. per tot. conf. 331. num. 5. & conf. 623. sub num. 1. Corn. conf. 150. nu. 2. lib. 2. Ias. in l. emancipata; vbi etiam alij. C. qui admitt.

His tamen minimè refragrantibus, contrarium decisum fuit, & ad ita decidendum mouebar.

7 Quia statutum non excludit simpliciter, & perpetuò fœminas, sed temporaliter donec, & quo vsque masculi superfuerint per lineam directam descendẽtes: vt denotant dictiones illæ Donec, & Quousque; quæ suspensiuę sunt. Bar. in l. fin. §. 1. ff. ad Tertull. Bal. in l. 2. num. 5. C. de lib. præter. Soc. iun. conf. 76. num. 113. lib. 1. Brun. in tract. statut. quod stant masc. art. 10. q. 5. num. 72. Noni. conf. 8. nu. 8.

8 Et ob id fœmina temporaliter exclusa, deficiente linea masculina, ad succesſionem reintegratur. Bar. in d. l. fin. §. 1. ff. ad Tertull. Bal. Alex. & alij in d. l. 2. C. de lib. præter. Soc. iun. conf. 82. nu. 7. lib. 4. Corn. cõs. 233. num. 12. lib. 4. Soc. qui de communi testatur. consil. 10. in prin. lib. 3. Brun. d. art. 10. q. 5. num. 67. & seq. & nu. 82. in fin. Hip. Rimin. conf. 31. num. 19. & conf. 82. num. 8. & seq. Noni. d. conf. 8. nu. 2. quam sententiam cõmunem dicunt. Soc. iun. cõs. 1. num. 1. lib. 1. Bursat. conf. 80. nu. 8. Hiero. Gabr. conf. 7. num. 8. & seq. lib. 2. Hondad. consil. 29. nu. 2. 3. & 4. lib. 1. Ant. Gabr. com. opin. tit. de statut. conclus. 4. num. 9.

9 Et dictiones istæ Donec, & quousq; in statuto appositæ, nõ fuerũt appositæ vocationi masculorum ad ampliandum dispositionem, sed adiectæ fuerũt exclusioni fœminarũ ad restringendum, & diminuendum earũ exclusionem: ideò non possunt alium effectum operari, videlicet augumentum dispositionis fauore masculorum; quia verba sunt intelligẽda tantum eo respectu, quo fuerunt prolata. l. Si quis domui. §. Quod tamen. ff. locat. Dec. conf. 28. col. 1. Aym. conf. 9. nu. 21. & ad illam caussam, ob quam prolata sunt restringi debent. Bal. in l. 3. §. Ex hoc edicto. ff. naut. caup. & stab.

Aym.

Aym. cons. 171. num. 13. Ceph. cons. 347. nu. 7. & 8.

10 Et propterea dictiones istæ denotant limitationem temporis, & temporalitatem quandã. secundum Alex. & Castren. in l. 1. C. de leg. Capr. cons. 117. nu. 3. Bursat. cons. 133 nu. 1. Noni. cons. 12. nu. 14. & limitant tẽpus, ac restringunt dispositionem loquentis. Card. in clemẽt. 2. §. 1. de ætat. & qualit. Natt. cons. 459. num. 16. Aret. in l. Quod meo. ff. de acq. possess. Paris. cons. 25. num. 16. lib. 2. Menoch. cons. 151. num. 49. Inducuntq; conditionem extinctiuã præcedentis dispositionis in euentum casus considerati à statuentibus: ita ut ante euentum illius casus dispositio firma maneat. Bar. in l. 1. ff. de cond. & demonstrat. Alciat. consil. 10. num. 7. lib. 6.

Et in casu nostro aliud non operantur nisi, vt fœminæ non sint perpetuò exclusæ, sed masculis non superstitibus, vel deficientibus, ad succeßionẽ admittendæ sint. Bar. in d. l. fin. §. fin. nu. 2. & firmant Bal. Castren. Salyc. Alex. Corn. & cęteri cõmuniter in l. 2. C. de lib. & posth. & de communi testatur Soc. iun. cons. 110. nu. 4. lib. 2. Brun. d. art. 10. q. 5. nu. 68. & seq. prosequitur Hondad. cons. 6. num. 34. & seq. lib. 1.

11 Cumque D. Alex. decesserit nullo condito testamẽto, & post mortem illius D. Mansueta dotata fuerit, & D. Ioachinus filius masculus decesserit viuente adhuc D. Mansueta, non est dubitandum, quod ipsa sit reintegranda, ex quo per statutũ fœminæ temporaliter excludũtur donec, & quousque extant masculi, illisque deficientibus reintegrantur; quamuis statutum vlterius non disponat, vocando fœminas, deficientibus masculis. ita Bar. in d. l. fin. §. 1. nu. 2. ff. ad Tertull. Bal. Alex. & cęteri in d. l. 2. C. de liber. præter. Soc. qui testatur de cõmuni. cons. 10. in prin. lib. 3. Soc. iun. cons. 1. nu. 1. lib. 1. & consil. 82. nu. 7. lib. 4. Corn. cons. 233. nu. 12. lib. 4. Brun. d. art. 10. q. 5. nu. 67. & seq. Hip. Rimin. d. cons. 31. nu. 19. Bursat. d. cons. 80. nu. 8. Hondad. cons. 14. nu. 14. lib. 2. Anch. d. cons. 221. Noni. d. cons. 8. num. 2. Ceph. cons. 251. nu. 9. & est communis opinio, testè Ant. Gabriel. com. opin. tit. de stat. conclus. 4. nu. 9.

12 Quapropter dicimus, quod D. Mansueta erat reintegrãda, & consequi debebat, collatis tamen dotibus, illam portionem quam de iure communi habitura fuisset, si propter statutum à fratre non fuisset exclusa. Soc. iun. cons. 82. nu. 7. lib. 4. Capr. cons. 76. in fin. & hoc videtur sentire etiam Aret. cons. 143. in prin. & Corn. cons. 233. num. 12. lib. 4. Hip. Rimin. d. consil. 31. nu. 9. Hondad. cons. 65. nu. 57. & 58. lib. 1.

13 Idq; demonſtratur manifeſta ratione, quia fœmina, extantibus maſculis, per ſtatutum non priuatur in totum ſua portione, ſed ius ſuſpenditur, donec, & quouſq; extant maſculi, & illis deficientibus de nouo nõ quæritur ius fœminis, ſed iam quæſitum detegitur, & intentari poteſt: ſecundum Bal. qui ita in puncto argumentatur. d. conſil. 426. lib. 3. Anchar. d. conſ. 221. & Cepr. d. conſ. 76.

His ſic poſitis omnia in contrarium adducta facillimè remouentur.

14 Primum, quod fœmina ſemel excluſa ꝑpetuò duret excluſa, non ſubſiſtit; quia prędicta procederent, vbi ſimpliciter fuiſſet excluſa, ſecus verò ſi appoſitis verbis donec, & Quouſq;, quia tunc intelligitur excluſa ad tẽpus, donec maſculi ſuperuiuerent. Bar. in d. l. fin. §. Quando. ff. ad Tertull. & conſ. 44. 1. dub. Bal. in d. c. 1. §. Quin etiam; ibi 2. nota. tit. Epiſc. vel Abb. & in auth. Sed & ſi quis. colu. 5. verſic. 3. per hoc C. de ſecund. nup. Panormit. conſil. 92. colum. 2. lib. 2. Alexand. d. conſil. 20. & conſil. 29. in fin. lib. 1. Socyn. conſil. 100. in prin. lib. 3. Capp. Tholoſ. vbi latiſs. in addit. deciſ. 459. Dec. conſil. 71. circa prin. conſil. 87. in prin. conſil. 309. num. 5. conſil. 331. in prin. conſil. 390. ſub num. 4. conſil. 414. nume. 5. conſil. 446. nume. 18. in fin. conſil. 506. nume. 3. conſil. 517. ſub num. 6. & conſil. 627. nu. 8. Dilect. de art. teſtan. tit. 3. cautel. 5. Tiraq. latiſs. in repetit. l. Si vnquam. in ver. Suſceperit. num. 193. & ſeq. C. de reuocan. donat. & in tract. ceſſ. cauſſ. in ver. Excluſionis cauſſ. ceſſ. num. 95. & 96. & in 12. limit. nume. 14. Ioan. Circier. de primogen. lib. 1. quæſt. 1. num. 8. Socyn. iun. d. conſil. 1. 1. dub. & conſil. 2. ſub num. 33. lib. 1. Curt. de feud. diſt. 3. par. quæſt. 27. verſic. 2. limita. Pariſ. dict. conſil. 22. num. 20. & ſequen. lib. 2. poſt Alexan. Iſern. & Socyn. per eum allegatos, & conſil. 23. numero. 58. & ſequen. eo lib. Ruin. d. conſil. 9. num. 6. & ſeq. lib. 1.

15 Sed in caſu noſtro conditionaliter, & temporaliter, ſiue ſuſpenſiuè excludũtur fęminæ ſtãtibus maſculis, ergo locum non habent præd. in cõtrariũ citata.

Quod autem fœminæ vigore ſtatuti conditionaliter, ſiue ſuſpenſiuè excluduntur, vltra quæ ſuperius firmauimus, probatur in tex. in tit. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis maſc. fœmin. in veſt. recep. verſ. Non enim patet. & in verſ. Quod miles. vbi in hęc verba cauetur, non enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſsione donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuit inueſtitus, ergo vbi maſculus non ſupereſt quia deceſsit, fœmina eſt admittenda.

16 Nec me mouet, quod argumentum

mentū à contrario sensu in feudalibus constitutionibus, non valet, vt concludit Euerard. in top. lega. c.4.num.80. quia hoc procedit, quando ex huiusmodi argumento disceditur à iure communi; aliàs secus, ita declarat Iason.in l.1. nume.58. C. de iur. emph. Sed in casu nostro arguendo à contrario redimus ad ius commune, per quod fœminæ vna cum masculis succedere debét.l.Maximum vitium. C. de lib. præter. instit. de ex hæred. lib. in prin. propterea valet,& procedit argumentum.

17 Et Gozad. dict.consil.9. nu.59. per dict. tex. in dict. versic.Non enim patet dicit, quod quando fœmina vel ex pacto, vel ex natura feudi est admissa, semper extantibus masculis exclusa dicitur non perpetuò, aut simpliciter, sed temporaliter; & hæc opinio fuit glos. in d. §. Quin etiam. tit. Episc. vel Abb. quam sequuntur ibi Iason. de Bel. & Lauden. & ex quo fœminæ vigore statuti nostri nō præcisè,& simpliciter excluduntur, dicitur potius quædam suspensio temporalis, & ob id deficiētibus masculis, successio redit ad fœminas: ita firmauit Senat. Pedemont. teste. Osasch. decis. 23.sub nu.51.& seq.

18 Secundum quod fœminæ vigore statuti reputētur pro mortuis, pari ratione remouetur; hoc enim locū sibi vendicaret, quatenus fœminæ perpetuo excluderentur; secus quando tēporaliter, prout in casu isto: nā tunc pro mortuis non habentur,vt docuerunt Bar.& alij cōmuniter in d. l. fin. §. fin. ff. ad Tertull. Tertium, & vltimum, quod D.Mansueta vti per statutum suitate priuata non potuerit hæreditatem paternam non aditam transmittere ad suos fi-

19 lios, non obstat. Quia D.Mansueta, & consequenter sui filij habent intentionem fundatam in iuris communis dispositione, qua attenta, prima caussa successionis est filiorum. §.1. instit. de hæred. quæ ab intest. def. & in authent.eo tit.in prin. Et hodie sublata est omnis differentia sexus inter masculos, & fœminas, & ad successionem eodem iure admittuntur fœminæ sicuti masculi. instit. de ex hæred. lib. in prin. l. Maximum

20 uitium. C. de lib. præter. Quo fit, quod cum Dom. Mansueta non fuerit impedita consequi suam portionem hæreditatis D. Alexand. sui patris ob aliquem iuris defectum prouenientem ex eius persona, sed ob impedimentum extrinsecum prouenieins ex persona D. Ioachini masculi à statuto vocati. vnde ius D. Mansuetæ fuit in suspensum donec extabat D. Ioachinus; quod ius suspensum sibi habitu, licet non actu competens ad suos filios, & hæredes transmisit. l. Si quis filium. C. De inof. testamen.

Et

Et de iure transmisio conceditur, quotiescunq; defectus non consideratur in iure deferendi, sed in iure agnoscendi, vel petendi. l. Ventre. ff. de acq. hæred. Bal. qui hoc argumento in pũcto vtitur d. cons.426. lib. 3. Anch. d.cons.221.& Capr.d. cons.76. Cumq; vti diximus, D. Mansueta per statutum nõ fuerit priuata in totum sua portione, sed ius illius suspẽsum fuit, donec extabat D.Ioachin⁹, mortuo D. Ioachino, de nouo non fuit quæsitũ ius D. Mãsuetę, sed quod habebat, detegitur, ita & taliter, quod intentari potest; & propterea hoc suum ius ad hæredes suos transmittere potuit. l.Ex his verbis. C. Quando dies leg. cæd. Ceph. cons.404. num. 32.& seq.

21 Ac ẽt quia D. Mansueta post mortem D. Alex. sui patris fuit dotata vigore statuti disponentis: quod si ab auo, auia, patre, & matre, dotatæ fęminæ nõ fuerint, cõdecenter dotari debeãt inspecta qualitate personarum, patrimonij, & consuetudine earum domus, & casatæ, arbitrio boni viri. Qua de re antequam dotaretur D.Mansueta, non erat exclusa, sed remanebat hæres, & quidem sua, & propterea post dotationem si decesit, ius redeũdi ad hæreditatem paternam transmisit; ꝙ facilius permittitur, cum iam fuerit hæres, & sua, quam si dotata fuisset à patre, ita quod nunquam fuisset hæres; dificilius nempè tollitur ius quæsitum, quã quod à principio impediatur quærendum. iux. l.Patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. & in terminis huius statuti hac ratione argumentatur Ias.cons.105.col.2. lib.3.

22 Vlterius cum D.Mansueta, sicuti D.Ioachinus D. Alex. patri erat sua. l.In suis. C. de lib. præter. Anch.d.cons.221. propterea potuit hereditatem nondum aditã transmittere, prout potest suus hæres ex potentia suitatis. l.Vni. C.de his q ant. apert.tab. l.Apud. hostes. C.de suis, & legit.& ibi doct.communiter. Bursat.qui cõmunem dicit, cõs.19. nu.11. Et hoc procedit siue agatur de transmisione totius hæreditatis, siue partis, & ẽt abintestato delatæ secundum.Socin. testantem de communi cõs.67. nu.2.& 3.lib.4.

23 Et quamuis D. Mansueta, extante D.Ioachino exclusa esset, ex hoc iura suitatis non erant sublata, sed tantum suspensa, per tradita per Anch. d. cons. 221. Ias.in puncto cõs. 105.col.1.lib. 3. & hoc videtur cõmuniter receptum secundum Brun.de stat. quod stant, masc.art.11.q.9.nu. 94. Nec per statutum, de cuius interpratatione agimus, priuatur D.Mansueta suitate; quia nõ absolutè excludit fœminas, sed tunc demùm quando sunt dotatæ: quo in casu nõ amittunt suitatem. ita Alex.cõs.131.per tot. lib.

lib. 1. Ias. in l. Qui se patris. n. 9. & ibidem Fab. Accoromb. nu. 9. C. vn. libe. Dec. cons. 105. nu. 2.

24 Nec desũt multi ex nostratib' magnę auctoritatis, qui voluere, quod etsi D. Mãsueta prædecesserit D. Ioachino, ius hoc reintegrãdi ad suos hæredes trãsmittere potuisse: īter quos Bal. cons. 426. lib. 3. quod est repetitum cons. 96. lib. 1. Anch. d. cõs. 221. Capr. d. cons. 76. Ias. d. cons. 105. lib. 3. Ceph. d. cons. 404. nu. 32. & seq. Hip. Rimin. cons. 445. nu. 9. & seq. Menoch. cons. 105. nu. 78. vbi de communi, & licet nu. 80. alleget tenentes contrariam opinionē, nihilominus disputando vsq; ad nu. 84. non videtur ab hac parte disentire.

Sed cum D. Mansueta superuixerit D. Ioachino absq; difficultate, procedit conclusio hæc nostra: quia hæreditas iam sibi erat delata, & impedimentũ D. Ioachini è medio sublatum, quo stante etiam Hondad. cõsentit, qui cons. 16. lib. 1. in cõtrarium respõdit, ex eo, ꝙ fęminę illę exclusę prædecesserant masculis.

25 Et tandem vt decisio nostra clara reddatur ad fauorem D. Mansuetæ, considerandum velim, quod cũ vigore statuti ipsa habuerit dotē sibi à statuto præseruatam, & spem consequendi residuum portionis, extincta linea masculina; propterea residuũ hoc accrescit portioni reseruatæ pro dote, adueniēte casu reintegrationis, & ob id ius reintegrandi ad filios transmisit, ex quo ius accrescendi etiã conditionale ad hæredes sit transmissibile. l. Qui patris. ff. de acq. hæred. Soc. cons. 6. num. 14. lib. 3. Ruin cõs. 156. nu. 4. & cõs. 178. nu. 2 lib. 2. & in proposito Menoch. d. cons. 105. num. 19. & nu. 81. & 82. Paris. Curt. & alij relati à Ceph. cons. 283. nu. 26. Ex quibus ad fauorem D. Equitis Bartholomæi, & D. Lauiniæ decisum fuit, vt statuto minimè obstante, reintegrandi sint ad portionem, quæ D. Mansuetæ matri, & auię respectiuè competebat. Laus Deo.

Alex. Amb. Vic. Gen.

Decisio Quadragesimaseptima.

Quodam die Rector cuiusdam Ecclesiæ huius diœcesis altercabatur cum certo Francisco occasione damni dati ab animalibus ipsius Francisci in bonis Ecclesiæ; & verbis facta addendo, illum percussit cum cultello in pectore, ex quo post triginta septem dies mortuus fuit. Citatus clericus comparuit, & multa de negligentia, & culpa Francisci in curatione vulneris

neris probauit pro exoneratione delicti. Quapropter fuit dubitatum, si clericus præfatus teneretur de occiso.

SVMMARIVM.

1 *Vulneratus moriens post octo menses non præsumitur mortuus ex vulnere: ergo à contrario sensu mortuus ante dictum tempus, præsumitur ex uulnere mortuus. Quod declaratur num. 24.*

2 *Vulneratus, si decessit post paucos dies, præsumitur ex vulnere mortuus, sed quomodo procedat, demonstratur num. 15.*

3 *Vulnerans dat causam homicidio, licet febri superuenta, sequatur mors, quod declaratur nu. 25.*

4 *Mortis causam præbens, tenetur lege Cornelia de sicarijs, sicuti si interfecißet.*

5 *Culpa quando præcedit casum, quis tenetur de casu postea sequuto.*

6 *Vulneratus, mortuus sine alio vulnere, seu percussione superueniente, dicitur ex vulnere mortuus: quia euentus mortis ostendit vulnus fuisse mortale.*

7 *Vulneratus in pectore à communiter accidentibus moritur, & qualitas loci illati uulneris ostẽdit vulnus fuiße lathale.*

8 *Vulneratus in dubio præsumitur ex vulnere mortuus, secundum doctrinam multorum: qui tamen quomodo sint intelligendi demonstratur nu. 28.*

9 *Vulnus, quando certum est de necessitate esse læthale, quandocũque sequatur mors, vulnerans tenetur de occiso. Et non excusat negligentia, seu culpa vulnerati.*

10 *Vulnus, quando dicatur mortale, vel ne, ex qualitate loci illati vulneris, & medicorum relatione, comprobatur.*

11 *Vulnus, quando certum est non fuisse mortale, nunquam quis tenetur de occiso, quia præsumitur potius ex negligentia, quam ex vulnere obijsse.*

12 *Vulnus illatum debili, & infirmo, ex quo mortuus sit, quod in sano, & valido non esset læthale, percutiens tenetur de occiso: & refertur notabile dictum Aug. de Malef.*

13 *Vulnus illatum quando dubium est, an sit læthale, vel ne, non constito de negligentia, seu culpa vulnerati, si mors sequatur, præsumitur ex vulnere processiße.*

14 *Vulnus, quando est periculosum, tenetur percutiens docere de negligentia, seu culpa vulnerati, aliàs tenetur de occiso.*

15 *Vulnus, quando dubium est, an sit læthale, vel ne, & vulneratus superuixit aliquibus diebus, quãto tempore sit necesse, vt superuiuat, ne præsumatur mortuus ex vulnere, doctores variant, & iudicis arbitrio relinquitur.*

16 *Vulnus periculosum detegitur ex qualitate loci illati, scilicet, si in capite, gula, cerebro, intestinis*

stinis, & in pectore.

17 *Vulnus, quando est periculosum, constito de negligentia, & culpa vulnerati, non tenetur vulnerans de occiso: quia in dubio præsumitur potius mortuus ex mala cura, quàm ex vulnere.*

18 *Vulneratus vinum bibendo, & nõ parendo medico, dicitur in culpa; vnde vulnerans, non tenetur de occiso.*

19 *Vulneratus, vulnere periculoso, exeundo domũ post paucos dies ab illato vulnere, dicitur in culpa, & non præsumitur mortuus ex vulnere.*

20 *Vulneratus adhibens medicũ imperitum, dicitur in culpa, & vitium medici excusat vulnerantem ab occiso.*

21 *Vulneratus, qui obijt post trigesimum septimum diem, non præsumitur mortuus ex vulnere.*

22 *Vulnerato, si superueniat febris, & moriatur, non præsumitur mortuus ex vulnere, sed ex febre: præsertim si medici inspecto cadauere, dicant ex morbo superueniente peryſſe.*

23 *Ex indicijs, licet indubitatis nemo punitur pęna ordinaria delicti.*

24 *Intellectus ad c. 2. de cler. percuss. vt in illo tex. Sum. Pont. explicet casum clarum, quod mortuus post octauum mensem à die vulneris, non dicatur mortuus ex vulnere: & non quod si peryſſet ante præsumatur decessiſſe ex vulnere, & arguere à contrario non licet, quando resultaret absurdum.*

25 *Vulneräs nõ simpliciter dat caussam morti, si cum vulnere concurrat negligentia, & mala cura vulnerati: quo casu vulnerans non tenetur de occiso.*

26 *Vulneratus, si moriatur absque alio vulnere, quod præsumatur ex illo mortuus, procedit non probata negligentia, seu culpa vulnerati: qua probata secus de iure dicendum.*

27 *Vulneratus, si moriatur absque alio vulnere, quod præsumatur mortuus ex illo, procedit, quo ad pęnam irregularitatis contrahendæ, non quo ad pęnam mortis inferendæ: & quare.*

28 *Vulneratus præsumitur mortuus ex vulnere, si non probetur negligentia, & culpa vulnerati: secus illa probata.*

Et etiam quando vulnus fuit de necessitate mortale; quia tunc negligentia, seu culpa vulnerati non excusat: secus quando fuit solummodo periculosum.

De vulnerato, qui post trigesimum septimũ diem obijt an præsumetur mortuus ex vulnere.

Diuino inuocato suffragio.



EX processatis contra clericum carceratũ, decidenda erit quæstio, de qua sępe dubitari solet; videlicet, Si percussus

sus aliquo vulnere, post nonnullos dies decesserit, præsumatur decessisse ex illo vulnere, ita q vulnerans de occiso teneatur. Et contra clericum facere videbantur multa.

1 Primò, ea quæ habemus in tex. c. 2. de cler. per c. vbi Alex. Tertius Pont. Max. dicit quod vulneratus moriens post octo menses à die vulneris illati non præsumitur ex eo mortuus. Ergo à contrario sensu, secus esse debet, si ante octo menses perijt, sicuti in casu nostro, in quo Franciscus post trigesimum septimum diem obijt. & ita per d. tex. videtur sensisse Bar. in l. Si in rixa. ff. de Sicar. & in l. 1. C. de emend. ser. ibique Salic. & Ang. quem tex. etiam ad hoc ponderauit Soc. cons. 178. vers. Tertio hoc videtur. lib. 2.

2 Et hoc fuit de mente glos. in c. Præsbiterium. de homicid. dũ dicit quod est præsumendum quem mortuum ex vulnere, si decesit post paucos dies. idq; probatur per l. Ait lex. versic. qđ si mortifero. ff. ad l. aquil. vbi habemus, quod licet vulneratus decesserit post longum interuallum, non tamen tollitur præsũptio, quin ex vulnere decesserit.

3 Secundò contra clericũ percussorem facit, quia non est dubium, quod vulnerando dedit causam homicidio, licet febris superuenerit, & sequuta fuerit mors. sicuti notauit Inno. in c. Sicut dignum. in ver. percussus

4 de homicid. Nam quantum ad pœnam legis Corneliæ de Sicarijs, ita tenetur ille, qui præbet caussam mortis, sicuti si interfe-

5 cisset. l. Nihil ītereſt. ff. de Sicar. Et quando culpa præcedit casum quis tenetur de casu postea sequuto l. Obstetrix, & l. Qui occidit. §. Qua actione. ff. ad l. aquil. & l. Prætor. in fin. ff. vi bon. rapt. & diximus in decis. 17. nu. 7. primæ par.

Cum enim clericus iste percutiendo dederit causam homicidio, & in culpa fuerit percutiendo, ergo de occiso teneri dicendum videtur.

6 Tertiò. Ex quo Franciscus, sine alio vulnere, siue percussione superueniente perijt, verum est dicere, illum fuisse ex vulnere mortuũ. ita cauetur in l. Huic scripturæ. §. Quod si seruus. ff ad l aquil. Et euentus mortis ostendit vulnus fuisse mortale. arg. l. aut. facta. §. Euentus. ff. de pæn. ita Bal. in c. 1. quib. mod. feud. amit. & in proæm. ff. & tenet, Bar. in tract. de percuss.

7 Idque comprobatur ex qualitate loci, in quo fuit vulneratus, cum à communiter accidentibus, videamus vulnera in pectore magis esse læthifera, quam in alia parte corporis, vt tradit Bal. cons. 165. lib. 1. Felin. in cap. Significasti. il 2. col. 4. vers. Ratione partis. de homicid. Cuman. cons. 134. in prin. Corn. consil. 274. lib. 1. Soc. d. cons. 178. in prin. lib. 2.

8 Quar-

8 Quartò, & vltimo contra clericum adducebatur doctrina Alber in l. Itē mela. §. Celsus. ff. ad l. aquil. qui voluit, quod in dubio vulneratus præsumatur mortuus ex vulnere, & percutiens qui allegat non fuisse adhibitā diligentiam tenetur hoc probare. p tex. l. Quoties. §. Qui dolo. ff. de probat. & hanc sententiam comprobarunt Florian. in l. Ita vulneratus, & ī l. Qui occiderit. §. fin. ff. ad l. aquil. Salic. in d. l. 1. C. de emend ser. Gandin. de malef. in rub. de homicid. ad fin. Augus. Arimin. ad Ang. de malef. in uer. Ex interuallo. Clar. in pract. §. Homicidium. vers. Quādoque etiam. vbi dicit, quod ex euentu sequuto præsumitur decessisse ex vulnere, & punitur vulnerans de homicidio. Hanc quoque resolutionem facit Gomes. var. resol. tom. 3. tit. de homicid. per l. Ita vulneratus; & l. Si vulnerato; & l. Si ex plagis. ff. ad l. aquil. c. Continebatur, & c. Significasti. il 2. de homicid. & c. 2. de cler. perc. Et pro hac parte consulti respōderunt Signorell. cons. 163. Soc. d. cons. 178. lib. 2. Natt. cons. 108. nu. 6. Crott. cōs. 132. nu. 6. Ceph. cons. 40. & cons. 61. & firmauit Boer. decis. 323. nu. 8. Ex quibus omnibus clericum teneri de occiso, videbatur.

Re tamen diligenter discussa, in contrariam deueni sententiam: pro cuius comprobatione, vna cū Crott. d. cōs. 132. qui omnino videndus; non nullos casus referre duximus, quorum distinctione decisio hæc nostra clara apparebit.

9 Primus itaque erit, quando certum est vulnus illatum alicui fuisse læthale, & tunc quandocunque sequatur mors, vulnerās tenetur de occiso. casus est in l. Ait lex. ff. ad l. aquil. vbi dicitur, quod si aliquis mortiferè fuerit vulneratus, & postea post longū interuallum mortuus sit, tenebitur percutiens de occiso, & æstimatio fiet corporis interfecti connumerando annum à die, ex quo occisus, & vulneratus fuit. hoc idem probatur in l. ex plagis. ff. eo. & ita intelligunt tex. l. Huic scripturę. §. Si seruus. eo. tit. glos. & doct. ibi.

Et hoc in casu standum erit certo, & absque dubio vulnerās teneter de occiso. sic Salic. in l. 1. C. de emend. ser. Florian. in l. Ita vulnerat'. col. 3. ff. ad l. aquil. Bar. in l. Si in rixa. col. fin. vbi etiam Mars. ff. de sicar. Bal. in c. 1. quib. mod. feud. amit. Alber. in d. l. Huic sciptura §. Si seruus. ff. ad l. aquil. Felin. in c. Præsbyterum. de homicid. Odofred. in tract. de percuss. in princ. vbi tali casu dicit, non esse locum dubitationi. ideo Bal. in l. Damni, §. Sabinus. ff. de damn. infect. quem sequitur Ant. Colomb. in tract. proceden. in contro. crimin. art. 203. dixit, quod quando vulnus est mortale, non est necesse, quod ī accusando mortem

tem expectamus: & hunc casum plenè prosequitur Crott. d. cõs. 132. in prin. qui respõdit, quod in hoc casu non excusaretur vulnerans allegando, quod percussus decessit ex eo, quia nullus fuit adhibitus medicus, nec qui eius vulnus curaret; vel quod medicus adhibitus fuit imperitus: nec etiam excusaretur allegando vulneratũ decessisse ob aliquam culpam, ab eo commissam; quia licet per huiusmodi su pradicta mors percussi potuerit accelerari, attamen per hoc nõ minus vulnerans tenetur de occiso. l. Ita vulneratus. in princ. ff. ad l. Aquil. & ita firmant glos. & Alber. in d. l. Huic scripturæ. §. Si seruus. Et hoc voluit Soc. d. cons. 178. lib. 2. & huic sententiæ consentit Alex. in l. Si ab hostibus. §. 1. col. 2. ff. sol. matr. & assentit Clar. in pract. §. Homicidium. vers. Quandoque etiã. vbi subdit, quod quamuis Vitalin. de Malef. tit. de insult. num. 16. dicat quod licet vulnus sit læthale, tamen alia caussa quæ superuenit, poterit probari ad excusationem vulnerantis, tamen contrarium omnes alij tenuerunt, teste Blanc. in pract. crimin. nu. 97. post Gramat. cons. 49. nu. 2. cui conformis est Boss. de malef. tit. de homicid. col. pen. & fin. Lancellott. Conrad. lib. 1. c. 9. de prætore. §. 3. nu. 9. qui ait: Constito aliquem fuisse læthaliter vulneratum, talem haberi pro mortuo. l. Huic scripturæ. 1. resp. ff. ad l. Aquil. hinc Bal. in d. c. 1. in prin. quib. mod. feud. amit. æquiparat mortuũ, & mortiferè vulneratum. Comprobat plenè Hip. Rimin. d. cons. 121. num. 1. & 2. prosequitur Farinat cauf. crimin. cons. 100. nu. 6. vbi dicit, ita intelligendos esse scribentes, quando volunt culpa, & negligentia vulnerati non excusari à pena mortis, quando scilicet certũ erat vulnus fuisse læthale, & quando omnino erat certum ad mortem.

10 Secundus erit casus præfato totaliter cõtrarius, scilicet quãdo constat, quod vulnus nõ erat mortale, puta quia erat in manu, vt tradunt Cepo. cauf. crimin. cons. 28. & Dec. cons. 415. vel in natica, vt in casu Bal. cõs. 195. lib. 1. & concludit Boer. decis. 323. nu. 3. vel quod medici retulerunt vulnus non esse mortale, vt tenet Io. de Anan. cauf. crimin. diuers. cons. 45. nu. 4. lib. 1. Gramat. vol. 24. nu. 7. Dec. d. cons. 415. in fin. cum alijs adductis per Menoch. de arbitr. cas. 274. nu. 11. Eo quia an vulnus sit læthale, vel ne, recurrendum est ad iudicium medicorum, vt ponit Boss. tit. de homicid. col. pen. & fin. & hanc sententiam dicit esse omnium consensu receptam Petr. à plac. lib. 1. dilect. c. 13. num. 6. Clar. in d. § Homicidium, & dicit Crott. d. consil.
11 132. num. 4. & 5. quod quando certum est vulnus illatum non fuisse mortale, tunc percutiens non

nō tenetur de occiso, licet mors sequatur ex dicto vulnere, nam tunc dicitur decessisse nō ex vulnere immediatè, sed ex negligētia ipsius percussi, aut imperitia medici, de quo habemus casum in l.Qui occidit. §. fin. ff.ad l. aquil. vbi apertè cauetur, quod si quis vulneratus non mortiferè fuerit, tenetur vulnerans de vulnerato, nō autem de occiso. sequitur Dec. dicto consil. 415. Cepo. dict.conf.28. Socin. dict. consil.178. Ang. & Salic. in d. l. 1. C. de emend. ser. Boer. dict. decis. 323. num.7. Clar. in d. §. Homicidium; dicens, quod ex quo constat vulneratum mortuum fuisse ex alia causa, quàm ex vulnere, non tenetur vulnerans de occiso, & secundum Bal. in d. l.Damni. §. Sabinus. ff. de damn. infect. isto casu breuitas temporis infra quod mortuus sit vulneratus, non consideratur. ita Cuman.conf.154. prope fin. Blanch. in d. pract. crimin. nu.98. vbi subdit vlterius, quod si vulnus non mortale habet cōmixtionem cum aliquo alio vulnere, vel contusione, adhuc vulnerans non tenetur de occiso. quod menti tenendum voluit Hip.Rimin.d. conf. 121. num.5. in fin. & hoc fuit de mente Cepo. caus. crimin.conf.61.nu.25. 35. & 36.

12 Tertius casus considerandus erit, si vulnus illatum fuerit alicui debili, quod vulnus in sano, & valido non fuisset læthale, & ille debilis mortuus sit, percutiens tenetur de occiso. casus est in l.Pactione.§.Si quis ægrotum.ff. ad l. aquil.quem tex.notat ibi Florian. & in l.Ita vulneratus.eo tit. Ang. de Malef.ver. Ex īteruallo.vers. Quæro quid si mortuus. vbi dicit hoc benè notandum, quia vidit Nursiæ aliquos errare, volentes defendere homicidas, & capitularunt quod vulneratus erat debilis, & sic capitularunt contra se. Et illum tex. etiam notat Cuman. d. consil. 134. qui dicit, quod leuis percussio illata infirmo, & debili, solet esse mortifera; quamuis sanus ex ea percussione verisimiliter non decessisset.

13 Quartus erit casus, quando sumus in dubio, an vulnus illatum fuerit læthale vel ne, & non constat de aliqua negligentia adhibita in curando vulneratum, & tunc vulnus præsumitur læthale, ex quo mors fuit sequuta: eo quia exitus acta probauit. l.Aut facta §. Cunctus. ff. de pæn. l.Rem non nouam. §. fin. C. de iudic. & ita tenet Bal. in dicto capitulo primo, in princ. versic.Sexto quæro. quib. mod. feud. amit. Et

14 propterea hoc in casu percutiens, qui allegat non fuisse adhibitam diligentiam, probare debet hanc qualitatem. argum. l. Quoties. §. Qui dolo. ff. de probatio. & fuit de mente Alber. in l. item mela.

R §.cel-

§.Celsus.ff.ad l.Aquil.& Salic.in d.l.1. C. de emend.ser. vbi scribit, quod si probetur mala, & inordinata vita ipsius percussi, tunc non præsumitur mortuus ex vulnere, quia vna præsumptio tollitur alia contraria fortiori. l.Diuus. ff. de in integ. restit.cap.Afferte.de præsumpt. & hoc tenuit Gandin. de malefic. tit.de homicid.ad fin.Florian.in d. l. Qui occidit. §. fin. ff. ad l. Aquil. & probatur hæc sententia.i d.l.Si ex plagis seruus mortuus sit, neque id medici imperitia,aut domini negligentia acciderit, rectè de occiso seruo agi potest:ergo negligentia est considerabilis, & hanc partem firmat.Armin.ad Ang.d.versic.Ex interuallo. in addit. quæ incipit, Tu autem in hac materia. vbi post Gandin. quem citat, concludit, quod in dubio vulneratus præsumitur mortuus ex vulnere,nisi probetur negligentia,vel mala custodia vulnerati, qua probata non tenetur percutiens de occiso: & exemplificat in rustico, qui leuiter percussus in capite iuit ad laborandum cum bobus ad solem,& calefactus domum redijt, & mortuus est: & voluit quod vulnerans non teneatur de occiso, & adducit ad comprobationem sui dicti. cap.Tua. de homicid. ibi Spreto præcepto.

15 Et hoc in casu quando dubium est, an vulnus fuerit læthale, vel ne, & vulneratus post vulnus, sibi illatum superuixit aliquibus diebus, & tandem mortuus est, tunc quanto tempore sit necesse,vt superuixerit, ne præsumatur mortuus ex vulnere, nostrates videntur variare, prout habemus in d. l. 1. C. de emend.ser.& latè per Butr.& Abb.in d.c.2.de Cler.pere. Florian.in dicta l.Ait lex. in princ. ff. ad l. Aquil. receptior tamen sententia est, quod iudicis arbitrio relinquatur, qui adhibito medicorum iudicio, quibus in similibus standum est, arbitrabitur istud tempus infra quod vulneratus præsumatur mortuus ex vulnere, vel ex sua negligentia, ita tenent Butr. in cap. Præsbiterum. de homicid. Abb.in d.cap.secundo, de cler. pere.Bart.in l.fin.ff.de Sicar.qui adducit text.l.Semel.C.de re militlibr.12. Angel. in d.l.1. C.de emend. ser. Florian. in dicta l. Ait lex.in prin. ff.ad l.Aquil.Alber. in 2.par. stat. quæst.36. vbi firmat, quod in hoc casu vidit stari dicto medicorum, & quod ita de facto obtinuit,& ita concludit. August.ad Ang.d.versic. Ex interuallo. quos omnes citauit, & amplexatus fuit. Crott. dicto consilio 132.numer.12. & comprobauit Menoch. de arbitr. caus.274.nume.11. Dec.d. consil.415.Odofred.dicto tract. de percusio. columna secunda. Blanch. in practic. numer. 111. Socin. dicto consilio 178. libro secundo.

His

16 His sic positis, postquam Frãciscus erat rusticus robustus, & validus, licet vulnus esset in pectore, tamen poterat euadere mortem, & si esset vulnus periculosum ex qualitate loci, poterat tamen mortem inferre, & non inferre, iuxta tradita per Soc. d. consil. 178. col. pen. ante fin. vers. Et ad prædicta. Boer. d. decis. 323. num. 2. & 3. Qui exemplificat in vulnere illato in capite, in gula, in cerebro, in intestinis, & in pectore.

17 Et propterea resultat, quod versamur in quarto casu superius relato, in quo constito de negligentia Francisci in vulnere non curando, & eius culpa in regimine vitę, & victus, sequitur absq; dubio mortis pœnam imponi non posse: quia in dubio præsumendum vulneratũ obijsse, potius ex malo regimine, & negligentia, quàm ex vulnere illato, sicuti benè declarat. Bald. in d. capit. primo, numer. nono, quib. mod. feud. amit. & in d. l. Si ab hostibus. §. 1. ff. sol. matr. & notat. Socin. d. consil. 178. colum. secunda, in fin. vers. Circa secundum. Clar. in d. §. Homicidium. vers. Tertius est casus, & latiss. Hip. Rimin. d. consil. 121. nume. 6. cum seq. Benè verum est, quod incumbit percussori docere de negligentia, aut culpa vulnerati. vti aduertit. Farinat. d. cons. 100. num. 5.

18 In casu autem de quo agimus, plusquam satis probatum fuit, quod Franciscus vitam malè regulatam gessit vinum bibẽdo, & medico licet imperito, nõ parendo; vnde resultat præsumptio, quod culpa, & facto suo, non autem ex vulnere decesserit, & propterea clericus percussor de occiso non tenetur. sic Bald. consil. 105. libr. 1. & in addit. Spec. tit. de homicid. & in d. cap. 1. quib. mod. feud. amit. & in d. l. Qui occidit. §. fin. ff. ad l. Aquil. Florian. in d. Si plagis. eo. tit. Felin. in d. cap. Præsbiterum. de homicid. Ang. de malef. vbi August. ver. Ex interuallo. vers. Quæro aliquis fuit. Boer. d. decis. 323. num. 20. Petr. à plac. lib. 1. dilect. cap. 13. nume. 27. in fin. Blanch. in pract. nume. 111. Menoch. de arbitr. d. cas. 274. num. 10. Io. de Villa matta. in l. Diuus. num. 121. ff. de Sicar. Signo. consil. 105. & cons. 193. Corn. cons. 273. colum. fin. & consil. 283. in princip. libro tertio. Mars. caus. crimin. consil. 7. nume. 47. Grammat. vot. 24. numero 11. & consilio secundo, numero quinto, & sexto, & consil. 49. num. quarto. Ceph. caus. crimin. consil. 28. colum. penult. & consil. 62. Alexand. de Nero. inter cons. crim. diuers. cons. 87. libr. primo. Hip. Rimin. d. consil. 121. numero 18. Socin. d. consil. 178. columna tertia, in princip. libr. secundo. Foller. in pract. crimin. in ver. Recipiantur defensiones. nume. septimo, in fin. Farinat. d. consil. 100. nume. 3.

19 Vlterius Franciscus post biduum illati vulneris surrexit, & exijt domum perambulando, & propterea resultat, quod ex dicto vulnere mortuus non præsumatur. glos. notabilis in d. l. 1. C. de emend. ser. quam sequuntur ibi Cyn. Iab. Rayn. & alij passim. Ang. de malef. d. ver. Ex interuallo. in prin. Felin. in d. c. Præsbiterum. de homicid. Ang. in l. quod si nolit. §. Si mancipium. ff. de ed. l. edict. Mars. in pract. § Et quia. num. 16. & in d. l. Si in rixa. nu. 63. ff. de Sicar. & d. consil. 7. num. 27. Dionisi. de Perus. caus. crim. consil. 36. nu. 8. lib. 2. diuers. Ant. de Padill. in l. Transigere. nu. 30. C. de trãsact. Io. de arno. Soliloq. 39. prout eos refert Clar. in d. §. Homicidium. vers. Cæterum. Quia cum vulnus esset in pectore, & sic in loco periculoso, non debuit exire domum, nec ad aerẽ, sed domui inclusus remanere, donec peruenisset ad certam, & indubitatam salutem, & vulnus consolidatum fuisset, & aliter faciendo fuit in culpa, & clericus de occiso non tenetur: per ea, quæ scribunt Ang. de malef. d. ver. Ex interuallo. Soc. dicto cons. 178. col. pen. Gramat. d. cons. 2. Boer. d. decis. 323. num. 20. Signo. d. cons. 163. Blanch. in pract. num. 117. Hip. Rimin. d. cons. 121. nu. 19.

20 Accedat quod Franciscus adhibuit in medicum fęminã quaudam, quæ vti imperita nesciuit vulnus curare, quo fit, vt mors illius non sit imputanda vulneranti. Bal. & Ang. in d. l. Quod si nolit. §. Mancipium. ff. de edi. edict. ipse Bal. in l. Si non simpliciter. colum. 4. C. eo. Felin. in dicto cap. Presbiterum. de homicid. Mars. in pract. dicto §. Et quia num. 20. Hip. Rimin. dicto consil. 121. num. 20. vbi dicit, vitium medici excusare vulnerantem. quod pariter fuit de mente Socin. dicto consil. 178. col. fin. Baiard. ad Clar. d. §. Homicidium. num. 137. Corn. consil. 263. lib. 3. & Mars. dicto cons. 7. num. 49. qui voluit esse in culpa, illũ qui tardè medicũ adhibuit. comprobat Mascard. de probat. conclus. 1035. in prin. prosequitur Baiard. ad Clar. dicto §. Homicid. nume. 150.

21 Addatur quod Franciscus obijt post trigesimum septimum diem ab illato vulnere, & sic nõ post paucos dies, vt inquit tex. dicto c. Presbiterum, & c. Ad audientiam. de homicid. quæ paucitas dierum in capitulo Si qua fæmina. 50. distin. exprimitur de triduo, & aliquando verificatur in octo diebus, vt in cap. Continebatur. de homicid. & doct. tempus hoc arbitrariũ esse dixerunt. ita Florian. in d. l. Ait lex. ff. ad l. Aquil. Bar. & Odofred. in tract. de percuss. Dec. d. cõs. 415. col. 2. Blanch. in pract.

num.

nu.121.Soc.d.conf.178.& comprobauimus superius nume. 15. Qua propter bonus iudex censere debet non fuisse mortuum ex vulnere, maximè concurrentibus supradictis, & de mortuo in trigesimo sexto die cōcludit. Corn.consi.277.nu.8.lib.3. Dec. conf.25.Dionis.de Perus. consil. 36.num.7.lib.2.crimin.diuers.& Marsil.d.consil.7. nume.26.Hip. Rimin.d.consil.121.numero 23. & 24.

22 Considerabā etiam quod Frā cisci cadauer statim sequuta morte fuit inspectum à medicis peritis,& conclusum fuit perijsse ex morbo acuto, sicq; ex alia infirmitate superueniente, non autem ex dicto vulnere,iam cōsolidato, & ob id clericus de occiso non tenetur: quia quando sumus in dubio, an vulnus fuerit læthale, vel ne, si alia causa superuenit,puta febris, vt in casu isto, præsumitur in dubio, quod ex dicta febre mortuus sit non autem ex vulnere. arg.l.Fauorabiliores. ff.de regul.iur. Sic argumentatur. Signo.d.consilio 163.Cephal.consi.61.colum.fin. Grammat.d.consil.2. colum.fin. Ea ratione, quia semper sumenda est præsumptio,quæ excludit delictum, vt notat Abb.in cap. In præsentia. de probat. Rolan. consilio primo,nume.92. libr.3. Brun. consil.27. Bursatt. consil. 94.numero 21. Hip.Rimin.caus. Crimin.consil.136. num.15. lib. primo,diuers. & d. consilio 121. nume. 22.

23 Et quatenus contra clericum carceratum plures extarent cōiecturæ, quod vulnus illatum Francisco fuisset mortale,eumque ex illo perijsse,& quod plus est, pro Clerico nullæ coniecturę resultarent,attamen clericus noster de occiso puniri non deberet: quia quoties contra aliquem proceditur per præsumptiones,& non per veras, & claras probationes, tunc reo non potest imponi vera, & naturalis pœna delicti, sed leuior,& mitior. ita Innocen. in capit.Quia verisimile. de præsump. Bald.in l. Non est verisimile. ff. quot met. caus. & consilio 220. libro tertio. Cephal. consil. sexto, & consil.27. Bertazzo. caus. crim. consil.70.numer.35. & 36. libro secundo.Dec.consil.175.colum. fin.latè. Mars.in puncto d.consil.7.numer.36. & in rubr. C.de probat. nume. 237. & in l. 1. §. Diuus. nume.25. ff. de Sicar.Iacob. in rub.ff.de probat. nume. 7. Plac.libro primo delict. cap. 14. Palac. Ruuios. alleg. hæres. §.11. Duen. reg. tract. reg. 303. circa med. & Gandin. de malef. tit.de præsump.circa fin. attestatur,quod vidit, de consuetudine obseruari, quod ex indicijs, licet indubitatis, non imponitur pœna corporalis, sed tantum pecuniaria. sequitur Castrens.consilio 293.numero tertio, libro secundo, subdens, quod propter, hoc dictum

defendit quendam de homicidio imputatum. Cepo. caus. crimin. consil. 32. circa fin. & cons. 39. primo dub. & hanc dicit cõmunem, & praticatam. Boss. tit. de conuict. num. 34. latè Clar. in pract. §. fin. quęst. 20. cõcludens pęnam corporalem, citra tamen mortem, imponi posse. ibiq; Baiard. num. 14. Hip. Rimin. d. consi. 121. nu. 25. & diffusè. Menoch. de præsump. lib. 1. præsump. 97.

Nec obstant contraria, quæ superius adduximus contra clericum carceratum.

24 Primumq; desumptũ ex text. c. 2. de Cleric. perc. non restitit; Nam ibi Sum. Pont. loquitur in casu claro, quod post tam longissimũ interuallum octo mẽsium, non censeatur quis ex vulnere perijsse: & tempus illud octimestre denotat facti contingentiã, non quod si minori tempore vixisset, præsumatur ex vulnere perijsse: nec sumi debet ex d. text. argumentum à contrario, quia absurdum resultaret, vti respondit. Corn. cons. 194. col. 4. lib. 3.

Reliqua verò in contrarium adducta procedunt in dubio, & non data negligentia, seu culpa vulnerati, quę vti diximus, remouet præsumptionẽ, quod ex vulnere decesserit, præcipuè quando constat vulnus non fuisse de necessitate omnino mortale, vti in casu nostro.

25 Secũdum minus obstat, quod clericus percutiendo dederit causam morti Francisci; Quia respondetur, quod nõ simpliciter fuit causa mortis vulnus, sed simul cũ vulnere negligentia Frãcisci in curando, & ipsius inordinata vita, & malum regimen, vti superius deduximus, quo casu, quis non tenetur de occiso, si Bald. stare velimus in d. cap. 1. quib. mod. feud. amit. & est casus. l. Qui occidit. §. fin. ff ad l. Aquil. & ĩ d. l. Si ex plagis. in prin. eo. tit. & hoc pacto resoluit argumentum in contrarium adductum. Soc. d. cons. 178. colu. pen. vers. Non obstat vltimum. lib. 2.

26 Tertium, quod cum Franciscus obierit sine alio vulnere, siue percussione superueniente, vnde mortuus ex vulnere præsumatur, ex iã dictis sublatũ fuit, quia hoc verum esset, si probata non fuisset culpa Francisci in exeundo è domo, & illius negligentia in curatione vulneris, & malum vitæ regimen in commedendo, & bibendo: quia probatis his, quę superius adduximus, non procedit obiectum, vt notauit. Salic. in d. l. 1. C. de emend. ser. & firmauit Farinat. d. consil. 100. num. 5.

27 Altero medio respondit Hip. Rimin. d. cons. 121. nu. 27. qui dicit contrarium procedere, quo ad pęnam irregularitatis contrahendę, non quo ad pęnã mortis inferendæ: in prima enim facilius, quàm in secunda incurritur, prout in terminis, latè declarat. Cepo. caus. crim. cons. 40. col. 6. Grammat. d. vot. 24. nu. 10.

Mars.

Marsil. d.consilio 7. numero 54. 28 & 59. Quartum, & vltimum non obstat clerico carcerato. Quia doctrinæ adductæ procedunt, vti iam diximus in dubio: secus vbi constat de mala vita infirmi, & de eius inobediẽtia erga medicum, & hoc modo ipsimet.doct. declarant, & præsertim.Salic.in d.l.1.C.de emẽd. ser.& Soc.d.cons.178.in fi.Quinimo.Mars.d.cons.7.nu.59. non tenet d.decisiones,quia Bald.& Cuma.per eũ relati tenent contrarium; ex quo in dubijs benignior interprętatio faciẽda est, vt latius per eum, quem refert, & sequitur.Hip.Rimin. d.consil. 121.nume.29.& Farinat.d.cons. 100.nu.5.affirmat,quod si nulla probetur negligẽtia, seu culpa, vel si probaretur vulnus esse de necessitate mortem allaturum, tunc non excusat à morte negligentia,& culpa vulnerati: secus verò quando vulnus erat periculosum, sed non de necessitate mortale.quod etiam tenuit.Cepo.caut.5.nu.2.& seq. Afflict. in constit.terminum vitæ.num.41. q.3.tit. de homic.punien. Igne. in l.1.§.Si quis in Villa.num.64. cum sequ.ff.ad Sillan.Iacob.Bolengh.in repet.l. Capitalis. §.Famosos.nu.197.ff.de pœn. Foler. in pract.crimin.in ver.Recipiantur defensiones.num.7.in fi.Couar.in Clem.Si furiosus.par.2.§. 2.nume.4.de homicid.qui hanc distinctionem frequentiori doctorum calculo receptã esse testatur,ea ratione;quia data possibilitate euadendi mortem, in dubio præsumitur quis non ex vulnere, sed ex malo regimine obijsse.hęc Farinat. d.cons.100. qui nu.6.subiungit in ijs terminis esse intelligendos,volentes, quod culpa, & negligentia non excuset à pęna mortis, scilicet, quando vulnus certum erat esse omnino lęthale, vti exemplificauimus in primo casu, per nos relato;Nam tunc bonum regimen & diligentia poterat prolungare mortem, sed non liberare à morte:& è contra malum gubernium, & negligentia vulnerati, poterat tantummodo accelerare mortem.Nos verò non sumus in istis terminis, quia vulnus illatum Francisco,licet periculosum esset, non tamen erat de necessitate mortale, sicuti retulerunt medici periti, Sine eius mala vita,& negligentia venit considerãda, & excusat clericum nostrum à pœna homicidij ordinaria:prout decisum fuit, puniẽdo illum pœna suspensionis à diuinis, & carcerationis arbitrio Reuer.D. Episcopi. Laus Deo.

Post expeditionem huius causæ peruenit ad manus praxis D. Farinatij, qui tit.de homicidio q.127.cum alijs sequentibus diffusè tractat hanc materiam.

Alex. Amb. Vic. Gen.

Decisio Quadragesimaoctaua.

R. D. Paulus Rector Ecclesiæ S. Crucis, conduxerat domum à D. Francisco Sanesio, in qua per plures annos habitauit. Sero quodam recepit in dicta domo nonnullos hospites, pro quibus cœnam satis lautam præparare curauit, qua de re vocauit Laurentium coquum, qui ignem in quodam thalomo succendit. Post cœnam Laurentius ignem extinguere procurauit, illoque cooperto recessit. Eadem nocte ignis nescitur quomodo accensus fuit, & adeo creuit, vt thalamum cum omnibus in illo existentibus combusserit: Qua propter prætendens D. Franciscus Locator, vt R. D. Paulus damnum emendaret, illum in ius vocauit, formatoque processu, & multa hinc inde deducta, fuit dubitatum numquid R. D. Paulus conductor teneretur de hoc incendio.

SVMMARIVM.

1 Incendium domus, culpa inhabitantium factum præsumitur; sed quomodo procedat, declaratur nume. 24.

2 Dictio, plerumq; regulam cõstituit.

3 Culpa præsumpta, quod incendium per habitantes fuerit commissũ, facit fundatam esse locatoris intentionem, vt agere possit ad interesse damni passi. Cuius contrarium demonstratur verius, nume. 24.

4 Dominus tenetur de facto famuli, qui deliquit in officio, cui dominus eum præposuit. Verum quomodo procedat declaratur num. 25. & seq.

5 Culpa, quæ famulo adscribi potest, adscribitur domino, qui opera famuli vsus fuit, ex quo debebat explorare, & nouisse famuli conditionem, & in memoriam habere, quod non solum sui tantum, sed etiam serui rationem reddere debet: quod tamen declaratur nume. 25. & seq.

6 Publicanus, idest vectigalis dominus tenetur pro sua familia, & officiali. sed quare demonstratur. nume. 29.

7 Coquus, macellator, & portarũ custos, nomine officialis veniunt.

8 Dominus tenetur pro facto sui famuli, si famulus sit vilis conditionis, & famæ: sed videatur, num. 30.

9 Dominus tenetur de incendio commisso à suis famulis, secundum Imo. in l. Domos. ff. de leg. 1. qui re-

reprobatur, num. 31.

10 *Conductor domus tenetur de incendio lata, vel leui culpa commisso.*

11 *Culpa præsumpta, quod incendium domus ab habitantibus fuerit commissum, dicitur leuis, & per penduntur tex. l. 3. §. 1. ff. de off. præfect. vigil. & l. Si vendita. ff. de peric. & como. rei. vendit. Cuius contrarium defenditur, nume. 33.*

12 *Culpa in committendo nõ excusat, licet aliquando in ommittendo commissa, excuset, & quando dicatur culpa in committendo.*

13 *Culposus dicitur is, qui vtitur re, ad vsum non destinatum.*

14 *Incendiarius, si soluendo sit, cogitur resarcire damnum, alias leuius castigabitur.*

15 *Culpa in dubio non præsumitur.*

16 *Conductor non tenetur de incendio absque culpa commisso.*

17 *Conductionis, & locationis contractus est in vtriusque partis commodum, & propterea non tenetur conductor, nisi de dolo, lata, & leui culpa, non autem de leuissima.*

18 *Culpa, latè sumpta, est deuiatio ab eo, quod bonum est, quodque per hominis diligentiam potuit prænideri. Et declaratur, quæ sit lata culpa, quæ leuis, quæ leuissima, & qui casus fortuitus.*

19 *Culpam non committit is, qui vtitur opera periti in arte, præcipuè, si in eius exercitio non fuerit solitus operando delinquere.*

20 *Diligens, & vigil, qui in præteritum fuit, talis semper præsumitur, ideo in eo nulla est referenda culpa, nisi negligentiæ indicia ostendantur.*

21 *Casus insolitus non adscribitur culpæ.*

22 *Culposus non dicitur, qui retinet ignem in domo, cum sit de quattuor elementis, sine quibus uiuere non possumus. Nisi esset re, loco, & tempore ingens, & vrgens, & quomodo id esse possit, demonstratur.*

23 *Culpam non committit, qui solita, & consueta facit.*

24 *Incendium, licet culpa inhabitantium exortum, communiter dicatur, tamen contrariantur doctores, si ex hac sola culpa, intentio damnum passi sit fundata, & crebrior est sententia negatiua, & quomodo contraria sententia procedere possit, demonstratur.*

25 *Dominus, regulariter non tenetur pro facto famuli, eo quia præsumitur ignorare, quæ à seruo geruntur.*

26 *Dominus non tenetur pro facto famuli, quando prohibere non potuit.*

27 *Incendium est actus momentaneus, pro quo dominus non tenetur pro famulo.*

28 *Dominus tenetur pro facto famuli, quotiescunque ex facto illo commodum consequitur, alias secus.*

29 *Dominus, pro facto famuli exercitio præpositi, tenetur si expressè præposuerit officio publico, & non*

& non privato, & quare.

30 Dominus tenetur pro facto famuli improbi, & malæ vitæ, & non si simpliciter sit vilis.

31 Imo in l. Domos. ff. de leg. 1. reprobatur.

32 Dominus tenetur de incendio commisso à seruo dedita opera, secus si casu fortuito.

33 Culpa incendij, quæ præsumitur cõtra habitantes, dicitur leuissima, & non leuis, secundum crebriorẽ sententiam, reprobata opinione. Bald.

De incendio domus quando præsumatur culpa inhabitantium, vt conductor teneatur de incendio à famulis suis commisso.

Diuino inuocato suffragio.



Ifficilis proponitur decidenda quæstio, in qua scribit eruditissimus. Menoch. consil. 53. in primis verbis, quod ex varijs interpretum traditionibus, quid sentiendum vix anno deliberare poterat. Et contra R. D. Paulum cõductorem domus cõbustæ decidendum videbatur.

1 Primò, Quia cum domus conducta combusta fuerit, incendium præsumi factum culpa inhabitantium, respondit Paulus in l. 3. §. 1. ibiq; communiter scribentes. ff. de off. præfect. vigil. in illis verbis. Et quia plerũq; incendia fiunt culpa inhabitan-

2 tium: dictio, nempe plerũque, regulam constituit, prout in specie annotauit Alex. conf. 50. nume. 1. lib. 1. & late comprobarũt. Ias. in l. Iurisgentium. §. Prætor ait. num. 21. ff. de pact. Gomes. in §. Sed istæ. nu. 21. instit. de actio. Tiraque. de retract. consang. §. 1. glos. 9. nu. 224. quos citauit. Menoch. de arbitr. iud. cas. 390. nu. 3. quem sequutus fuit. Mascard. de probat. conclus. 892. in prin. Et quod incendium culpa inhabitantium factum præsumatur, cauit expressè Alphenus in l. Si vendita. ff. de peric. & como. rei vend. qui generatim, culpã inhabitantibus tribuit: & hanc conclusionem admittunt omnes legum interpretes, teste Alex. d. conf. 50. nu. 1. & 2. lib. 1. Bal. cõs. 149. in fi. lib. 2. Ias. consil. 116. nume. 1. libr. 1. Calcan. cons. 39. nu. 2. & cons. 40. in fin. Gozad. cons. 63. nume. 1. Roman. cons. 401. in princ. vbi Mando. plures citat, Hiero. Gabr. cons. 158. nu. 1. lib. 1. Menoch. d. cons. 53. in princ.

Et fuit dictum Bart. in l. 1. in princ. ff. de off. præfect. vigil. & sentit. Marsil. sing. 393. in fin. & cõcludit Fran. de March. decis. 61. par. 1. & decis. 521. par. 2. firmauitq; Ioseph. Ludo. decis. Perusin. 25. nu. 14. exornat. Mascar. de probat. d. conclus. 892. nu. 2. & in hoc conueniunt omnes, vt affirmat. Menoch. de arbitr. d. cas. 390. num. 3.

Ex

Ex qua culpa fundata satis videtur intentio D. Francisci Locatoris damnum passi, qui egit contra R. D. Paulum conductorem inhabitantem domum. ita Alex. d. consil. 50. nu. 2. lib. 1. vbi relatis. Bar. & alijs nonnullis in l. Prætor ait. §. An vero. ff. de edē. dicit satis ex hoc censeri fundatam actoris intētionem. & cum Alex. assentit Calcan. d. cons. 40. in fin. qui respondit esse satis ex hoc determinatè probatū, quis incendium commiserit.

4 Secundò. Cum R. D. Paulus sero illo in quo domus fuit combusta, vsus fuerit opera Laurentij, quem præposuerat coquinæ, ideo ex quo incendium causatū fuit ex igne in coquina facto, propterea teneri videbatur dicendum de culpa Laurentij ad coquinam præpositi. ita firmarunt Calcan. d. consil. 40. colu. 2. vers. Quandoq; constat. Anan. cons. 71. nu. 3. Gozad. d. cons. 63. nu. 14. & 16. & 18. ad fin. vbi de communi. Roland. cons. 95. nu. 11. ad fin. cum seq. & nume. 27. & 28. lib. 2. Carauit. caus. crimina. diuers. cons. 116. nu. 1. & seq. lib. 2. Menoch. de arbitr. d. cas. 390. nume. 19. Mascard. d. concl. 892. num. 5. Farinat. caus. crim. cons. 63. num. 1. in fin. Ioseph Ludo. d. decis. 25. sub nu. 18.

5 Et omnis culpa, quæ Laurentio adscribi potest, adscribenda videtur R. D. Paulo, qui opera ipsius Laurentij vsus fuit: debebat enim eius conditionem explorare, & nouisse, iuxta. l. vlt. §. Seruorum. ff. naut. caup. & stab. & debebat in memoriam habere quod non solum sui tantum, sed etiam seruorum, rationem reddere debebat: sicuti comprobat. Menoch. d. cons. 53. nume. 2. & seq.

6 Idque comprobari posse videtur per text. l. 1. §. Familiæ. ff. de public. & vestig. vbi habemus, publicanos, atque ita vectigalis dominos, teneri pro sua famili-

7 lia, & officialibus: At officialis nomine venit coquus, macellator, & portarum custos, vt scribit. Boer. decis. 149. coln. 1. & in puncto ex hoc tex. adductus firmauit. Grammat. decis. 3. nu. 12. & respondit Gozad. d. cons. 63. nume. 14.

8 Præcipuè, cum Laurentius esset vilis cōditionis, & famę, quo in casu non potest R. D. Paulus allegare propriam ignorātiam: prout docuit. Felyn. in c. Petrus. nu. 7. de homicid. qui huius sententiæ refert Paul. de Eleazar. in Clem. Ne ī agro. §. Porrò. 3. not. de stat. Monach. quos sequutus fuit Alcia. in l. Pronunciatio. §. Seruientium. num. 34. ff. de verb. signif. & de præsump. reg. 1. præsump. 40. num. 4.

9 Et in specie, quod dominus teneatur pro incendio commisso à suis famulis, nobis mandarunt Imo. in l. Domos. in fi. ff. de leg. 1. Gozad. d. cons. 63. nu. 3. & Grāmat. d. decis. 3. num. 13. Et in terminis facere videtur tex. l. Si

seruus

seruus seruum. §. Si fornicarius; & §. Proculus. ff. ad l. Aquil. & Clarior tex. l. Qui insulam. §. vlt. ff. loca. Quibus apertè probari videtur, dominum teneri pro facto seruorum, quorum culpa cōbusta fuit domus.

10 Tertiò. Postquam conductor domus indubitanter tenetur ad emendationem damni illati per incendium lata, vel leui culpa commissum, vt dicit Aret. de Malef. in ver. Incendiario. nu. 4. Bal. in l. Data opera. C. de his qui ac cus. non poss. Moinard. in rub. C. vt pub. lætit. lib. 12. nu. 4. Alex. in d. l. Domos. num. 5. de leg. 1. & d. cons. 50. nu. 1. lib. 1. Cagno. in l. Contractus. nu. 78. ff. de reg. iur. Ludo. d. decis. 25. num. 10.

11 Verum culpa ista incendij ab habitantibus commissi dicitur leuis, secundum Bal. consil. 149. lib. 2. Et licet communiter nostrates velint, quod leuissima ista præsumatur culpa per doctrinam glos. in §. Præterea. instit. quib. mod. re. contr. oblig. quæ glos. mouetur per text. d. l. 3. § 1. ff. de off. præfect. vigil. quo in loco non loquitur de leuissima culpa, sed simpliciter de culpa. & in tex. l. Si vendita. ff. de peric. & comm. rei vend. per eandē glos. citato, hęc verba leguntur. Si vēdita insula combusta esset, cum incendium sine culpa fieri non possit, quid iuris sit, respondi, quia sine patrisfamilias culpa fieri potest, neque à seruorū negligentia factum esset continuò dominus in culpa est. Quāobrem si diligentiam venditor adhibuisset eam in insula custodienda, quam debent homines frugi, & diligentes præstare, si quid accidisset, nihil ad eū pertinebit. Cuius legis sensus est, secundum Fachin. contro. iur. 9. 87. vers. Sensus igitur. incendiū quidem regulariter absque culpa non fieri, & plerunque inhabitantium, sed non statim patremfamilias esse condemnandum, qui si diligentiam adhibuit non tenetur. vnde colligit Fachin. quod diligentiæ probatio excuset patremfamilias, qđ argumentum est, ad eū alioqui incendij damnū pertinere, propterea quod in culpa præsumatur. Et in omnibus legibus, quæ citantur ad probādum culpam hanc inhabitantium, dici leuissimam, nullus in illis verbum de leuissima culpa, sed tantum simpliciter de culpa, quæ nō potius est interpretanda de leuissima, quàm de leui: & propterea teneri R. D. Paulum de hoc incēdio, leui culpa commisso.

12 Tanto magis cum culpa R. D. Pauli non fuerit tantummodo in ommittendo, quæ illum forsitan excusare posset, sed in cōmittendo; cum ignem succendi fecerit in thalamo non solito inseruire pro coquina. & Bald. in l. Quæ fortuitis. sub nu. 39. C. de pignor. actio. dicit, quod leuis culpa est facere id, quod nō faceret diligens homo. pær tex.

l. Si

l. Si putator. ff. ad l. Aquil. & glo. in l. Videamus. ff. locat. dicit q̄ quis tribus modis in culpa esse potest.

Primo, si non facit id, quod diligens faceret.

Secundo, si facit contra pactionem.

Tertio, si fuit in mora faciendi. & ita post glos. tradit Stracch. de Mercat. tit. de Naut. par. 3. num. 52. Rota Genuen. decis. 205. nu. 2. & fuit doctrina Bar. in l. Quod Nerua. ff. de posi.

Sed ad propositum nostrum, qui diligens fecisset ignem in thalamo pro coquina? cum certum sit quod ignis coquinæ solet esse immoderatus, & ingens, & in thalamis moderatè accendatur: & dicitur R. D. Paulus in culpa vtendo hoc thalamo ad vsum coquinæ non destinato;
13 quia culposus dicitur is, qui vtitur re ad vsum non destinatum: sicuti alias deduximus in decis. 17. num. 9. primæ par.

14 Quapropter teneri R. D. Paulum ad emendationem damni decidendum videbatur per tex. l. Qui ædes ff. de incend. ruin. & naufr. vbi expressè cauetur, q̄ si ædes negligentia comburātur, noxam is resarcire iubetur, si soluendo sit; alias leuius castigabitur. quem tex. citat Bar. in l. Recipiendum. §. Delinquūt. num. 4. ff. de pæn. prosequitur Blanch. in pract. crimin. num. 157. post Cepo. de seruit. tit. de ign. num. 8. Re tamen maturè discussa, sequutus fui contrariā sententiam, quia ex actitatis in hac causa non apparet R. D. Paulum conductorem, vllam commi
15 sisse culpam, quæ in dubio non præsumitur, secundum Ludo. Bologne. post Barb. in l. 4. §. Cato. sub num. 144. & seq. ff. de verb. oblig. per tex. notabilem in l. fin. ff. de custo. reor. & alias prosequutus fui in d. decis. 17. num. 2. par. 1.

16 Cuius R. D. Pauli culpa non existente, de incendio non teneri, mādant tex. l. Qui occidit. §. In hoc. ff. ad l. Aquil. l. Si quis fundum. §. Colonis, primo respō so. ff. Locat. l. Cū duobus. §. Dāna. post prin. ff. pro Soc. & respōderunt Anch. cons. 348. col. 1. Roman. cons. 7. nu. 7. Alex. dict. consil. 50. num. 4. lib. 1. & cons. 74. lib. 6. & in l. Domos. num. 5. ff. de leg. 1. & in l. Prætor ait. vbi Iaf. ff. de eden. Crott. in d. l. 4. §. Cato. nu. 74. ff. de verb. oblig. Cepo. cauf. crimin. conf. 69. nu. 3. Roland. d. conf. 95. nu. 14. lib. 2. Ceph. conf. 362. num. 20. Menoch. d. conf. 53. num. 21. & de arbitr. d. caf. 390. nu. 10. Turzan. com. opin. 185. nu. 15. Ludo. d. decis. 25. nume. 13. Molin. de contract. disputatio. 494. in prin.

17 Ea moti ratione, quia conductionis, & locationis contractus est in vtriusque partis commodum, quando autem talis est cōtractus, nisi aliter inter partes reperiatur conuentum, cōtra-

trahentes solum tenētur de dolo, lata culpa, & leui, non autem de leuissima, aut de casu fortuito. l. Sicut certo. §. Nunc videndum. ff. commod. l. Si seruus legatus. §. Cum quid. ad fin. ff. de leg. 1. l. Et ita. § Miratur. in fin. ff. naut. caup. & stab. l. Contractus. §. 1. ff. de reg. iur. Socin. regular. tract. reg. 222. 1. fallent, & perbellè Alex. in d. l. Si quis ex argentarijs. §. Prætor ait. sub num. 8. ad fin. ff. de eden. per text. quē ita intelligit. in d. l. Si vendita. prope fin. ff de peric. & commo. rei vend. ibi, Quā habent homines frugi, & diligentes præstare: quæ verba denotant culpam leuem: vt ibidem per eum. ipse Alex. d. consil. 74. nume. 3. lib. 6. Cepo. caus. crimin. cons. 70. col. 1. Gozad. d. consil. 63. Roland. d. cons. 95. num. 14. lib. 2. Cagno. in d. l. Contractus. nu. 30. ff. de reg. iur. Io. Sadolet. in l. Quod te. nu. 16. ff. Si cert. pet. qui dicit in effectu ex natura contractus conductorem non teneri ex leuissima culpa, sed tantum de lata, & leui.

18 Modo ad demonstrandum, quod R. D. Paulus in culpa lata, vel leui non fuerit, aduertendū velim. Quod culpa latè sumpta, est deuiatio ab eo, quod bonum est, quodque per hominis diligētiam potuit præuideri, ita Bart. ī d. l. Quod Nerua. nu. 7. ff. depo. Si enim aliquis in attinentibus ad suum munus ommittit, quod vt plurimum alij ommittere nō solent, eaq; de causa erret, dicitur ex culpa lata errare. Si verò ommittat, quod soli diligentes solent nō ommittere, dicitur errare ex culpa leuissima. Quod enim tam inopinatè, ac præter spem euenit, vt neque diligentissimi id prçuiderent, ac euitarēt, dicitur casus fortuitus. ita declarat. Molin. de contract. dispu. 293. nume. 12. cum plurib. sequ.

19 His sic positis R. D. Paulus nullam commisit culpam: Opera enim Laurentij, vsus fuit in præparatione cęnæ, qui est peritus in arte, & passim vocatur ad similia præparanda, vti in exercitio coquinæ per multos annos expertus, in quo nunquam operando deliquit, vt ex processatis liquit, & propterea venit excusandus R. D. Paulus. ita argumētatur. Ceph. d. cons. 362. nu. 21. qui pro excusatione conductoris domus combustæ, respondit. Et sero illo Laurentius Coquinæ constitutus diligenter, circa suum munus se habuit, cum ignē fere totaliter extinxerit, & si quid remanserat tegerit, vnde illius culpa non potest considerari, & propterea nec ipse, & multo minus R. D. Paulus de incendio tenentur.

20 Secundò. Postquam satis abūde comprobatū fuit in hoc processu, quod R. D. Paulus illiusq; familiares, qui domum hanc habitarunt consueuerunt esse vigiles, atque diligentes, ideo tales esse semper præsumūtur, & propterea

pterea in eos nulla eft conferenda culpa, nifi negligentiæ indicia oftendantur, fic Bald. conf. 491. fub nu. 2. lib. 4. Sequutus ab Alex. in d. l. Domos. num. 6. ff. de leg. 1. ibique Iaf. fub num. 8. ipfe Alex. in d. l. Si quis ex argentarijs. §. prætor ait. numer. 9. ff. de eden. & in d. conf. 50. in fin. lib. 1. qđ pro fingulare notauit. Marf. fing. 393. & cauf. crim. confil. 77. num. 13. Cepo. cauf. crim. d. confil. 70. per d. l. Si vendita. ff. de peric. & com. rei ꝓfequitur. Crott. in d. l. 4. §. Cato. nu. 76. ff. de ver. oblig. Franc Niconit. in rubr. C. de eden. num. 48. & affentit Calcan. conf. 66. nu. 12. in fi. His citatis. Mafcard. de probat. d. conclus. 892. nume. 19. quibus addo Excellentifsimum, & bene eruditum in hac noftra profefsione legali. D. Hectorem Felicium in fuo tract. de Societ. c. 21. nu. 51. Quem paucis ab hinc annis, dũ domum meam in Forofempronienfi Ciuitate præfentia fua honoraret, compleuit, & typis dedit.

21 Corroborantur hæc, quæ diximus ex longa cohabitatione R. D. Pauli in domo ifta, in qua nunquam fimile incendium euenit; Qua de re cum incendium non folum rarò, fed nunquam euenerit, vti cafus infolitus culpæ non annumerari debet. l. Cũ duobus. §. Damna. ff. pro Soc. arg. l. Fiftulas. §. Frumenta. ff. de contr. emp. & tradit. Bald. in l. 1. prope fin. C. depo. & firmat. Mafcard. d. conclus. 892. nume. 20. & 21.

22 Tertio pro excufatione R. D. Pauli facere vifum fuit, quod fcribit Roland. d. conf. 95. num. 16. libr. 2. qui in puncto refpondit, tenere ignem in domo, non effe prohibitum, cum fit vnus de quattuor elementis, fine quibus viuere non poffumus, ergo non fuit in culpa R. D. Paulus tenendo ignem, nifi fuiffet immoderatus, & vrgẽs, quod tribus modis contingere poteft, fcilicet re, loco, & tempore, & R. D. Paulus in nullis ex iftis tribus modis defecit: quia re, dicitur ignis immoderatus ex nimia quantitate lignorum fuper igne pofitorum, propter quam ignis nimis fuit excefsiuus, ita quod nimis in altum flammam extollat, cumque pro parte R. D. Pauli fuerit probatum, quod fero illo modica lignorum quantitas fuit adhibita, hinc culpa in hoc primo modo cõfiderari nequit. Secundo dicitur modo quis culpofus in accendendo igne in loco incongruo, puta fi in thalamo abfque fornice; verum R. D. Paulus ignem accendere fecit in thalamo apto, in quo erat focular cum fornice, comprobatumque fuit, quod in eodem thalamo alias facta fuit coquina, non folũ vnica vice, fed per plu-
23 res menfes continuò, quò fit, vt confuetudo hæc faciendi coquinam in eodẽ loco excufet à culpa R. D. Paulum, vt tradit Bald. conf.

consil.145. colum.4.in fin.lib.3. Castren.consil.423. colum.pen. lib.1.Anch.d conf.438. in prin. Aret.conf.31.col.fin.Dec. cons. 473. col.2. Ias.in l. 1. in prin. ff. Si quis iusd.non obtemp.& in l. Certi iuris.4. not C. de iudi.Paris.conf.159.lib.4. Aym. cons.8. nu.22.& conf.247.sub num.6.in fin.conf.319.nu.14.& cons.362. nu.4.Decian.conf.29.nu.16.lib. 2.Mascard. de probat. conclus. 467.nu.21. quos omnes citauit, & sequutus fuit D. Hector Felicius de societ. c.21. sub nu.42.

Nec minus in tempore accendendi ignem errauit R. D. Paulus quia non erat sero illo ventus,nec fenestræ domus apertæ, vt considerat Salic.in d.l. Si vendita. ff.de peric. & commo.rei vendi. quē amplectitur Arimin. ad Ang. de malef. in ver.Incendiario.nu.13.vers. & in hac materia Anan. d.conf.71.col.2.Gozad.d.conf.63. nu.17.

Quibus stantibus non potest in facto isto aliquid culpæ R. D. Pauli adscribi, quare non teneri de incēdio superius demonstrauimus. Nec resistunt quæ in cōtrarium adduximus.

24 Primum nēpe de præsumpta culpa inhabitantium non officit, quia communis est scribentium sententia, quod incēdium præsumatur culpa inhabitantiū exortum. Sed in eo dissident doctores an ex hac sola culpa sit fundata intentio damnū passi,agentis contra inhabitantes, & crebrior sententia fuit illorū qui affirmarūt nō sufficere præsumptionem hanc, vt damnum passus consequatur emendationem; quoniam hæc est præsumptio indeterminatæ psonæ,quæ ad condemnationem non sufficit:vti clarè respondit Bal.conf. 441.in fin. lib.1.Anan.d.consil. 71.nu.2 apertissimè Ias.d.conf. 116.nu.3.lib. 1. Ludo. d.decis. 25.nu. 18. Menoch. de arbitr. d.cas.390.nu.4.qui mandat aduerti,quod cum in vna domo vna familia commoretur, ita vt incertum sit,an ipsemet domin' caput familiæ,vel eius vxor, vel vnus filiorum, vel vnus seruorū incendio causam præbuerit, sicuti in casu isto,cum R. D.Paul' multos ex fratre nepotes,& seruos in domo retineat, vnde incertum sit,quis eorum incendiū commiserit, & ob hanc incertitudinem,nulla contra R. D.Paulum sequi potest condemnatio.

Et præsumptio quod incendium culpa inhabitātium factū fuerit,operaretur, quando vnus solus in domo habitaret, cum tunc persona indeterminata nō sit.

25 Secundum. Quod R. D.Paulus teneatur de culpa Laurētij, quem coquinæ præposuerat, remouetur,negando R.D. Paulum teneri pro delicto famuli:per regulam, quod dominus non teneatur pro facto serui, & famuli sui:quod ꝓbatur in l. 2. in prin. ff. de noxa. actio.quam regul a. sic

sic negatiuè proposuerunt,& firmarunt Felin. in d.c. Petrus.nu. 2.de homicid. Iaf.in l.1.in prin. nu.3. ff. ne quis eum qui in ius voca.est vi exim. Afflict. decis. 82. num. 2. Alcia. de præsumpt. reg.3.præsump.40.nu.2.& respõdit Curt. sen. consf.41. col.1. Et ratio esse potest, quia præsumitur dominum ignorare, quæ à seruo gerũtur. c. Quia præsulatus.1.q.4. Alex.consf.45. num.5. lib.1.Boer.decis.277.nu.7. Rip. de pest. idest de remed.ad conseruan. tit. vbertatem.nu.131. Et propterea R. D. Paulus, qui cum esset occupatus cum suis hospitibus,nõ poterat scire,quę agebantur à famulis, puniri non debet;cum consensus illius non accesserit.

26 Tantò magis cum nec etiam prohibere potuisset incendium hoc, cũ absens esset à coquina, & ob id non teneri pro facto famuli voluere Spec. tit. de lega. §.iuxta. vers.Quid si amici mei. Felin.in d.c.Petrus nu.2. de homicid.Afflict.d.decis.82.num.5. Gramat.decis.47.nu.1.Curt.sen. d.consf.41.col.2. Dec. in l.3. nu. 8. C.de pact.& in puncto Calcã. 64. n.6.Ruin.consf. 21.n.1.lib.4.

27 Præcipuè cum incendium sit actus momentaneus, vt de se patet,pro quo dominus non tenetur pro seruo . ita Alex. in l. de pupillo . §. Si quis ipsi prætori . num.24.ff.de no.o. nunc copiosè Iaf. in l.Ciuitas.nu.4.ff.si cer. pet.& clarius Barbat. consf. 13. col. pen.lib.3. Nec non cum R. D.Paulus ex hoc incendio damnum non leue passus fuerit,cum multa supelectilia magni valoris ex combustione ista ammiserit, sequitur quod pro facto famulorum minimè teneatur,cum tũc demum dominus teneatur, pro facto serui, quotiescunque ex illo facto commodum sentit. Roman.& Iaf.in d.l. De pupillo. §.Si quis ipsi prætori.ff.de no.o. nunc Barbat. d.consf.13. col.ante pen.lib.3.Ruin.d.consf.21.nu. 1.lib.4.Menoch. d.consf. 53. nu. 12. & seq.

29 Nec obstat quod Laurentius fuerit præpositus coquinæ, & propterea teneri pro illo R. D. Paulum; quia obiecta procederent, si expressè fuisset præpositus publico officio exigendi vectigalia, quo sanè in munere, si serui delinquunt,dominum obligant: sicuti declarat Bar. in l.1. §.Familiæ.ff.de pub. & vectig. à quo non dissentiunt. Dec. consf. 8.num.1. & Ferrat.caut.49. n.2. Et non est mirum, si serui negotio publico præpositi,dominum obligant;quia is sic præpositus ex voluntate domini, à quo generale habet mandatum negocia ptractat: vti declarat, Ruin. consf.96.nu.17.lib.3. Afflict. decis.308.nu.7. & 13. Boer. decis. 56. Stracch. de mercat. tit. de naut. 5. par. vers. Scio alienum. Dec.in l.Filius in fi.C.de pact.& Roman. sing. 618. declarando tex. l.1.§.Igitur. ff. de exercit.

actio. dicunt in casu d.l. Adfuisse mandatum expressum, & si limitatè, & Stracch. de mercat. tit. de naut. par. 3. num. 18. scribit, id euenire in casu. d.l. Quia debuit dominus illæ famulos aliqua cum cautione recipere, ꝙ cum non fecerit, adscribitur suę negligentiæ, si quid serui causa præstat. Quod satis diuersum est à casu controuerso, cum R. D. Paulus Laurentium in famulum non receperit, nec alicui negociationi eum præposuit, vt deberet exigere ab eo cautionem, sed tantum opera illius vsus fuit in præparanda cœna, cuius solertia, & diligentia cum plusquam nota esset omnibus, potuit, & credere R. D. Paulus quod pariter sero illo diligens esset, vti semper fuit dum alijs in eodem exercitio inseruiuit.

30 Si enim Laurentius improbus fuisset, vti solent esse homicidiarij, Lenones, fures, & similes, vtique R. D. Paulus fuisset in culpa, eligendo illum, & consequenter teneretur de facto ipsius, ita declarat. l. vlt. §. Seruorum. ff. naut. caup. & stab. Alcia. in l. Pronunciatio. §. Seruientium. num. 34. ff. de ver. sig. & de præsump. reg. 3. præsump. 40. nu. 4. sequutus à Menoch. d. conf. 53. num. 26. & seq.

31 Et Imo. sententia in d.l. Domos. ff. de leg. 1. non est vera, cū ab eo dissentiāt Alex. & Ias. ibidem, & Gozad. d. conf. 63. in fin. scribit aduersus Imo. opinionē obtinuisse, & contra Imo. fuisse decisum in conf. Neapolit. testatur Afflict. decis. 57. prout eum refert Menoch. d. conf. 53. n. 28.

32 Vlterius si incendium istud dedita opera esset à Laurentio commissum, certè teneretur R. D. Paulus: sed quia casu euenit excusatur. ita Afflict. d. decis. 57. nu. 6. & 9. declarando l. Si seruus seruū. §. Fornicarius. & §. Proculus. ff. ad l. Aquil. & l. Qui insulā. §. vlt. ff. Locat. expresè nobis reliquit, quod satis diuersum est à casu, de quo agimus cum potius fortuito incendium exortū fuerit, eo quia, nec etiam diligentissimi præuidere potuissent hoc incendium, postquam Laurentius extincto igne cū ingenti copia aquæ, illū ēt cooperuit, & exactè perquisiuit, antequā discederet, si in thalamo illo aliquid remanserit, vt ignis succendi posset. Quæ omnia comprobata fuere in processu, & ob id nulla culpa consideratur ob quam teneatur R. D. Paulus.

33 Tertiū ex doctrina Bal. desumptum ꝙ incendium dicatur culpa leui inhabitantium commissum, quapropter conductor domus teneatur; remouetur ex cōmuni scribentium sententia, qui voluere hanc culpam leuissimā esse, & non leuem: & dicit Menoch. de arbitr. d. cas. 390. nu. 7. excepto Bal. omnes ita sentire, inter quos fuit Accurs. in §. Præterea. instit. quib. mod. re contr. oblig. Bologne. in addit. ad Anan.

nan.d.cons.71.nu.3.Alex.d.cōs. 50.nu.9.lib.1. & cons.74.nu.3. lib.6. & in l. Si quis ex argentarijs.§.Prætor ait.nu.7.ff.de edē. vbi Ias. nu.30. cum seq. ipse Ias. cons.116.nu.1.lib.1.& in l.sed & si quis.§.Quæsitum. nu.41.ff. si quis caut. & hanc glos. magis communiter approbatam dicit idem Ias. in d.l. domos.nu.6.vbi etiam Alex.nu.4.ff.de leg.1.cōmunem quoque esse testatur Gozad. d.cons.63.nu. 16. & 18. & ita decisum, dicit Afflict. d.decis.57.nu.7.Crott.in d.l.4.§. Cato. num. 73. ff. de verb. oblig. Bertrand. cons.140. num. 3. lib. 3. Couar. in 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 8. num.14. Socin.reg. tract. reg. 222. in ver. Incendium. 1. Fallent in fin. Ceph. consil.67.num.29. Paris. consil. 87. num.10.lib.4. Bursatt. cons. 59. num.6. Franc.de March.decis. 6. per tot. Mascard.de probat. d.conclus.892.num. 8. Ludo. d.decis.25.num. 15.qui dicit magis communiter doctores sentire hanc culpam esse leuissimam in ommittendo, non in committendo,& ipsemet Fachin. qui contrariam sententiā defendere conatur, fatetur hāc esse magis communem. Vnde decidendum duxi ad fauorem R.D.Pauli conductoris, vt non teneatur de hoc incendio, prout decisum fuit. Laus Deo.

Alex.Ambrosinus Vic. Gen.

Decisio Quadragesimanona.

Alexander Sextus de Cerqueto Perusinæ diœcesis, cum querelatus esset, quod armis aggressus fuisset, & vulnerare procurasset R.P. Priorem Conuentus D. Augustini de eodem, fuit carceratus, & deinde habilitatus cum fideiussione de non recedendo de domo, sub pœna ducentorum scutorum locis pijs applicandorum: cumque quodam sero discesserit, & ad Castrum Cerqueti se contulerit, die sequenti redijt ad domum sibi pro carcere assignatam: fuit delatus in iudicio, & examinatus fassus fuit recessisse pro suis indigentijs, fuit quæsitum si in pœnam conuentionalem inciderit.

SVMMARIVM.

1 *Retentus in domo, cum fideiussione de non discedendo, si discedat, & statim redeat, non dicitur contra uenisse obligationi, quod declaratur num.9. & seq.*

2 *Fideiussor, qui promisit, quod debitor ex Curia non discedat, donec debitum soluerit, non tenetur, si discesserit, sed statim reuersus sit.*

3 *Fideiussiones de non discedendo requirunt Iudices, vt ipsis cautum sic de persona carcerati. Qui etsi discedat, postquam rediit nihil deperit Fisco.*

4 *Pœna conuentionalis in prætoria stipulatione contenta non exigitur, nullo dato intereße Fisci.*

5 *Rediens non dicitur habuisse animũ recedendi; et ibi quis creditur esse, vbi redeundi animum habet. sed declaratur num. 20.*

6 *Carceris effractor non dicitur exiẽs è carceribus animo redeundi, præsertim si statim reuertatur.*

7 *Discedens à domo pro carcere assignata, rationabili de causa, si redierit non dicitur animo fugiendi discessiße.*
Hinc Iudex debet examinare caussas, cur carceratus discesserit, & quid egerit.

8 *Sententia contra Fiscum tractantẽ de exactione pœnæ, & sic de lucro, in dubio est proferenda.*

9 *Retentus in domo, cum promissione, & fideiussione de non discedendo sub aliqua pœna, venit puniẽdus, si discedat, & pœna exigitur, secundum communem.*

10 *Promissio de non discedendo de domo est pœnalis, & incipit à præcedenti stipulatione affirmatiua, & quotiescunq; stipulatio incipit à præcedenti conditione affirmatiua, tũc cõmittitur, cũ factũ fuit illud, quod in cõditione deuenit.*

11 *Intellectus ad §. Pauonum. instit. de rer. diuis. datur.*

12 *Animus redeundi in homine aliter declaratur, quam in animali.*

13 *Carceratus nõ præsumitur habuisse animũ redeũdi, nisi alleget caussam ex qua motus fuit ad discedendum; & debet esse iusta, & rationabilis; quia aliàs pro temeritate est puniendus.*

14 *Prætoriæ stipulationes, ratione cõtẽptus Iudicis, semper debentur.*

15 *Roman. in cons. 193. declaratur procedere in pœna conuentionali, quæ non committitur absque interesse. Secus verò in prætorijs stipulationibus, quæ ratione contemptus iudicis debentur.*

16 *Pœna in prætorijs stipulationibus promissa ex certa scientia, exigitur vltra quod interest.*

17 *Pœna cõuentionalis simpliciter adiecta, etiam vltra quod interest exigitur, nisi appareat, quod expressè adiecta sit ratione interesse, secundum communem.*

18 *Pœna conuentionalis iureiurando promissa exigitur nullo habito respectu ad intereße.*

19 *Pœna conuentionalis cum iuramento promissa non admittit purgationem moræ.*

20 *Animum reuertendi, qui habet, dicitur eße in loco fictè, & non verè.*

21 *Discedens è carcere, & rediens, licet non dicatur carceris effractor, punitur tamen pœna conuenta de non discedendo.*

22 *Farinat. sententia refertur in hoc articulo, quæ fuit sequuta.*

De

De retēto in domo sub fideiussione de non discedēdo, qui discessit, & die sequēti rediit, quod sit puniendus ob contemptum iudicis, pœna arbitraria.

Diuino inuocato suffragio.

1 Licet Alex. discesserit è domo sibi pro tuto carcere assignata, attamen cū die sequenti reuersus fuerit, videbatur dicendum ꝙ non cōtrauenerit promissioni iuratæ, & cōsequenter pœna in ea stipulata exigi non possit. huius opinionis allegatur Carer. in pract.crim. tit. de ind. & tort. §. Tertium indicium. num. 20. vbi expressè tenet isto casu fideiussionem non esse ruptam, nec fideiussorem ad pœnam teneri: & testatur se ita alias habuisse de facto. & eruditiss. Farinat. tit. de carcer. & carcera. q.30. sub num. 77. ait vidisse in Vrbe dum casus iste euenit, statim per Iudicē visa hac doctrina Care. absolutū fuisse fideiussorē.

Quam sententiā sequi videtur Herculan. in tract. de caut. de non offenden. c. 50. num. 17. vbi dicit, quod si iudex alicui assignauit locum pro tuto carcere, & is promisit inde non egredi sub pœna, nō dicitur incidisse in pœnā promissam, si egressus, rediit. argumento §. Pauonum. inst. de rer. diuis. cum ibi notatis. & l. Quicquid calore. ff. de reg. iur. vbi in breui reuersa vxor non videtur diuertisse. quapropter Alex. ex quo in breui rediit nō est dicendū ꝙ recesserit.

2 Confirmatur quod diximus ex responso Rom. cons. 193. per tot. qui consultus respondit pluribus, & subtilibus rationib' ad fauorem fideiussoris, qui promiserat quod quidam debitor ex curia nō discessisset, donec debitum soluisset qui discessit, sed statim reuersus est, & dicit Roma. fideiussorem non posse conueniri, prosequitur Roder. Soarez. in tract. de fideiusso. in caus. crimin. nu. 32. in fin.

3 Quod rationabili æquitate cōprobatū videtur. Eo quia iudices similes promissiones, & fideiussiones non alia de causa reqrūt nisi, vt ipsis cautū sit de persona carcerati: verū cū per reuersionē nil deperierit Fisco, & iudici ex discessu carcerati, hinc pœna in promissione contenta exigi non pōt; cū in prætoriis stipulationibus pœna conuentionalis exigi non possit non dato interesse Fisci. ita firmauit Osas. decis. pedem. 70. nu. 13. & seq.

5 Vlterius cum Alex. spontè redierit, animum recedendi non dr̄ habuisse. l. Nihil interest. ff. de cap. & postlim. reuer. vbi Bar. notat, ꝙ quis ibi esse creditur vbi redeūdi animū habet, & quā be

6 nè facere pōt doctrina. Bal. in l. 1.

S 3 C. de

C.de ser. fugit. & Alex. ad Bar. in l.1.ff.de effractor. quod exiēs è carceribus animo redeundi, carcerum effractor non dicatur.

Et in puncto quod recedens ex carceribus non dicatur recessisse animo fugiendi, sed reuertendi, si cito reuersus est. tenuit ipse Alex.ad Bar. in d.l.1.§.Expilatores. littera.F.ff. de effract. sequutus à Boer. decis. 215. sub num.17.& 18. Mascard. de probat.conclus.266. num.22 par.1. nec disentit D. Farinat. d.q.30. num.149. & seq.comprobatque Hondad.cons.94. sub num.24.& 25. lib. 2. qui in terminis quæstionis nostræ consuluit,& citat Mars. Tiraq. Duen. & alios.

7 Maximè cum Alex. causam satis coloratā adduxerit, ob quā motus fuit ad discedendum è domo sibi pro carcere assignata, scilicet, vt iret ad Cerquetū pro visenda familia.& vt indigētijs suæ psonæ prouideret, quo in casu cum redierit,volunt scribentes quod non animo fugiendi discesserit. sic Boer. d. decis. 215. num.17. & declarat Cyrill. in sum. crim. in p. particu. rub. 12. de custo.reor. §.fin.nu.4.qui dicit quod propterea debet iudex examinare causas, cur carceratus discesserit, vbi fuerit, & quid egerit.

8 Et dato quod casus iste, esset dubitabilis,nihilominus pro Alex.esset decidendum postquam in dubio contra Fiscum tractantem de exactione pęnæ, & sic de lucro sit iudicandum.l.Non puto. ff. de iur.Fisc.Alex.in l.1.nu. 2.ff.sol.matr. Hiero. Gabr.cons. 181. num. 26. lib. 1. his citatis Hondad.d.cons.94.nu.27.lib.2.

Et hæc sunt quæ pro Alex.facere posse videbantur.

Quibus tamen non obstantibus ad contrarium decidēdum me induxerunt infrascripta.

9 Quia cum Alex. è domo sibi assignata absque aliqua licētia discedere præsumpsit,non videbatur dubitandum, quod tam ipse,quam fideiussor ad solutionem pęnæ conuentionalis teneantur: ex quo detentus in aliqua domo cum promissione, & fideiussione de non discedendo sub aliqua pęna, si contra ꝑmissionem discesserit, pæna illa exigi potest ex.habemus in l.Si quis reum. vers. Sed si neque. ff. de custo. reo. Cep.caus. crimin. cons.25.Rimin. iun. consil. 135. num.11. & seq. Baiard. ad Clar. q.21.num.105. Caccialup.de debit.susp.& fugit.q.1.nu.2.D.Farinat.d.q.30.num.73.

Vulpell. omnino videndus cons. 139. per tot. qui ita iudicasse, & pluries iudicatum vidisse testatur,& multum ad decisionem nostram,mihi facere visum fuit consideratio Rim. iun. dum in d.cons.135.num. 16. dicit, ꝙ
10 stipulatio ista facta de non discedendo,est pænalis, & incipit à præcedenti conditione affirmatiua, nam dicere quod Alex. non discederet è domo sub pæna,

na, est dicere quod si discedet inde pœnam promittit. At quādo stipulatio incipit à præcedēti conditione affirmatiua, tunc committitur, cum factum fuit illud, quod in conditione deuenit: & sic cum extiterit conditio per doctrinam Bar. in l. Ita stipulatus. nu. 52. ff. de verb. oblig. per l. Quidam cum filium. eo. tit. vbi pęna promissa si aliter quam vt filium, quis alium tractauerit, committitur per contrauentionem, vt si eum è domo expulerit, vel moriens testamento nil ei reliquerit, & sic illa pęna adiecta facto affirmatiuo statim committitur, cum factum illud contigerit in conditione positum: sed cum Alex. discesserit è domo, vti ipse fatetur, meritò statim dicitur fuisse commissa stipulatio pœnalis. Quod tantò elucidius apparebit ex respōsione contrariorum, quæ ab hac sententia contra Alex. me euellere non potuerunt.

11 Nam cum Alex. sine licentia iudicis discesserit, nulla animi declaratione facta quod breui reuersus erat, nec comprobatū fuerit aliquod periculum in domo, in qua detinebatur imminisse, nec minus aliquā subesse necessitatem recedendi: vnde in pœnam conuentam incidisse dicendum est: omnia nen pè quæ in contrarium adducūtur procedere possent, si cōstaret quod non animo fugiendi recesserit: & hoc pacto intelligendus est tex. §. Pauonum, instit. de rer. diuis. cum enim eiusmodi feræ reuertendi animum ostendere non possint, nisi ex reuertendi consuetudine, ideò reuertendo, aufugiendi animum non habuisse præsumendum erit. quæ ces-

12 sant in Alex. qui cum animum suum declarare potuisset aliter quàm ex reditu, postquam licentiam non petijt animus redeundi in eo non præsumitur.

13 Et nunquam animus reuertēdi præsumitur, nisi carceratus aliquam causam allegauerit, ex qua motus fuit ad discedendū, vti præsuponit Boer. dict. decis. 215. num. 17. in prin. & voluit Cyrill. in sum. crim. in prima particu. d. rub. 12. de custo. reor. §. fin. nu. 4. prope fin. & dicit D. Farinat. d. q. 30. num. 157. & Baiard. ad Clar. d. q. 21. nu. 109. affirmat quod discedens à loco sibi assignato cum fideiussione de non descedendo ob aliquam iustam causam, non tenetur: & ita intelligendos esse dicit Herculan. & Boss. in contrarium allegatos: secus verò si discesserit sine caussa, vel cū caussa iniusta, tunc etsi ad domū redierit, quo in casu aufugisse non dicitur. l. Quis sit fugitiuus. §. Idem probat Viuianus. ff. de edi. edict. puniri tamen debet pro temeritate, qua vsus fuit in discedendo sine licētia iudicis. hæc Baiard. qui citat. Caccialup. de debit. susp. q. 1. nu. 3.

14 Prætoriæ nēpè stipulationes

ratione contemptus iudicis semper debentur. ita ex Bar. in l.4. in vulgato.§.Cato. q.2. Alex. & Ias.ff.de ver.oblig.firmauit Vulpell. d. cons.139. num.7. & fuit de mente Boss.de carcer.fideius so.relax. nu.45. & 46. prosequitur Baiard. ad Clar. d.q. 21. nu. 105.nec dissentit Hondad. dict. cons.94.num.4. lib. 2.

Et quotiescunque domus ista Alex. assignata fuisset pro carcere, absque vlla pœnæ stipulatione, esset nihilominus puniendus ob contemptum iudicis: per ea, quæ scribit Vulpell.d.cons.139. num. 19. Quia si admitteremus detentum in domo ad libitum, & ex suo capite recedere posse, & reuertendo pœnam conuentionalem euitare, contemnerentur iudices, & vanum esset assignare domum pro carcere cum pœnæ stipulatione.

15 Minusq; obstat cōsiliū Rom. qui in fauorem debitoris recedētis respondit. Quia in casu suo pęna erat conuentionalis de nō recedendo debito non soluto: quapropter cū statim recedens, reuersus fuerit, æquum respondit fuisse, vt stipulatio non committeretur, cum ex eo stipulantis non intererat. Verum aliud seruamus in stipulationibus cōuentionalibus, aliud in prætorijs, quæ ratione contemptus iudicis facilè deberi comprobat Vulpell.d.cons.139.nu.15.

16 Et quotiescunque in prætorijs stipulationibus pœna promissa est ex certa sciētia, adhuc vltra quod interest exigi potest, Capr.conclus.70. num.9. & seq. Menoch. de arbitr. iud.cas.260. nu.13. & seq. quos citat, & sequitur D.Farinat. d.q. 30. num. 56.

17 Immo pœna conuentionalis adiecta simpliciter etiam vltra quod interest exigitur, nisi appareat ꝙ expresse adiecta sit ratione intereſſe: secundum cōmunem scribentium sententiā, de qua Bursatt. cons. 53. num. 38.41.& 42. lib. 1. Seraph. de priuil. iura. priuil. 54. vbi hanc sententiam comprobat, & benè defendit à contrarijs.

18 Et accedente iuramēto, prout regulariter fideiussiones, & promissiones de tuto carcere fieri solent, & hæc nostra facta fuit, res omni difficultate caret: cum iuramentum operetur, vt nullo habito respectu ad interesse, conuentionalis pęna exigi possit, vt per Alex. & omnes cōmuniter in l. Stipulatio ista in prin.ff.de ver.oblig. Menoch.d. cas.260.nu.13. & 27. Seraph. d. priuil. 54.Marant.in sua disput. 7. ad fin.Bursatt.d. cons.53. nu. 37. D. Farinat.d.q.30. nu.76.

19 Nec à solutione pænæ conuētæ excusari potest Alex. ex eo, quod statim redijt: quia stante iuramento: quo promisit non recedere, non potuit moram purgare: per ea, quæ scribit in puncto Vulpell.d.cons.139. num. 9. cui non contradicit Hondad.d. cons.

conf.94. nu. 4. lib. 2. Et faciunt scripta per Rimin. iun. d. consil. 135. quod ex quo stipulatio ista est adiecta facto affirmatiuo, statim committitur, & propterea moræ purgatio non datur.

20 Nec facit doctrina Bar. in d. l. Nihil interest. ff. de capt. & postlim. reuers. quod ibi quis esse dicitur vbi reuertendi animũ habet: Nam per fictionem, & non re vera is creditur esse ibi, vbi habet animum reuertendi. vti ponderauit Vulpell. d. conf. 139. nu. 10.

21 Et licet verum sit, quod vxor breui reuersa non dicatur deuertisse; & aufugiens è carcere non possit vti fractor puniri, quando statim redijt per doctrinam Bal. & Alex. in contrariũ adductam; Tamen non instam' pro punitione Alex. de carceris factura, sed contendimus ꝙ puniri possit in pœnam conuentam: & non sequitur, carceres non fregit, ergo non contrauenit promissioni de non discedẽdo. Et D. Farinat d. q. 30. num. 73. docuit quod licet ex carcere recedens, & rediens non possit dici habuisse animum fugiendi, vt possit tanquã fractor carceris puniri; attamen poterit puniri in pœnam conuentam, quæ ratione contemptus iudicis debetur. & Farinat. sequitur Baiard. ad Clar. d. q. 21. nu. 105. qui dicit quod recedens è carceribus non euitat pœnam conuentionalem de non discedendo, ẽt quod statim sit reuersus. Et responsum Hondad. non obstat, quia in casu suo aderat iusta causa recedendi de domo assignata, & recedendi ad palatium ob sonum campanę, & propterea erat excusandus: quæ causa iusta in Alex. considerari non potest.

22 Et postquam Clariss Farinat. d. q. 30. nu. 77. attestatur quod dum in Vrbe punctus istius dubitationis bis contigisset, licet viderit diuersimodè iudicatum, tamen si iudex esset, quanquam non condemnaret fideiussorem de tuto carcere in integram pœnam in promissione contẽtam, stante reuersione inquisiti, ex qua Fiscus in nihilo damnificatus fuit: tamen istum, qui iudicẽ contemnendo temeritate quadam ausus est suæ pænali promissioni contrauenire, nunquam impunitum dimitteret; sed illã pœnam promissam ad minorẽ summam in condemnatione mitius agendo redigeret: quæ media via satis æqua, & ratione plena sibi videtur, & D. Farinat. sentẽtiã collaudauit Baiard. ad Clar. d. q. 21. sub nu. 105. Vnde tantorum patrum vestigijs inherendo, hanc mediam viam elegi, & condemnaui Alex., & eius fideiussorem in scutis centum, locis pijs applicandis, cum pœna cõuenta esset scutorũ ducentorũ.

LAVS DEO.

Alex. Ambrosinus Vic. Gen.

De-

Decisio Quinquagesima.

Fabricato quodam processu per Iudicem quendam, ex quo multa grauamina prætendebantur illata: qua propter processati recusarunt ipsum iudicem vti suspectum, & habito recursu, fuit caussa suspitionis in hoc foro demandata: vnde de pluribus fuit dubitatum, prout in discursu ipsius decisionis.

SVMMARIVM.

1 *Minor causa requiritur in recusando iudicem delegatum, quàm ordinarium. Ratioque assignatur.*

2 *Recensentur scribentes, qui tractant de causis recusationis.*

3 *Causæ recusationis reduceuntur ad causam causatam, & causam causantem, & quæ sint declarantur.*

4 *Causæ, quæ faciunt iudicem suspectum ad tres principaliores reducuntur, scilicet Amoris, Odij, & indiferentis.*

5 *Qui in causa sententiam tulit, potest, quò ad alios interesse habentes recusari.*

6 *Præsumendum est, quod iudex conetur tueri à se factum, siuè benè, siue malè.*

7 *Iudex potest recusari, & si animum expresse non propalauerit.*

8 *Iudex quotiescunque iniustè grauaret, potissima caussa est recusādi illum, & multæ iniustitiæ cōnumerantur ex processu formato desumptæ.*

9 *Confessio delicti, cum qualitate defensionis, solet pro pura reputari: Sed potest reus, quandocunque qualitatem istam probare.*

10 *Vulnerati si duo reperiantur, & vnus quisq; ab altero prius percussum fuisse contendat, non potest procedi, non discusso prius, quis eorum verum dixerit, & interim carcerari debent.*

11 *Assertio vulnerati etiam in mortis articulo, non facit inditium, nisi ad capturam.*

12 *Reus per solum Notarium examinatus, si negat dixisse, prout scriptum reperitur, neutri creditur.*

13 *Filius contra patrem, nec etiam nolens admittitur in testem.*

14 *Personæ non nullæ sunt, quæ in criminalibus non coguntur testificari, à quarum examinatione abstinere debet Iudex, & in atrociribus, & quando veritas aliter haberi non potest, consulendus erit Princeps.*

15 *Iudex contra leges procedēdo, præsumitur in dolo.*

16 *Iudici, antequam procedat contra aliquem debent qualia, qualia, præcedere, quæ aperiunt viam ad inquirendum, alias processus est*

est ipso iure nullus, idque fuit introductum ad refrenãdam malitiam Iudicum, quia alias multos indebitè vexare possent.

17 *Ommittens, vel non faciens, quod facere tenetur, dicitur in dolo.*

18 *Iudex recusans integraliter scribere dictum testis, malè facit. Quã praticam obseruant mali Iudices, & Notarij parum Deum timentes.*

19 *Testis potest corrigere suum dictũ incontinenti, & dicitur incontinẽti antequam alloquatur parti.*

20 *Iudicium claudicare non debet.*

21 *Iudex delegatus non potest transcendere fines suæ commissionis, sed illam debet strictè attendere.*

22 *Delegatio tanquam odiosa, & extraordinaria est restringenda, & non amplianda.*

23 *Nullitas, & euidens iniquitas cõparantur, & nulla maior iniustitia reperitur ipsa nullitate.*

24 *Statutum quod contumax habeatur pro confesso, quomodo procedat, demonstratur.*

25 *Innocentia contumacis, quando apparet, non procedit statutum, qđ contumax habeatur pro confesso, & non potest cõdemnari, quia rei absentia, debet suppleri per Dei præsentiam.*

26 *Iudex ex officio debet supplere, de innocentia rei quærendo, quanquam nemo compareat pro reo absente.*

27 *Iudex, vt iuridicè possit condemnare reum absentem, vltra statutum, quod contumax habeatur pro confesso, debet de ipso delicto constare per veras probationes, quia inquisitio debet formari legitimis præcedentibus inditijs.*

28 *Fuga inquisiti solum suspicionem inducit, & non facit indicium graue.*

29 *Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, non operatur, quoad qualitates agrauantes delictum.*

Præcipuè, quando qualitas est separata à delicto, & aliunde plenè potest probari.

30 *Iudex non habet exercitium suæ iurisdictionis contentiosè durante termino per ipsum assignato reo ad faciendum defensiones, & procedendo committit nullitatem.*

31 *Inquisitio est formanda, & elicienda ex informationibus desumptis.*

32 *Iudex non debet procurare auferre defensiones carceratis, quia est practica diabolica.*

33 *Iudex tenetur obuiare illicitis extorsionibus, quas si ipse committit tenetur in Syndicatu.*

34 *Iudex debet assumere informationes à verisimiliter informatis.*

35 *Testis dictum reijcitur, si inuerisimilia deponit.*

36 *Iudex fidem adhibere nõ debet inuerisimilibus, eo quia quod est longè à verisimile, quædam est falsitatis imago.*

37 *Instrumentum continens inuerisimile, est de falso suspectum.*

38 *Falsitatis præsumptio oritur contra testes deponentes inuerisimilia.*

Iu-

39 Iudex potest iure merito recusari suspectus, si procedat contra inquisitum sub prætextu memorialis incerto auctore porrecti, super quibus de iure prohibetur inquiri.

40 Iudici in primis, & ante omnia debet constare de delicto.

41 Bannitus an aliquis sit, debet constare per sententiam.

42 Sententia definitiua in scriptis proferenda est, alias nomen sententiæ non meretur: Et scriptura præcedere debet recitationi: nec sufficit, quod Iudex scribēdo vnico contextu proferat sententiā.

43 Scriptura, quando de necessitate actus requiritur, actus non potest probari per testes, nisi probaretur ammissio scripturæ.

44 Processus, & omnia inde sequuta sunt nulla, quando de delicto nō constat.

45 Bannitorū receptatores, vt puniātur, quæ requirantur.

46 Litteris alicuius non recognitis fides non adhibenda.

47 Inimicitia est causa sufficiens recusandi iudicem.

48 Inimicitia, etiam præsumpta, sufficit pro recusatione iudicis.

49 Inimicitia sufficit ad recusandum iudicem, etiam si non habeat initium veritatis, & sat est, quod reputetur iudex vti inimicus.

50 Inimicitia qualis qualis sit sufficit ad recusandum iudicem, dūmodo allegetur in specie; nec requiritur, quod sit capitalis.

51 Iudex, vt recusari possit, leuior suspicio sufficit, quam ad repellendum testem; cum facilius inueniantur plures iudices, quàm vnus testis.

52 Iudicis suspicio, iuramento probatur.

53 Iudicem suspectum recusare, parui est præiudicij.

54 Iudices non suspecti de honestate sunt dandi.

55 Iudices, quod suspecti, & inimici esse nō debeant, ratio ipsa dictat; eo, quia durum, & periculosum est per suspectos negocia trāctari.

56 Iudex, vt suspectus recusari possit, vnica sufficit caussa, etiā modica, hac potissima ratione, vt caussæ sine suspicione procedant.

57 Iudices, & Notarij, qui debent examinare testes, suspicione carere debent.

58 Iudex ex hoc solo, quod recusatur, resultat causa sufficiēs ad illum remouendum: solent nempè iudices communiter indignari, cum suspecti allegantur.

59 Iudex, qui procurauit causæ commissionem, potest recusari.

60 Iudicis iniquissimi, & pessimæ mētis signum est, velle de vita hominis cognoscere, qui ipsum habeat suspectum, etiā si legitimas causas non adduceret. Et reprehenduntur iudices putantes sibi iniuriam fieri, quando recusantur; et malè agunt, si totis viribus contendunt, ne à caussæ cognitione reuocentur.

61 Iudex non resalutans, vti erat solitus, redditur suspectus.

62 Iudex potest recusari, & si caussa suspi-

suspicionis processerit à carcerato.

De recusatione iudicis delegati,& de causis sufficientibus ad reddendum iudicem suspectum.

Diuino inuocato suffragio.



X processu fabricato contra carceratos, cuius occasione Iudex ille delegatus fuit recusatus suspectus, multa colliguntur ex quibus intentio carceratorum iustificari posse videbatur.

1 In primis itaque facere videbatur doctrina Hostiens. in sum. tit. de re recusat. iud. deleg. §. Quæ sint causæ iustæ. Propè fin. vbi nobis mandauit, quod minor caussa requiritur in recusatione iudicis delegati, quàm ordinarij; cum caussæ omnes, quæ repellunt ordinarium tanquam suspectum, repellant & delegatum, sed non è contra, eo quia delegata iurisdictio accidentalis est, ordinaria verò naturalis, ideo non mirum si natura fortior sit accidente.

2 Caussæ verò, quę reddunt Iudicem suspectum multæ assignantur per Card. Alc. & Franc. in c. postremo. de appell. quorũ vnus. 40. alter vero. 70. casus suspicionis enumerat. Aufrer. in tract. de recusat. 80. esse docet Host. loco quo supra. 13. esse affirmat. Spec. tit. de iud. deleg. §. Superest videre. p tot. latè prosequitur recusationis caussas. Marant. in pratt. par. 6. act. 2. nu. 25. & ipse diffusè de causis istis per tract. Borgnin. decis. 72. nu. 114. libr. 2. de eisdem loquitur. Corrad. de off. præt. c. de excep. num. 9. multos agglomerat. Geminian. in c. Legitima num. 5. de appellat. lib. 6. postquam 18. cau-
3 sas retulit, hæc omnia ad duo reducit, videlicet ad causam causatã, & causam causantem: Causam causatam appellat inimicitiam, vel suspicionem iudicis; cũ iura dicere affirmet, quod quando iudex est suspectus, ita ut sit præsumptio, quod magis faueat vni, quàm alteri parti, recusari potest; & hanc esse causam causatam, ex eo quod suspectus.

Causam causantem appellat illam, à qua prouenit suspicio iudicis, quæ potest esse multiplex, vt patet in exemplis à præfatis doctoribus, vbi supra posi-
4 tis. Et causas istas, quæ faciunt iudicem suspectum ad tres principaliores reducere procurauit Berrett. consil. 138. nu. 1. relatus per Carol. de Graff. in tract. de excep. ad mater. stat. exclud omnes excep. 24. excep. nu. 16. scilicet Amoris, Odij, & indifferentis.

Erit igitur prima, quod cum de hoc prætenso crimine D. Iudex

dex

dex sententiam tulerit, dum pęna capitis plectendum esse decreuit Guidonem, quod cum Francischino occiderit Achillem, nullo habito respectu pacis initæ, quam fractam esse pronũciauit. At cum nullibi in processu appareat, quod Guido pacem vllam inierit cum Achille, sed tãtum D. Capitaneus Antonius pacem fecerit, sequitur necessario si pax fuit fracta, quod D. Capitaneus eã fregerit, vel alij de
5 eius mandato. Quo circa etiam si concedamus sentẽtiam illam ritè, & rectè fuisse prolatam; qđ contrarium inferius demonstrabitur; Attamen ex hoc potest iure merito dici suspectus D. Iudex, idque mihi probat tex. cap. Accepta. ibique Abb. Præpos. & Dec. de appella. Aufrer. in tract. de recusat. num 18. Menoch. qui in puncto respondit. consil. 94. nu. 13. Inno. in cap. Irrefragabilem. in prin. de off. ordi. Capici. decis. 146. nu. 1. & 4. Rebuff. sup. consuet. Gall. tit. de recusat. art. 9. nu. 32. Marches. in tract. de cõmiss. seu rescrip. commiss. cap. 1. nu. 30. & seq. Aret. pulchrè. cõs. 29. num. 25. Grass. d. tract. de excep. 24. excep. nu. 87. & Menoch.
6 rationem assignat. Quod credẽdum omnino est, quod Iudex conabitur tueri à se factum siue benè, siue malè: & postquam Guidonem condemnauit, quod vna cum Francischino occiderit Achillem frangendo pacem, stultum esset dicere, quod præsumatur vnum animum habuisse respectu illorum, & alium respectus D. Capitanei, & cęterorũ: ita subtiliter. Aret. d. cons. 29. nume. 25. Qui videatur omnino, multa enim dicit ad casum no-
7 strum facientia. Et Decian. cons. 26. nu. 9. lib. 1. consultus respondit, quod Regimina Serenissimi Ferdinandi ab Austria, ex quo propalauerunt iam mentem suã, impossibile est, quod de iure nõ possint recusari, nam etiam si non expressè declarassent, sed tantum iudicium aliquod exhibuissent, quo motus eorum animi detegeretur, possent vti suspecti recusari, quia alias sequeretur, vel quod aliquando iudices forent sibi contrarij; vt scilicet modo vnum, modo alium iudicarent; vel quod sibi legem imponerent, dum primo loco opinionem suam dicerent, ne ab ea recedere liceret, quod iniustitiã saperet. ita Decian. omnino videndus. Cumque iam constet de eiusdem D. Iudicis opinione, secundum veram sentẽtiam. Ias. & aliorum in l. Apertissimi. nu. 9. C. de iudic. potest vti suspectus recusari.

8 Secundò, inter causas legitimas recusandi iudicem vti suspectum, primum locũ tenere affirmant scribentes, quotiescunquę iudex per iniustitiam grauaret. Abb. in c. Cum accedẽs. il 2. sub num. 8. vt lit. non contestat. Aufrer. d. tract. de recusat. num. 19. Ias. in d. l. Apertissimi. nu. 7. C. de iu-

iudic. quo in loco tenet post Bald. in c. Ad nostram. De probat. Iudicem indiscretũ, vt iniustum recusari posse comprobat latè. Menoch. d. cons. 94. nu. 15. & seq. Marant. in prat. par. 6. act. 2. numc. 70.

De iniustitia nempè plusquã satis apparet, & procedẽdo iuxta seriem memorialis, Prima erit iniustitia cum eodem sero intẽtati delicti fuerint exonerata non nulla archibusia, & lętaliter vulnerati reperti fuerint Francischinus, & Achilles, & visitati à Iudice, Francischinus deposuit fuisse vulneratum ante domum supradicti D. Capitanei Ananij, & ignorare à quo: Achilles autem asserit fuisse vulneratũ à Præfato D. Capitaneo Antonio, Malco, & Francischino, cum quibus erat alius Antonius. Iterum examinatus Francischinus deposuit fuisse vulneratum ab Achille in pectore, & pro sua defensione exonerasse archibusium, & quando hoc fuccessit erat solus. Quib' assertionibus stantibus erat in primis discutiendum, quis istorum vulne
9 ratorum veritatem dixerit; Nã etsi Doctores dicant, quod confessio qualificata pro pura reputatur reiecta qualitate defensionis, cũ simus in delictis, & prohibitis: tamen cum Francischinus vtique potuisset hanc qualitatẽ defensionis probare, teste Bar. in l. Nemo ex his. ff. de reg. iur. Dec. in c. Pastoralis. nu. 15. in fi. de excep. vbi de cõmuni Boer. decis. 164. num. 13. Cagn. in d. l. Nemo ex his. ff. de reg. iur. Boss. de malef. tit. de defens. reor. nu. 4. Clar. in prat. §. Homicidium, nu. 35. & in hoc neminem reperiri contradicentem.

10 Cum autem si Francischinus doceret concludenter se fuisse solum, & fecisse ad suam defensionem, dubio procul assertio Acchillis redderetur falsa, vana, & non attendenda, eo quia si Francischinus fuit solus, vna cum ipso adesse non poterant cęteri nominati ab Acchille, vnde ex eius assertione non poterat constitui inter reos D. Capitaneus Antonius, & cęteri, donec decidebatur confessio Francischini, à qua dependebat iustificatio, vel impugnatio assertionis Acchillis, super qua totaliter nititur Fiscus, & tantum poterant supradicto carcerari, & custodiri donec definitum esset
11 factum Francischini. Quia, & si Acchilles in mortis articulo cõstitutus assertionem hanc fecerit, in qua moriendo perseuerauit, attamen non facere inditiũ, nisi ad capturam de communi cõsensu omnium attestatur. Gomez. cap. 13. delict. num. 16. relatus per Plac. lib. 1. delict. cap. 13. nu. 15. dicens quod passim seruatur in pratica, de cuius assertionis constituti in mortis articulo effocacia satis diseruimus, decis. 24. prima par.

Nec dicatur, quod Francischinus

nus contrarium dixerit in primo suo examine; quia Franci-
12 schinus negat id dixisse. & cum illa prima eius dispositio recepta tantum fuerit per Notariũ, ei standum non est; vti docet Clar.in prat.§.fin.q.53.num.17. Nihilque interest prima illa dispositio; quia quandocunq; doceret fecisse ad defensionẽ, semper veniret audiẽdus: sicuti tradunt scribentes superius relati, & modo non agimus de iuribus defensionis Francischini, sed dicimus quod malè fecit D. Iudex procedendo contra alios, vsque quo ipse in suis defensionibus non fuerat auditus.

13 Secunda nullitas, & alterum grauamen detegitur ex lectura eiusdem processus, dum contra D. Capitaneum Antonium fuit examinatus D.Cęsar illius filius, qui de iure contra patrem, nec etiam volens admittitur in testem: sicuti sanciuere Imperatores Diocletianus, & Maximianus in l. Parentes. C. de testib. istis verbis: Parẽtes, & liberi inuicem aduersus se, nec volentes ad testimoniũ admittendi sunt. ibiq; Bal.in primis verbis, quod annuit Decian.in tract.crim.tit. cun. ius. quomo.dif.à ciui. cap.
14 22.num.31.par.1. Hinc dicebat Clar.in prat.§.fin.q.24.num.22. quod sunt aliquæ personæ, quæ in causis criminalibus non coguntur testificari, & iudex debet quantum fieri potest abstinere ab examinandis testibus, qui de iure contra reum non possunt compelli ad testificandum, & vbi occurreret casus, quod veritas aliter haberi non posset, & delictum esset atrox, posset cõsulere Principem: quod factum non constat in casu isto, videatur & etiam Baiard. in addit. ipsius Clar. in d.q. 24. num. 135. vbi multa ad propositum dicit, & delictum hoc non erat criminis lęsę Maiestatis Diuinæ nec humanæ, in quibus filij coguntur deponere contra parentes, prout volunt omnes, & præcipuè Baiard. vbi supra. Quapropter cum contra formã legis factum fuerit à D. Iudice examinãdo D. Cęsarem contra patrem, præsumitur dolosè fecisse. Boss. de malef. tit. de off.corrupt.pe-
15 cun. num.21. vbi scriptum reliquit quod Iudex, qui nõ seruat seruanda præsumitur in dolo. & examinando D.Cęsarem, contra formam legis fuit actum, ideo præsumitur dolus. ita de tutore consuluit. Alex.cons.74. num.3. lib.7. Aug.cons.175. nu.2. Aym. cons.142. nu.19. & consil.193. in prin. vbi pulchrè, & per transgressionem legis dolus arguitur, secundum Bal. cons. 35. sub nume.4. lib.3. Aym. d.cons. 193. nume. 3.

Tertium grauamen resultat ex ipsomet processu, in quo non solum D. Cęsar fuit examinatus cõtra patrem, sed vna cum duobus famulis suis inter reos huius criminis intentati, fuit positus,

tus, qui oēs ab Achille in eius assertione non fuerunt nominati, & in processu contra eos nil
16 reperitur, & ob id non poterāt inter reos constitui. Resolutum nempè est in Iure, quod vt Iudex possit procedere contra aliquē, opus est quod præcedat aliquid, quod ei adaperiat viam ad inquirēdum; alias processus est ipso iure nullus, etiam si delictū fuisset. deinde plenè probatum quod à iure introductum fuisse notat. Clar. vbi supra, ad refrenandam malitiam, & prauitatē Iudicum: si enim daretur eis facultas procedendi ex abrupto contra omnes ad sui libitum, possent multos indebitè vexare, & ideò statutū, vt prius aliquid præcedat, quod Iudicem ad procedendum inducat, & quodammodo ex necessitate sui officij impellat. hæc Clar. in prat. §. fin. quæst. 5. num. 4. & habemus tex. cap. Qualiter, & quando, vbi omnes de accusat. Quod nōn valet inquisitio, neque processus super ea formatus, nisi saltem diffamatio præcedat: qđ fuit quoque de mente. Ang. de malef. in iur. hæc est quædam inquisitio. & Marsi. in prat. §. Constante. dat concordantes, & hoc admittit Decian. in tract. crim. t it. per inquisit. quomo. proced. capit. 28. in princ.

Nec est faciēda vis, quod isti famuli contrariantur inter se, ac etiam depositionibus D. Capitanei Antonij: Quia ex istis contradictionibus doctores satis demonstrant quid facere debeat Iudex, cum eis agendo, tāquam contra testes, absq; quod in principales connumerentur.

Quarta iniustitia plusquam satis apparet; Postquam fero illo multa fuere inuenta, quæ iudici præsentata; magna cum diligentia fuerunt recognita esse Frācischini. Eodem fero fuit inuentum archibusium in loco vbi fuit vulneratus Achilles, & in domo, in qua iacebat, allatum, de quo nullibi apparet, in processu fuisse factam aliquam diligentiam, nec pro conseruatione, nec pro recognitione, & nihilominus constat in processu per depositiones multorum de istius archibusij inuentione, de quo statim habita notitia debebat diligenter perquiri, & annotari in processu sicuti factū fuit de rebus alijs inuentis pęnes ędiculam de quibus in processu.

17 Verum eum qui omittit, vel non facit, quod facere tenetur, in dolo præsumitur versari. l. Iubemus. in fin. C. de testa. l. Tutor, qui repertorium. in prin. ff. de ad tut. l. Dolo. ff. ad l. Falcid. Aym. post alios. conf. 75. sub nu. 6. cōs. 97. nu. 9. conf. 100. nu. 11. & conf. 142. nu. 15. vbi in faciente contrarium eius quod facere tenetur, conf. 172. nu. 5. conf. 192. nu. 15. & cōs. 193. nu. 2. Ex omissione igitur recognitionis archibusij pdicti dolū esse præsumendū nō

T est

est dubitabile, ex qua negligentia in non recognoscendo dictũ archibusium, maximum detrimẽtũ resultauit carceratis, eo quia Achilles, cum medio iuramento deposuerit fero illo solo ense fuisse armatum; si autem appareret habuisse archibusiũ, de periurio esset conuictus: quapropter sibi credendum non esset in reliquis, sicuti in iure clarum est.

Quinto loco pro grauamine assignari potest, quod in processu non fuerit integraliter redacta depositio Magistri Nicolai, qui examinatus an vendiderit instrumentum quoddam ad conseruandum puluerem archibusij, vulgariter detto la fiasca; cũ dixisset à paucis diebus vnam vendidisse cuidam à Fratta; postea antequam discederet à Palatio, & iudicis conspectu, recordatus, quod vnam quoque vendidit Frãcischino, redijt, & hoc exposuit, quod annotari fuit recusatum. Quam praticam, tanquam damnabilem detestatur Clar. in prat. §. fin. q. 23. sub nu. 1. illumque seruare asserit multos iudices, & notarios parum Deum timentes; & malè facere dicit, quia debent veritatem inuestigare, tam pro Fisco, quàm contra Fiscum, neq; aliquid ommittere. Et friuola est prætensio, quæ adducitur; quod iã erat completum examen illius, & ideò non apponẽdum, quod postea dicere volebat.

18

19 Quia hoc de iure non procedit: potest vtique testis dictum suum corrigere incontinenti. c. Præterea. de test. cogen. & dicitur incontinenti, antequam testis alloquatur parti. Felin. in d. c. Præterea. qui ita communiter seruari dicit, illumque sequutus fuit Capit. decis. 142. num. 9. relatus per Clar. in prat. §. fin. q. 53. sub nu. 15. Et etiam quia hoc in processu isto non fuit obseruatum in depositione Ioannis alterius testis, qui completa attestatione, subdit à se multa, quę omnia fuerunt recepta, & processui inserta: & certũ est quod iudicium claudicare non debet c. Cum inter. de excep. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Dec. in d. cap. Cum inter. nu. 10.

20

Sextò loco succedit nullitas manifesta ex defectu iurisdictionis, cum D. Iudici delegata fuerit caussa exonerationis istorum archibusiorũ, & vulnerum subsequutorum, cum omnibus annexis, & dependentibus. Sed cum D. Ioan. Franciscus Fantagutius conquæstus fuerit, quod D. Cæsar, filius D. Capitanei Antonij, sibi nonnulla verba dixerit, tempore quo cum Capitaneus eius pater, & cæteri erant carcerati, quæ nihil commune habẽt cum intentato delicto delegato, & de hoc cognoscere præsumpsit D. Iudex: qua de re, cum Iudex delegatus transcendere nõ possit fines suę cõmissionis, imò formã suæ delegationis debet strictè attendere c. Ex parte. & cap. Cum

21

Cum olim.de off.deleg. Nec nõ, cum delegatio sit odiosa, & extraordinaria.glos. in c.1. in ver. Processus. ad fin.de rescrip.in 6. Panor.in c.fin.de ver.signif.Marant.in prat.par.4. act.5. nu.29. Natt.cons.39. in princ. Ideò re-
22 stringenda semper est delegatio,& non amplianda.cap.Nonnulli. §.Sunt, & alij. de rescrip. cap.Cum olim. Abb. de off. deleg.glos.in clem.2. in ver. Nolumus obseruari.de off. ordin.glo. in c.Solet.in ver.Per superiorem de sent.excom.in 6. Corn. cons. 282.nume.9.lib.3.
23 At cũ nullitas,& euidens iniquitas æquiparentur: Doct.in c. Fraternitatis. de frig. & malef. Seysse.in rep.l. Vt vim. num.55. ff.de iust.& iur. Nullaque maior iniustitia,quam nullitas reperiatur, secundum Bellam. post Innoc. decis. 344. in fin. Vant. de nullit.tit.1.nume.19. & tit.Corã quo nullit.sub nume.5. Vnde ex hoc solo apparet de iniustitia istius processus.

Septima iniustitia insurgit,occasione sententiæ latæ contra Guidonem,ex qua nullitates, & grauamina resultant quàm plurima,& præcipuè,quia pęna capitis dãnatur Guido, quod vna cum Francischino vulnerauerit proditoriè Achillem, ex quo vulnere deinde decesit, nullo habito respectu pacis, & reconciliationis paulò ante sequutæ inter Achillẽ ex vna, & aliquos ex dictis nominandis ex altera. Sed cum nullibi nominatus fuerit iste Guido, & ex processu appareat,quod tẽpore delictiserat in domo Capitanei Antonij, & in lecto, non poterat cõtra eum proferri sententia ista.
24 Nec dicatur vigore statuti, quod contumax habeatur pro confesso, potuerit Guido contumax condẽnari,per ea,quæ scribit Ioseph.Ludo.in suis conclus. 3.concl. vbi multa cumulat circa istam contumaciam, quæ vigore statuti habetur pro confessione.
25 Quia aduertendum est, quod quando liquet de innocentia contumacis, tunc non obstante statuto non potest contumax condemnari.Bar.cons.100. num. 10.Ceph.caut.255. ad fin. Deci. in l.Et si nihil.nume.4. ff.de reg. iur.Mars.caus.crim.cons.90. nu. 24.in l.1.§.fin.sub num.71. ff.de quæst.in prat.§.Secunda.nu.29. in §. Opportunè.num.8. in §. Vltima. nu.14. & in §. Aggredior. in fin.& sing.72.per tot.Plot.omnino videndus, cons.52.nu. 13. & seq.qui dicit, quod absentia, & contumacia rei, debet suppleri per Dei præsentiam, si in aliquo iustam caussam habet:.per tex.& Doct.ibi in l.Properandũ. §.Cum autem.ibi litigatoris absentia suppletur C. de iudici.
26 Et etiam quod nemo compareat pro absente reo contumace,& citato,Iudex ex officio debet supplere quærendo si habet aliquam excusationem, vel innocen-

nocentiam. hæc Plot. vbi supra per tex. & scriben. in l. Si non defendatur. ff. de pœn.

27 Et licet ex forma statuti contumax habeatur pro confesso, tamen ad hoc vt valeat condemnatio, vltra contumaciam debet de ipso delicto constare per veras probationes, alias bannum non valere, sensere Spec. vbi Io. Andr. in addit. tit. de accusat. §. fin. columna nona, versicu. Sed pene. A. fuit accusatus. Marsil. latiss. in l. Vnic. num. 129. & 130. C. de rapt. virg. Corn. consil. 37. numero quarto. & consil. 159. numero primo, libro 1. vbi quod hoc statutũ generaliter loquẽs, non militat quando homicidiũ non probatur, nisi per fictam cõfessionem, idest contumaciam. & Plot. d. consi. 52. nume. 17. post Marsil. Fulg. & Comen. quos citat, firmat quod vt contumacia vigore statuti noceat, requiritur quod inquisitio formata sit legitimis indicijs præcedentibus: idque comprobat. Roland. cons. 31. nume. 13. & seq. libro primo, quod etiam concedit. Clar. in prat. §. fin. quæst. 44. nume. 10. In

28 processu autem isto contra Guidonem, nil aliud apparet nisi illius discessus die sequenti post delictum: & dato quod dubitasset carcerari, non per hoc discessus faceret inditium graue contra eum: vt post Boss. & alios admittit. Clar. in prat. §. fin. quæst. 21. nume. 13. Et nuda, & sola fuga non facit indicium, sed suspicionem inducit. Baiard. ad Clar. congerens multa, d. q. 21. nume. 71.

29 Et quantum uis statutum velit, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, nunq̃ operatur, quod contumax habeatur pro confesso, quo ad qualitates agrauantes delictum, sed requiritur quod aliter de eis constet, quàm per huiusmodi fictam confessionem: vt notabiliter tradit. Anch. consil. 408. numero quinto, quem refert, & sequitur. Ias. in l. Si duo patroni. §. Si quis vocauerit. nume. 9. ff. de iureiur. Arimin. ad Ang. de Malef. in ver. Qui dominus Iudex. nume. 38. Foller. in prat. crimin. in 4. par. 3. par. in ver. Confitentur. nume. 9. Carthar. de excusat. sent. contum. nu. 358. & seq. vbi cumulat multos contrariũ tenentes, sed hanc magis communem appellat; Præsertim cum qualitas ista pacis violatæ sit separata à delicto, & plenè poterat probari, aliter quàm per contumaciã. Ant. Columb. in tract. proceden. in controuer. crimin. artic. 152. relatus, & amplexus per Baiard. ad Clar. d. quæst. 44. num. 53. & 54.

Et cum certum sit, quod pax cum Achille solummodo facta fuerit à D. Capitaneo Antonio, ante tẽpus fuit prolata sententia de fractura pacis: Nam pendente termino assignato D. Capitaneo ad se defendendum, sententiando pacem fractam, vtique

vtique grauamẽ ipsi Capitaneo
intulit; & hanc declarationem
facere non poterat durante ter
30 mino supradicto. Quia exerci-
tium suæ iurisdictionis conten-
tiosæ non habebat ob assigna-
tionem termini pręfati; quapro-
pter sententia est nulla, si Bald.
stare velimus, in l. Cum antea.
sub nu. 8. C. de arbitr.

Cui connectetur, quod in sen
tentia ista cõtinetur, quod Gui-
do vna cum Francischino vulne
rauit Achillem, & stante con-
fessione qualificata Francischi-
ni, durante termino ad docen-
dum de ea, non poterat exprimi
in sententia, quod vna cum Frã-
cischino deliquerit Guido. Non
dissimile erit, quod subiungitur
in sententia, quod Guido mala
malis addendo, ne vnquam Frã-
cischinus in fortiam curiæ deue
nire posset, pęnes ædiculam illũ
vulnerauit in mãmilla, & bra-
chio; qnod totum contrarium le-
gitur in processu. Francischinus
etenim deponit in mãmilla fuis-
se ab Achille percussum, & in
brachio nescire à quo, & de istis
vulneribus nullus alius depo-
nit: quo fit, quod ista condem-
natoria sententia est contra in-
formationes assumptas, & con-
sequenter nulla, cum indubita-
31 bile sit, qđ libellus inquisitionis
est formãdus, & eliciẽdus ex ip-
sis informationibus desumptis,
vt docet Clar. diuersis ĩ locis in
prat. & p̃cipuè in q. 28. sub nu. 2.
Quinimmò ex ista sentẽtia ap
paret innocentia Capitanei An
tonij, & aliorum, quia magno co
natu fuit procuratum probare
in processu, quod sero illo fue-
rint exonerata tria archibusia,
& certum sit quod vnius exone-
rator fuit Francischinus, vti ipse
fatetur; aliorum verò fuere exo-
neratores Guido, & Antonius,
cum per sententiam de hoc fue-
rint condemnati: ex quo sequi-
tur indebita vexatio D. Capita-
nei, & aliorum: si enim habemus
delinquentes vanum est inqui-
rere contra alios.

Et ex hac sola sententia, ex
quo votum animi sui propalauit
D. Iudex, recusari potest vti su-
spectus. Aym. post Cep. cõs. 134.
sub nu. 2. & satis diximus supe-
rius per doctrinam. Menoch. &
Decian. Octaua iniustitia, quæ
potest sufficere ad recusandum
D. Iudicem erit; cum ex proces-
satis constaret apertè, quod D.
Capitaneus, & cęteri, tempore
perpetrati delicti essent in do-
mo, & in lecto, vt omnes de fami
lia ipsius D. Capitanei attestati
fuerant, & ne hoc etiam ab ex-
traneis comprobaretur, fuit pro
curatum processare Alexandrũ
qui dicto sero quasdam litteras
asportauerat D. Capitaneo, &
contra debitos terminos iuris
tentatũ fuit aufferre carceratis
hanc defensionem exclusiuã de-
licti: quam praticam diabolicã
32 appellat. Signo. cons. 163. nu. 5.
dicẽs esse plusq̃ diabolicũ, rela-
t⁹ p Clar. ĩ prat. §. fi. q. 45. n. 10. &

hæc oĩa fuerũt incorporata pro cessui, & copias soluerũt omnes carcerati, qui de litterarum asportatione nil sciebãt, qua propter non debebant grauari in solutione copię istius partis processus, in quo fuerunt etiam insertæ attestationes aliorum, etsi Fiscus aliquid prætendebat contra alios occasione istarum litterarum, erat separãdus processus, & illos solum grauare in solutione copiarum, & non cęteros, qui nullam partem habebant in hoc: & cum ex istis filiorum accumulationibus grauati fuerint indebitè, repetitio indebiti soluti eis concedenda
33 erit tot.tit. de soli.indeb. Verũ cum iudex teneatur obuiare illicitis extorsionibus, etsi ipse illas facit tenetur in Syndicatu tex.est in l.Illicitas.in prin.ff.de off. præsid. quem ad hoc citat Amod.de Synd. vers. Item in eo quod plures innocentes condẽnauit. num.160.in fin.& propterea D.Iudex qui consensit extorsionibus supradictis, vti suspectus recusari potest.

Nona iniustitia colligitur ex isto processu: fuerunt etenim D. Capitaneus Antonius, & alij in compedibus detenti, à quibus cum fideiussione de tuto carcere fuerunt liberati: sed cum aliqui ægrè ferrent, quod ipsi hac commoditate gauderent, procuratum fuit illos in compedibus iterum constringi, & fuit in uẽtum quoddam ridiculum alloquium inter ipsos carceratos habitum, ex quo dubitari fuit ostensum, quod fugam arripere, & carceres frangere procurarent: & super hoc tractatu, examinata fuit quædam Laura meretrix Baroncelli, quæ multa cõstruxit. At aduertendum velim, quod ex actitatis liquet, quod tempore prædicto cum Francischino die, noctuque in carceri-
34 bus semper permanserunt duo birruarij, quapropter si vera est doctrina. Bar. in l.fin. sub nu.2. ff.de quæst. laudata per Clar. in prat.§ fin.q.32.in prin. informationes sunt assumẽdę à verisimiliter informatis: qua de re, cum isti satellites stantes in eodem carcere, melius intellexissent prætensum alloquium, quàm facere nõ poterat Laura extra ea longius permanens; & nihilominus isti non fuerunt examinati, & tantummodo assertioni, & inuentioni vnius meretriculæ fuit
35 data opera. Et cum ex lectura depositionis ipsius Lauræ constet clarè, quod inuerisimilia testificata fuit, eius assertio erat reicienda. Zabar. in clem. ne Romani. in prin. de elect. facit tex. l.Si duo.in princ.ff.de iureiuran. & l.Ob carmen.§.fin. vbi doct.ff. de testib.c.Licet causam.de pro
36 bat. Et non verisimilibus Iudex fidem adhibere non debet. Anchar.cons.227. sub num.5. Dec. consil.506.in fin. Mars.in rub.C. de probat nu.108. Grammat. decis.28.circa prin.& decis.56. nu. 8.Ti-

8.Tiraq.in repet.l.Si vnquam in prin.sub num.39. C.de reuocau. donat.Et solebat dicere . Bal.in l.1. Sub nu.8.& in l. Quicunque in fin.C. de ser. fugit. quod longè à verisimile quędam est falsitatis imago: cuius dictum reasumpsit. Menoch.de arbitr. iud. cas.85.in princ. Et sicut instru-
37 mentum dicitur de falso suspectum,quando continet inuerisimilia. Panorm.consil.99. ad fin. lib.1.Aym.citatis alijs cons. 28. in princip. consil. 56. nume. 20. consil.73.nume.16.consil.75.nume.25. consil. 134. numer.36. & consil.171.num.6. Alex.de libro rationum.consil.84.nume.3.lib. 7.Ita quoque dicenda est suspecta de falso ista mulier, quæ attenta eius qualitate meretricia, de facili corrumpi potuit, & de
38 Iure contra testes deponentes inuerisimilia est præsumptio falsitatis. Panorm.per eum text.in capit. Quia verisimile. 2.not. de præsump. Ias. in l. Si extraneus. num.6.ff.de cond. ob caus. Dec. qui plura de verisimilitudine cumulat.consil.94.nume.secundo, consil. 100.sub nume.7. consilio 195.nume.3.consil.272.numero 10.consil.315.nume.8. & consil. 684.ad fin.Marsil.in priu.l.1.sub num.67.ff.de quęst.& caus.crim. cons.78.nu.31.cum seq.cons.84. num.2.consi.101.num.23. & seq. conf.109.nu.17.cum seq. & cõs. 117.nu.37.& seq. Grãmat.d.decis.28.in prin.Tiraq.in d.l.Si vnquã in princ.nu.45.Aym. cõs.28. in princ.cons.54. sub nume. 15. cons.75.num.20. cons. 94. num. 4.cons.115.nume. 12.cons.134. nu.36.cum seq.& cons. 171.nu. 6.Io.Mar. Bucellus inter consil. matrimon.diuers.consil. 70. vbi latiss.apost.nu.31.& 32. Ancha. consil. 331. sub nume. 2. Tantò magis cum illius depositio non solum sit inuerisimilis, sed etiã impossibilis; nam tot, & tanta dicit, quod si fuisset in carceribus cum eis, & calamum, & atramentum habuisset, non potuisset certè ea scribere, & si illi protulissent talia.

39 Decima iniustitia, quam põderat. Menoch. omninò videndus dict.consil. 94.nume. 18. & seq. vbi egregiè respondit, arguitur ex eo quod isti carcerati fuerunt vexati sub pretextu cuiusdam memorialis absque nomine,incerto auctore porrecto, super quibus prohibetur de iure inquiri, sicuti comprobat Menoch. vbi supra, cum vigore dicti memorialis processati fuerint,quod dicto sero D.Capitaneus,& alij carcerati secum haberent aliquos bãnitos in processu nominatos, de quorum bãno nullibi constat in actis,& tamen inter reos fuerunt constitu-
40 ti etiam pro isto capite delicti. Sed quia Iudici antequam procedat ad assumendas informationes, constare debet de delicto, quod omnes latrumculatores admittũt, & propterea opus erat producere illorũ condẽna-

toriaſ ſententias, quæ cum ſit facti permanentis, debebant regiſtrari in proceſſu, antequam vlterius procederetur: per tradita
41 à Clar. in prat. §. fin. q. 4. nu. 4. Eo quia quis banniri, & condēnari non poteſt, niſi per ſententiam, cum pœna regulariter niſi per ſententiam imponatur. Bal. in l. 1. in fin. C. d. ll. Alex. conſil. 103. nu. 16. & 17. lib. 1. & ad Bar. in l. Impator. in ver. Mox. ad fin. ff. de iur. Fiſc. Dec. in cap. 2. ſub num. 5. de reſcrip. gloſ. in c. Non ſolum. in ver. Sub pœna. de regular. in 6.
42 Et ſententia definitiua in ſcriptis proferri debet. c. Fin. de re iud. in 6. c. In primis. §. Deinde. 2. q. 1. & C. de ſtat. ex breui. recitan. per tot. Hoſtien. in ſum. tit. de ſent. §. Sequitur. in prin. quia ſententia, quæ ſine ſcriptis profertur, nomen ſententiæ non meretur. c. Legem in fin. 2. q. 1. & d. c. Fin. in princ. de re iud. in 6. Hocq; adeo verum eſt, quod ſcriptura recitationem præcedere debet: nec ſufficeret ſi iudex ſcribendo vnico contextu voce proferret. Gemin. in d. c. Fin. 2. & 3. not. Boer. deciſ. 259. num. 10.

Sed cum ea, quę de neceſsitate iuris requirunt ſcripturam, non poſsint probari per teſtes, ſecundum doctrinam Bal. in l. Teſtium. num. 3. C. de teſti. vbi refert Ricar. qui de hoc conſultus ita reſpondit; niſi probaretur ſcripturam eſſe ammiſſam, vt poſt multos comprobat Maſcard. de probat. concluſ. 809. num. 3. part. 2. per tex. c. Sicut. de ſent. & re iud. qui loquitur in ſententia quæ vt rata ſit, certum eſt ſcripturam requiri. Cū autē in caſu iſto non fuerit comprobatum, quod ſententia condemnatoria iſtorum prætenſorū bannitorum fuerit deperdita, non poterat bannum ipſorum p teſtes probari, & propterea cū non conſtiterit de banno, & cōſequenter de delicto, omnia ſuperinde ſequuta ſunt nulla, teſte Clar. in prat. §. Fin. q. 55. nu. 10. Et voluit Menoch. d. conſ. 94. ꝙ ex hoc ſolo quod Iudex proceſſerit per denunciationem ignoti denunciatoris, poſsit vti ſuſpectus recuſari.
45 Nec poteſt Fiſcus vim facere, quod Io. Baptiſta famulus D. Capitanei Antonij, vnus ex carceratis dicat, intellexiſſe iſtos eſſe bannitos; quia poſtquam non conſtat de delicto, confeſsio eſt nulla, vt citatis multis firmat. Clar. vbi proximè, & Hondad. in puncto. conſ. 89. num. 3. lib. 2. oſtendit qualis debeat eſſe ſciētia, & quod ad malum finem receptentur banniri, & multa ſcribit ad propoſitum.
46 Vltima iniuſtitia pariter cōſiderata à Menoch. d. conſil. 94. eſt, quod in proceſſu leguntur regiſtratæ litteræ quædam ſub nomine Guidonis, quæ non fuerunt recognitæ, & tamen reſolutum eſt, quod eis nulla erat præſtan-

ſtanda fides recognitione non facta. Nec minus apparet à quo exhibitæ fuerint, & quomodo ad manus D. Iudicis deuenerint. Ex quibus omnibus manifeſtiſsimis iniuſtitijs, inducebar ad pronunciandum quod D. Iudex vti ſuſpectus reuocandus eſſet.

47 Tertia cauſa principalis, ob quam Iudices tanquam ſuſpecti poſſunt recuſari, eſt inimicitia, quæ etiam in Iudice ex officio inquirente cadere poteſt; qui licet præſumatur motus, & coactus ex debito ſui officij, cum alias teneretur in ſyndicatu, vt probat tex. c. Ad hoc. & c. Propoſuit. de appellat. Nihilominus eruditisſimus Decian. in tract. crimin. tit. inimic. cauſ. nume. 60. affirmat, quod ex circumſtantijs etiam Iudex inquirendo poteſt argui inimicus: vt ſi contra aliquem vellet inquire re de vita, & moribus; vel ſuſcitare aliquod delictum longitudine temporis iam obliuioni mandatum; vel præter ordinem nimium rigoroſè procederet: his etenim caſibus, & ſimilibus dicit Decian. inimicitiam contrahi; ſtatim enim quod inſurgit indicium, quod iudex non coactus officio, ſed ex odio procedit, ſtatim inimicitia præſumitur, quæ nil aliud eſt, quàm odium ex iniuria conceptum: & ſatis dicitur Iudex iniuriam inferre, quotieſcunque ſalua conſcientia, & honore, & etiam præter timorem in ſyndicatu potuit vexationem, & inquiſitionem, omittere, & non omiſit. Dominus verò Iudex noſter non ſolum prætermiſit ea, quæ, ſaluo honore, poterat omittere, verum multa fecit, quæ non debebat, ſicuti ex ſuperius deductis comprobauimus; quo fit, vt non immeritò vti ſuſpectus recuſari poſſit.

48 Et prædicta procedunt non ſolum quando in effectu interuenerit inimicitia, ſed etiam quando adeſt præſumptiuè: vt puta quando Iudex habet iuſtã cauſſam inimicandi, vt in caſu noſtro, in quo D. Iudici fuit obiectum, quod indebitè vexauerit ſupradictos; quo in caſu poteſt ſuſpectus recuſari, et cauſam ſuſpicionis iuramento comprobari. ita Maſcard. de probat. concluſ. 951. nume. 17. parte ſecunda proſequitur. Graſſ. d. excep. 24. num. 12.

49 Quæ inimicitia ſufficiens eſt ad recuſandum Iudicem, etiam ſi non habeat initium veritatis, ſed allegans reputet Iudicem, vt inimicum. Innoc. in cap. Cum in ea. de re iudic. Viui. deciſio 363. numero tertio, par. 2. quos retulit, & ſequitur Graſſ. vbi ſupra. num. 28.

50 Nec requiritur ad effectũ repellendi Iudicem à iudicando, qđ inimicitia ſit capitalis, ſed ſufficit qualis qualis ſit, dummodo allegetur in ſpecie, & non in ge-

genere. Franc. in d. c. Postremò num.20. de appellat. Capic.decis.138.nu.32.Roland. conf. 16. num.4.lib.2. Viui. d.decis. 363. num.3.Graff. d.tract. excep. 24. num.24.

51 Quartò ĩ loco pro recusatione D. Iudicis considerabam, ꝙ ab omnibus recepta opinio semper fuit, quod leuior suspicio requiritur ad repellendum Iudicẽ à iudicando, quàm testem à testificando.glos. in c.Insinuante. & glos. 2. in c.Cum R. de off. de leg.Io. arno. pulchrè post alios. sing.18.Dec.in d.c.Postremò.nume.9.de appellat.Abb.in c.Cum venissent.nu.9. de iudic. Io. de amic.conf.74.num.11.Ias.in d.l. Apertissimi. C.de iud.Mascard. de probat. conclus.408. num.5. par.1. & conclus. 951. num. 18. par.2.Surd.conf.50.nu.21.Graff. de excep.24.nu.23. Conrad. de off. præt. tit. de excep. nu.9.

52 Et pro ratione assignant, ꝙ facilius inueniuntur plures Iudices,quàm vnus testis: propterea,quod Iudex sit suspect⁹, per iuramentum allegantis suspicionem,probari,fuit de mente glo. quam singularem ibi appellant omnes, in d.l.Apertissimi. C.de iud.comprobant Alex. & cæteri in l. Quia poterat. ff. ad Trebell.hoc idem notatur. in c. Cũ speciali.de appellat.Io.Andr. & doct. in c.2. de iuram.calum. in 6.Marf. in rub. C.de probat.nu. 157. prosequitur latè Mascard. de probat.conclus.951. per tot. part.2.Graff. vbi supra.

53 Vnde cum carcerati suspectũ habere affirment D.Iudicem, & causæ Notarium cũ parui præiudicij sit dare suspectum Iudicem.secundum Anch. conf.263. in prin. Ideo iuri, & æquitati congruit, vt eorum iuramento sit standum, præcipuè cum causam suspicionis allegatam,comprobent ex ijsdem actis, sicuti de iure canonico, necessarium esse ostendit Mascard.vbi supra.

54 Quintò,& vltimò,vt eiusdem Menoch. d.conf.94.nu.12. Fundamento,& verbis vtamur, Admisso, vt D. Iudex vti suspectus recusari non possit,negari tamẽ non potest,quin ob iustam suspicionis caussam de honestate Iudices alij non suspecti dari debeant. glos. in c.Nullum.2. q.5. quam commendat Roman. cõs. 521.in fin.similis glos.in c.A collatione.de appellat.in 6. ibique Gemin. & Anch. Periculosum namque est coram Iudice suspecto litigare. c.Cum inter.de excep. d.l.Apertissimi. C. de iud. vbi glos.in ver. libello.

55 Eo quia ratio ipsa dictat, vt suspecti, & inimici, Iudices esse non debeant. c.Secundò requiris. de appell. c. Quod suspecti. 3.q.5. & durum, & periculosum esse,per suspectos negocia geri, scribit Aym.conf.132.in fin.

56 Cumque vna causa sufficere possit ad repellendum D. Iudicem

cem à munere hoc iudicandi, vt sentit Menoch. in sæpè citato cons. 94. nu. 12. in fin. quæ etiã si modica esset, sat esse tradit Calder. cons. 7. tit. de appellat.

57 Ea potissimum ratione, vt lites sine suspicione procedant, Iudices enim, & Notarij, qui debent examinare testes, suspicione carere debent. glos. est singularis. in autent. de trient. & semiss. §. Et quod sæpè. in ver. artifices. quam sequutus fuit Lanfranc. ab Ariad. de interd. app. vers. Dubitatur nunquid. nu. 22.

58 Et ex hoc solo quod D. Capitaneus Antonius, & cæteri recusant D. Iudicem, insurgit sufficiens caussa illũ repellendi, cũ incredibile sit, quod alteratus non fuerit. Solent nempè communiter Iudices indignari, cum suspecti allegantur, seu suspicionis caussæ contra eos adducuntur. prout supponit tex. c. Suspicionis. de off. deleg. ibique glos. in ver. Forsan prouocatus. & per d. text. Mandos. in prat. com. caus. tit. com. deput. adiunct.

59 vers. Quas hic consulto. Si enim vti suspectus recusari potest Iudex, qui procurauit sibi caussã cõmitti. Spec. tit. de iud. de leg. §. Superest. vers. Item si ipse. Marant. in prat. part. 6. act. 2. nu. 60. Graff. de excep. 24. nu. 58. ita & pariter, qui conantur totis viri-

60 bus non ammoueri; vti fecit D. Iudex noster, quod iniquissimi iudicis, & pessimè mentis signũ est, velle de hominis caussa cognoscere, qui illum suspectum habeat, & si legitimas non allegaret suspicionis causas: vt tradit Tranquill. Ambrosinus consanguineus meus, in tract. de mod. forman. process. in for. li. 2. c. 7. nu. 20. vbi attestatur vidisse valde damnari quosdã Iudices, qui putantes sibi iniuriam fieri cum suspecti allegabantur, omnem mouebant lapidem, ne à caussæ cognitione summouerentur: quod non faciunt Iudices docti, boni, & Deum timentes; cui Ambrosino credendum erit, postquam toto tempore vitæ suæ in Curia Romana versatus fuit, & in materijs criminalibus adeo edoctus, vt si tam intempestiuè non obijsset, inter primarios huius professionis connumerari posset.

61 Ac etiam in casu nostro D. Iudex alterationem animi sui cum D. Capitaneo Antonio ostẽdit: nam cum iuerit in carceribus, vbi custoditur, ab eo salutatus non resalutauit, sicuti erat solitus: vnde præsumitur inimicus, & propterea potest recusari. ita glos. in c. Adrianus. 63. dist. quam refert Mascard. d. cõclus. 951. num. 17. in fin. & Aufrer. de recusat. num. 28.

62 Nec me mouere potuit, quod isti carcerati fuerunt in caussa istius recusationis; quapropter inimicitia processit ab eis; ideo non repellere D. Iudicem: Quia huic motiuo satisfacit optimè Rolan. cons. 24. nu. 46. lib. 1. qui

in

in specie respondit, quod Iudex suspectus potest recusari non attento, an caussa suspicionis prouenerit ab ipso, vel à parte, quæ eum allegat suspectum, & citat Anch. & Mars. Ex quibus omnibus decidendum duxi D. Iudicem esse remouendum, vt tuto, & placato animo caraerati stare possint, ne à suspecto iudice caussa illorum pertractetur in re tam graui, in qua agitur de bonis, vita, & honore.

LAVS DEO.

Alex. Ambrosinus Vic. Gen.

FINIS.



I N-

INDEX

VERBORVM, RERVM, & Sententiarum insignium

In his Decisionibus contentorum, locupletissimus, ac diligenter secundum Alphabeticum ordinem digestus:

Cuius primus numerus Decisionum, secundus Decisionis, cuiusque numerum indicat:

A



Bsurditas euitanda in omni materia. Decis. 45. num. 20.

Accessorium non valet, quando principale non valet. decis. 40. num. 23.

Actio omnis tollitur præscriptione quadragenaria. decis. 27. nu. 6.

Actio ad dotem recuperandam perpetua, quæ nihilominus spatio triginta annorum præscribitur. decis. 27. num. 13.

Actio ex vēdito nō datur contra promittentem vendere. decis. 34. nu. 3.

Actiones præscriptis verbis, vel ex vēdito perpetuo competere. decis. 27. num. 1. quod declaratur. nu. 12.

Actus, seu contractus talis præsumitur, qualem partes denominant, & ex tenore verborum dignoscitur contractus, cum verba sint forma contractus. decis. 29. num. 9.

Actus humani à voluntate, & potestate dependent, & in quocunque actu requiritur voluntas, & potestas.

Quia sine voluntate, nihil ad finem perducitur, & sine potestate, nihil est reducibile. decis. 30. nume. 1. & decis. 41. num. 7.

Actus primordialis natura illa esse dicitur, quæ à propria eius specie iuxta legis constitutionem prouenit. decis. 41. num. 25.

Vbi exemplificatur in donatione, quę per superuenientiam liberorum reuocatur; Et in euictione, quæ ex natura cōtractus emptionis prouenit.

Actus accidentalis natura, illa dicitur cum quid rei, vel actui contingit præter legis constitutionem hominis facto. decis. 41. nu. 26.

Actu principali remoto, tollitur, & iuramentum ad eius corroborationem adhibitum; & quarę: decis. 41. numero 35.

Actus correspectiui effectus enarrantur. decis. 45. num. 4.

Actus correspectiui, licet sint plures virtualiter, tamen pro vno reputantur.

Et propterea diuerso Iure censeri non debent. decis. 45. num. 6.

Actus agentium non debent operari ul tra

tra intentionem.decis. 45.num.18.
Agnationis construandæ fauor non consideratur, nisi in casu ordinato à testatore. decis.44.num.11.
Animus redeundi qui habet, dicitur esse in loco fictè, & non verè.decis. 49.num.20.
Animus reuertendi in homine aliter declaratur quàm in animali. decis. 49.num.12.
Arbitratores non possunt statim post compromissum laudare, quia videretur pronunciatum sine caussæ cognitione.decis.40. nu. 10.
Argumentum à matrimonio temporali,ad spirituale valere, demonstratur.decis.30.num.6.sed declaratur nume.28.
Argumentum à contrario sensu in feudalibus quomodo procedat, decis. 46.num.16.
Asserenti incumbit onus probandi.decis.34.num. 35.
Assertio sponsæ,quod fuerit deflorata multum facit,ex quo delicta carnis sunt difficilis probationis. decis.34. num.19.
Assertio sponsæ vna cum aliis coniecturis probat deflorationem . decis. 34. num.20.
Assertio vulnerati etiam in mortis articulo non facit indicium,nisi ad capturam.decis.50.nu.11.

B

Bannitus an aliquis sit,debet constare per sententiam. decis.50. num.41.
Bannitorum receptatores, vt puniantur,quæ requiruntur. decis.50.numero 45.
Benefacere nemo cogitur inuitus. decis.30.num. 14.
Beneficiarius similis est fideicommissario, & propterea fructus vltimi anni diuidendi sunt, sicuti inter hæredes grauati,& cum cui est restituendum; & quomodo procedat. decis.42.nu. 18.
Beneficij fundatoris voluntas est seruanda,ne retrahantur homines ab ædificatione Ecclesiarum. decis.43.nume. 6.
Bona fides in dubio præsumitur. decis. 28. num. 16.
Bonæ fidei possessor melioramenta consequi debet.decis.28.nu.23.
Bona fides ad summum exigitur inter mercatores. decis.35.nu.12.

C

Caducitas,quæ causatur per lapsum temporis,dicitur iniqua, et odiosa; Et quare decis.36. num.2.
Caducitas causata per lapsum temporis est restringenda, & euitanda quantum potest; Quia præsidium temporis est impium. decis. 36. nume. 2.
Cambij contractus, dicitur contractus emptionis,& venditionis, vel saltē similis.decis.35.nu.5.
Cambium propriè contrahitur,& non emptionis, & venditionis contractus,quando pecunia argentea pro aurea datur.decis.35. nu.10.
Cambiorum natura est, vt liceat redire ad pristinam actionem; & redditur ratio.decis.35.nu.11.
Cambium dicitur contractus innomi-
na-

natus, in quibus datur conditio ob caussam, caussa nõ sequuta, et potest ille qui impleuit, contra non implẽtem agere conditione ob caussam, vt reddatur quod datum fuit. decis. 35. num. 13.
Cambium differt à venditione, & emptione, & demonstratur quãdo emptionis, & venditionis contractus celebretur, quando permutationis, & quando cambij. decis. 35. nu. 39.
Canonico iure usura, etiã modica, prohibetur. decis. 32. nu. 16.
Carceris effractor non dicitur exiens è carceribus animo redeundi, praesertim si statim reuertatur. decis. 49. num. 6.
Carceratus non praesumitur habuisse animum redeundi, nisi alleget caussam ex qua motus fuit ad discedendum, & debet esse iusta, & rationabilis, quia alias pro temeritate est puniendus. decis. 49. nu. 13.
Caussa rationabilis soluendi sponsalia est fornicatio. decis. 34. nu. 7.
Caussa iusta recedendi à sponsalibus, licet iudicis arbitrio relinquatur, tamen arbitrium debet esse iuri consonum, & exemplificatur, quae sit caussa rationabilis. decis. 34. nu. 14.
Caussam non adducens recedendi à spõsalibus dicitur fateri nullam habere. decis. 34. nu. 15.
Caussa quaelibet etiam bestialis, & temeraria excusat à dolo. decis. 36. nume. 13.
Caussa minor requiritur in recusando iudicem delegatum, quàm ordinarium. Ratioque assignatur. decis. 50. num. 1.
Caussae recusationis iudicis reducantur ad caussam causatã, & caussam causantem, & quae sint declarantur. decis. 50. num. 2.
Caussae quae faciũt iudicem suspectum ad tres principaliores reducuntur: & quae sint. decis. 50. nu. 3.
Citatus, si sua putauerit interesse, non comparendo non dicitur contumax, & sententia contra ita citatum lata non afficit. decis. 28. nu. 25.
Ciuilitas concessa filijs, intelligitur de legitimis, & naturalibus, & non de naturalibus tantum. decis. 33. nume. 20.
Clausula appellatione remota prohibet appellationem, tam ad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum, praesertim in causa spolij. decis. 28. nume. 2.
Clausulae codicillaris effectus est, vt sustineatur testamentum nullum ob praeteritionem filij, ita quod haeres, qui succedit ab intestato, censeatur, rogatus restituere haereditatem per fideicommissum haeredi scripto, & est communis. decis. 38. nu. 1. Sed videndum. num. 21.
Clausula codicillaris operatur circa formam, & solemnitatem testamenti, sed non circa substantiam, vt reddatur valida quando repugnat legibus. decis. 38. nu. 21.
Clausula, & omni meliori modo, importat specialem derogationem, praesertim ob copulam; Et quae omnes modos comprehendit. decis. 41. nu. 36.
Clausula, Et omni meliori modo. non restringit dispositionem ad specifica ta. decis. 41. nu. 40.
Clausula codicillaris operatur, vt substitutus succedat, licet haeres institutus

tutus præmortuus sit testatori. decis.44.num.22.
Clausulæ omnino, & in omnibus, efficacia. decis.45.num.9.
Clerici controuenientes statuto Laycali commune bonum continente, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem damni dati. decis. 39. nu.2. Quod declaratur nu.29.
Clerici, sicuti in spiritualibus tenentur iura Pontificia seruare, ita in temporalibus à ciuilibus sanctionibus discedere non debent. decis. 39. num.4.
Sed declaratur nu.14.15.29. & 30.
Clerici dicuntur ciues, & veniunt appellatione ciuium. decis.39.nu.5.
Clerici ligantur iure ciuili Romanorũ quatenus iustum, & Canonibus non contrarium; quia tali casu recipitur à Sum. Pontifice. decis.36.nu.6.
Sed videatur num.34.
Clerici sunt penitus exempti à iurisdictione Laycali, quæ exemptio est de iure Diuino, & licet Summi Pontifices sanciuerint circa hanc exemptionem.
Constitutiones Pontificiæ sunt declaratiuæ, & non dispositiuæ, vel inductiuæ. decis.39.nu.13.
Clerici, transgressores constitutionis Laycalis pro communi bono æditæ, sunt puniendi per ecclesiasticos Iudices. decis.39. nu.30.
Clerici, transgressores statuti Laycalis non puniuntur pena statuti, sed alia arbitraria. decis.39.nu.31.
Clericus in vita æquiparatur vsufructuario; sed cum incipit in firmari, comparatur vsuario; ideo in morte non potest disponere, & de fructibus beneficij non plus percipit, quã exigat necessitas vsus. decis. 42. nume.1.
Clericus decedens intestatus nõ transmittit fructus beneficij ad hæredes sanguinis, sed spectant ad successorem: & licet quærant doctores, an possit Clericus disponere de fructibus beneficij? intelligendi sunt, si Clericus testatur; quia intestatus decendo sibi imputet. decis.42.nu.5.
Clerici omnes, Episcopis inferiores ex generali consuetudine Ecclesiæ, testantur, & in vltima voluntate distribuunt bona, quæ ex redditibus Ecclesiarum adepta sunt, atque in eisdem intestati decedentes, successores habent parentes.
Et hæc testandi facultas cum Clericis iure humano fuerit interdicta, potuit per consuetudinem huic iuri positiuo derogari, & consuetudo ista valet. decis.42.nu.9.
Clerici non benè vocantur vsufructuarij, & vsuarij, eo quia maior est clericorum facultas, quam vsuariorũ, & minor vsufructuariorum. decis. 42. num.15.
Clerici malè dispensando fructus beneficij peccant, sed distributa non reuocantur. decis.42. nu.16.
Clericorum hæredes stante compositione cum R. Camera, debẽt solummodo sumministrare successori alimenta, vsque ad nouos fructus, arbitrio boni viri. decis.42. num.19.
Compositio facta à Clero cum R. Camera super spolys, efficit, vt hæres beneficiarij præmortui succedat in locum Cameræ. decis.42.nu.12.
Compromittere quis non potest pro

alio absque speciali mandato. decis. 40. num. 6.

Nec coniunctus pro coniuncto admittitur, etiam cum promissione de rato. ibidem.

Compromissum non valet de re, super qua lis non sit, nec esse speratur. decis. 40. num. 9.

Conditio impeditiua vitæ contemplatiuæ non valet, & habetur pro non scripta. decis. 30. nu. 3.

Quod declaratur. num. 26. & 27.

Conditio impeditiua nuptiarum temporalium reijcitur, etiam cõtra expressam testatoris voluntatem, tanquam impeditiua bonum commune. decis. 30. num. 5. Sed vide nume. 28. & 29.

Conditio inuitatiua ad relinquendum Religionem, est turpis, & contra bonos mores, & de iure improbata. decis. 38. num. 17.

Quæ non reijcitur, sed vitiat institutionem. ibidem. nume. 18.

Conditio apposita substitutioni factæ, hæredibus si decesserint sine filijs, est penitus voluntaria, & non necessaria ad vulgarem, quæ solum concipitur in casum voluntatis, vel impotentiæ. decis. 44. nu. 8. vbi refertur effectus dictæ conditionis.

Conductionis, & locationis contractus est in vtriusque partis commodum, & propterea non tenetur conductor, nisi de dolo lata, & leui culpa, non autem de leuissima. decis. 48. nume. 17.

Conductor domus tenetur de incendio lata, vel leui culpa commisso. decis. 48. num. 16. & 18.

Confessio dubia declaratur per aliam factam ex interuallo, si facta sit in eadem scriptura. decis. 33. numero 3.

Confessio extraiudicialis facit plenam probationem de iure Canonico, etiam absente parte, & non acceptante facta.

Et procedit ne dum inter clericos, sed etiam inter Laycos subiectos quoad temporalem iurisdictionem Ecclesiæ. decis. 34. nu. 23.

Confessio extraiudicialis probatur per testes singulares, quia est actus reiterabilis. decis. 34. nu. 24. & 25.

Confessio delicti cum qualitate defensionis solet pro pura reputari, sed potest quandocunque qualitas ista probari. decis. 50. nu. 9.

Consuetudo derogat iuri positiuo. decis. 30. num. 3.

Constitutus in dignitate, quis dicatur latè demonstratur. decis. 33. nu. 7.

Consuetudo testandi Clericis concessa de fructibus beneficij est generalis. decis. 42. num. 11.

Consuetudo facit de illicito licitum. decis. 42. nu. 11.

Contractus quod vendita re fructifera pro fructibus aliquid præstetur singulo anno, donec deseruiet solutio, iustificatur ex eo quod fructus sunt separati, & distincti a dominio rei, & translato dominio possunt reseruari fructus. decis. 32. num. 8.

Contractus in dubio præsumitur licitus, non vsurarius, præcipuè in foro contentioso; licet secus in foro conscientiæ. decis. 32. nu. 9.

Contractum esse fœneratitium, quando pro dilatione data ad soluendum

interim aliquid percipitur multi voluere, non obstante sancita in L. Curabit.quæ non procedit facta taxatione pretij. decis. 32. numero 19.

Contractus innominatus eius est naturæ,quod etsi ex vtraque parte fuerit impletum, & vni parti fuerit euicta res data,potest agi condictione ob caussam ad recuperandum, quod datum est. decis. 35. numero 14.

Coquus, Macellarius,& portarum custos,nomine officialis veniunt.decis. 48. num.7.

Couar. reprobatur dum lib.3. var. resol.voluit,quod translato dominio, magis liceat percipere aliquid ratione fructuum rei venditæ,& non solutæ. decis.32.nu.22.

Credere quis non tenetur simpliciter nuncianti,quia aliàs esset nimis credulus,quod esse quis non debet. decis.28.num.18.

Culpa quando præcedit casum quis tenetur de casu postea sequuto. decis. 47.num.5.

Culpa præsumpta quod incendium per habitantes fuerit commissum,facit fundatam esse locatoris intentionē, vt agere possit ad interesse damni passi. decis.48. num.3.

Cuius contrarium. num. 24.

Culpa,quæ famulo adscribi potest,adscribitur domino, qui opera famuli vsus fuit, ex quo debebat explorare,& nouisse famuli conditionem, & in memoriam habere, quod non solum sui tantum, sed etiam serui rationem reddere debet. decis. 48. num.5.

Sed declaratur. num.29.

Culpa præsumpta quod incendium domus ab habitantibus fuerit commissum,dicitur leuis,& perpenduntur tex.l.3.§.1. ff.de off. præfect.vigil. & l.Si vendita.ff.de peric. & commod. rei vend. decis. 48. numero 11.

Sed contrarium. nume. 33.

Culpa in committendo non excusat,licet aliquando in ommittendo commissa, excuset Et quando dicatur culpa in committendo.decis.48.nume.12.

Culposus dicitur is, qui vtitur re ad vsum non destinatum. decis. 48. num.13.

Culpa in dubio non præsumitur. decis. 48. num.15.

Culpa latè sumpta est deuiatio ab eo quod bonum est,quodque per hominis diligentiam potuit præuideri. Et declaratur, quæ sit lata culpa, quæ leuis, quæ leuissima, & qui casus fortuitus. decis.48. num.18.

Culpam non committit is, qui vtitur opera periti in arte, præcipuè si in eius exercitio non fuerit solitus,operando delinquere. decis. 48. numero 19.

Culpæ non adscribitur casus insolitus. decis.48.num.21.

Culposus non dicitur, qui retinet ignē in domo,cum sit de quatuor elementis, sine quibus viuere non possumus. Nisi ignis esset re,loco,& tēpore ingens, & vrgens. Et quomodo tali modo esse possit demonstratur. decis.48. num.22.

Culpam non committit, qui solita, & consueta facit. decis.48. nu.23.

Cul-

Culpa intendij, quæ præsumitur contra habitantes, dicitur leuissima, et non leuis, secundum crebriorem sententiam reprobata. Bald. opinione. decis. 48. num. 33.

D

D*Amnum causatum à lege non consideratur. decis. 26. nu. 27.*

Damnum quod venit in consequentiã, & secundariò, & non principaliter, non attenditur. decis. 26. numero 28.

Debitores non adeo sumus fauorabilibus personis, et caussis, vt alijs iniustitia committatur. decis. 30. nume. 22.

Delegatio, tanquam odiosa, & extraordinaria, est restringenda, & non amplianda. decis. 50. num. 22.

Determinatio plurium, quanquam debeat æqualiter determinare, tamen vnum determinabile nunquam determinat alterum. decis. 45. numero 30.

Determinatio plurium æqualis esse debet, & ea debet fieri interpretatio, quæ omnibus pariformiter conuenit. Etiam si alterum ex determinatis sit altero fauorabilibus. decis. 45. num. 3.

Sed quomodo procedat, declaratur. num. 28. & seq.

Dictio tunc, & eo casu, est restrictiua, & limitatiua, & extremitatem tẽporis denotans.

Præcipuè iunctis verbis, sic vt supra, quæ sunt illatiua, & repetitionem inducunt strictè ad casum præcedentem. decis. 44. num. 7.

Quod declaratur. nu. 30. & 31.

Dictio tunc, & eo casu, in substitutione vulgari nihil releuat pro exclusione similis casus, qui euenit. decis. 44. num. 30.

Dictiones tunc, & eo casu, non obstant fideicõmissis ordinatis fauore agnationis conseruandæ. decis. 44. numero 31.

Dictio, quandocunq;, perpetuat actionem, & commemorantur doctores, hanc sententiam tenentes. decis. 27. nume. 2.

Sed videndum num. 12. & 14.

Dictio quandocunque in substitutione importat compendiosam, sub qua continetur vulgaris.

Nihilominus dictio, quandocunque, restringitur ex verisimili voluntate testatoris, ita vt verbis, & mente testatoris repugnantibus, impossibile est, quod compendiosa sub se contineat vulgarem. decis. 44. nume. 10.

Dictio, adinuicem, & vicissim, quid importat. decis. 45. num. 5.

Dictionis, omnino, & in omnibus, & per omnia efficacia. decis. 45. numero 9.

Dictiones, donec, et quousque, suspensiuè sunt. decis. 46. nu. 7.

Et in statuto exclusiuo fœminarum appositæ, an dicantur appositæ fauore masculorum, vel fœminarum, demonstratur ibidem.

Dictiones, donec, & quousque, denotãt limitationem temporis, & multa de dictionibus istis. decis. 46. nu. 10.

Dictio, plerunque, regulam constituit. decis. 48. num. 2.

Diligens, & vigil, qui in præteritum

fuit, talis semper præsumitur, ideo in eo nulla est referenda culpa, Nisi negligentiæ indicia ostendantur. decis. 48. num. 20.

Discedens è domo pro carcere assignata rationabili de caussa; si redierit, non dicitur animo fugiendi discessisse. decis. 49. nu. 7.

Discedens è carcere, & rediens, licet non dicatur carceris effractor, punitur tamen pœna conuentionali de non discedendo. decis. 49. numero 21.

Dispositio patris in vltima voluntate non sortitur effectum, nisi post mortem, quo tempore ius quæritur descendentibus. decis. 29. numero 20.

Dispositio omnis restringitur ad suam caußam finalem. decis. 45. numero 23.

Doctores, qui dixerunt filiam exclusam per statutum non facere partem, quomodo intelligantur. decis. 26. num. 29.

Doctores, qui voluere, quod filia, cui legatum fuit mille si nupserit, & quadringenta si monialis efficiatur, debeat habere mille in casu, quo monialis efficiatur, quomodo intelligendi. decis. 30. nu. 30.

Dolus vbicunque dat caußam contractui illum vitiat ipso iure. decis. 35. num. 10.

Dolus impedit translationem dominij. decis. 35. nu. 34.

Dolus in dubio non præsumitur. decis. 36. num. 7.

Dominium non transfertur sine caussa habili, & titulo legitimo, & non sufficit sola traditio. decis. 35. numero 25.

Dominium non trãsfertur in cambijs, nisi vtraque parte implente: Et in cambijs non emitur credito, nec habetur fides de pretio. decis. 35. nume. 30.

Dominium pecuniarum depositarum non transfertur, & in re deposita, præfertur deponens omnibus. decis. 35. num. 36.

Dominus tenetur de facto famuli, qui deliquit in officio, cui dominus eum præposuit. decis. 48. nu. 4.

Sed declaratur numero 25. & sequenti.

Dominus tenetur pro facto sui famuli, si famulus sit vilis conditionis, & famæ. decis. 48. nu. 8.

Sed videatur. num. 30.

Dominus tenetur de incendio commisso à suis famulis, secundum Imol. in l. Domos. ff. de leg. 1. decis. 48. numero 9. Quod reprobatur. numero 31.

Dominus regulariter non tenetur pro facto famuli, eo quia præsumitur ignorare, quæ à famulo geruntur. decis. 48. nu. 25.

Dominus non tenetur pro facto famuli, quando prohibere non potuit. decis. 48. num. 26.

Dominus tenetur pro facto famuli quotiescunque ex facto illo commodum consequitur, aliàs secus. decis. 48. nume. 28.

Dominus pro facto famuli exercitio præpositi tenetur, si expressè præposuerit officio publico, & non priuato; & quare. decis. 48. numero 29.

Dominus tenetur pro facto famuli improbi,

probi, & malæ vitæ, & non si simpliciter sit vilis. decis. 48. numero 30.

Dominus tenetur de incendio commisso à famulo, dedita opera; secus si casu fortuito. decis. 48. nu. 32.

Donatio caussa mortis dicitur, quotiescumque donans magis respicit personæ suæ quam donatarij. decis. 29. nume. 4. & decis. 41. nu. 10.

Donatio caussa mortis vltimæ voluntati comparatur, quoad efficaciam, & effectum. decis. 29. nu. 5. & decis. 41. nu. 15.

Donatio inter viuos dicitur, si donans dicat se titulo donationis inter viuos donare. decis. 29. nu. 9.

Donatio irreuocabilis, etiam si esset facta causa mortis, transit in donationem inter viuos. decis. 29. nu. 10.

Quia qualitas irreuocabilitatis repugnat donationi caussa mortis, & est illi incompatibilis, maximè si qualitas irreuocabilitatis ponatur à principio in verbis substantialibus ipsius contractus. ibidem.

Donatio remuneratoria, seu compensatoria non est propria, & mera donatio. decis. 29. nu. 16.

Vnde personæ prohibitæ donare, possunt nihilominus caussa remunerationis donare, & referuntur multi casus ibidem.

Donationem inter viuos prohibendi ratio non est eadem, quæ est in vltima voluntate, & differentia datur. decis. 29. nu. 15.

Donatio patris inter viuos facta vxori transfert in eam dominium bonorum donatorum, in quibus tunc temporis filius nullum ius habet, nec spem probabilem, nec vltra legitimam, nec in legitima, & filius viuente patre nullo pacto disponere potest de bonis paternis. decis. 29. num. 19.

Donationis effectus collatus post mortem non facit, quod donatio dicatur caussa mortis. decis. 29. nume. 21.

Donatio caussa mortis dicitur quando mortis mentio facta fuerit, & collata sit in tempus mortis. decis. 41. num. 1. Quod declaratur. nume. 10.

Donatio caussa mortis facta à patre filio valet, eo quia cessat impedimentum patriæ potestatis, per quam impeditur donatio, & redditur ratio. decis. 41. num. 2.

Donatio inter patrem, & filium confirmatur iuramento, secundum communem sententiam, & in pratica reputaretur fatuus Aduocatus, qui hanc opinionem in disceptationem deduceret. decis. 41. nume. 3.

Donatio inualida, vel caussa mortis, confirmatur per testamentum, & hæredis institutionem; Et quare. decis. 41. nu. 4. Sed videndum. nume. 23. & seq.

Donationi iuratæ censetur inserta clausula derogatoria sequentis, vnde nō reuocatur per testamentum. decis. 41. num. 5.

Verum declaratur. num. 12. & 27. cum seq.

Donationi, seu cuiusuis dispositioni, quando fuit appositum iuramentum, semper est necessaria expressa mentio iuramenti,

vt reuocetur, nec sufficit clausula irritans, cassans, et annullans, decis. 41. num. 6.
Sed declaratur, num. 31. & seq.
Donatio, vt reuocetur oportet mentionem facere in reuocatione de tenore totius qualitatis donationis quæ reuocatur. decis. 41. num. 8.
Sed videatur nume. 16. & seq. & nume. 38.
Donationem non reuocans, præsumitur noluisse reuocare. decis. 41. nume. 9.
Donatio simpliciter facta caussa mortis, dicitur etiam si donans promittat cum iuramento donationem obseruare, & non contrauenire Quia iuramentum intelligitur secundum naturam actus, quando verba non repugnant: & satis obseruat qui facit ea, quæ secundum naturã actus facere potest. decis. 41. nu. 12.
Donationis simplicis caussa mortis, & sine aliquo pacto, effectus enarrantur. decis. 41. nu. 11.
Donatio à patre facta filio dicitur profectitia, & potest reuocari tacitè, & expressè. decis. 41. nu. 13.
Donatio facta à patre filio, censetur reuocata, quotiescunque de re donata aliter disponit. decis. 41. num. 14.
Donatio caussa mortis reuocatur per fideicommissum generale inductum à donatore. decis. 41. nu. 16.
Donatio reuocatur per fideicommissum generale, etiam si de ea expressa non sit facta mentio. decis. 41. num. 19.
Donatio facta à patre filio, est censenda reuocata ratione æqualitatis seruandæ inter filios. decis. 41. nu. 22.
Donatio quomodo reuocetur per testamentum, plenè declaratur. decis. 41. num. 23.
Donationis caussa mortis primordialis natura est, vt ad libitum donatoris reuocetur. decis. 41. nu. 24.
Donatio cui appositum sit iuramentũ de attendendo, alteratur, & in reuocatione requiritur specialis mentio iuramenti ad validitatem illius reuocationis. decis. 41. nu. 31.
Donatio caussa mortis reuocabilis est, nec transit in donationem inter viuos. Etiam si donator simpliciter iurauerit, dummodo non promiserit non reuocare, quia iuramentum simpliciter præstitum sequitur naturam actus. decis. 41. nu. 34.
Donationis requiritur specialis mentio in reuocatione, quotiescunque donatio fuit alterata, & non in simplici donatione. decis. 41. nu. 38.
Donatio caussa mortis reuocatur p testamentum quando testator mandat testamentum omninò valere, et multa de virtute dictionis, omninò. decis. 41. nu. 39.
Dos non est loco legitimæ, & in eius locum non succedit. decis. 26. num. 10. Cuius contrarium nu. 30. & 31.
Dos filiabus data in computatione legitimæ detrahitur tanquam æs alienum ex toto corpore hæreditatis. decis. 26. nu. 26.

E

Ecclesiæ fauore in dubio pronunciandum. decis. 39. nu. 22.
Ecclesia quæ est cultrix iustitiæ, nunquam testatoris voluntatem peruertit

uertit ad sui commodum. decis.30. num.21.
Aedificās in re, quam sciebat esse alienam donare videtur. decis.28. nume.4.
Aedificās in re, quam sciebat esse fidei commisso obnoxiam, non repetit meliorамenta. decis.28.nu.6.
Aequitas l.Curabit.de act.emp. nō permittit, quod emptor fruatur re, & pretio.
Et propterea licet pacisci, quod donec soluatur pretium, quid soluatur venditori, ratione pretij non soluti. decis.32.nu.1.
AEquitas attenditur inter mercatores, quæ de iure Canonico facit omnes contractus bonæ fidei. decis.35. num.17.
AEqualitas inter filios semper seruāda decis.33.num.6.& decis.41.nume.20.
Emphyteuta iure suo priuatur, si intra duos menses à die contractus acquisitionis emphyteusis non petierit inuestituram. decis.36.nu.1.
Emphyteuta non priuatur iure suo ob non petitam inuestituram, nisi dolo, & in contemptum domini neglexerit petere. decis.36.nu.5.
Emphyteuta, qui in acquisitione recusauit dominium directè domini, non dicitur dolosè egisse. decis.36.nu.6.
Emphyteuta iure suo non priuatur ipso iure ob non petitam inuestituram, sed requiritur sententia, & debet citari ad dicēdum caussam, quare non petierit inuestituram. decis. 36.num.8.
Emphyteuta, si antequam in ius vocetur, petat inuestituram, purgat moram. decis.36.nu.9.
Emphyteuta ex quacunque caussa admittitur ad moræ purgationem, etsi elapso termino legitimo intra modicum temporis arbitrio iudicis, petat inuestituram, perinde est, ac si intra tempus debitum petijsset. decis.36. num.10.
Emphyteutā habere annum, & diem ad petendam inuestituram, multi voluere. decis.36. num.12.
Emphyteuta qui intra bimestre non petijt inuestituram, excusandus ob auctoritatem multorum, dicentium habere annum, & diem. decis. 36. num.12.
Emptor cum pacto retrouendendi in nihilo tenetur, ideo non peccat non retrouendendo irrequisitus; & propterea præscribit. decis. 27. nu.20.
Emptor, vt dominium rei emptæ acquirat, quæ necessaria. decis. 35. num. 21.
Emptio, & venditio re tradita solent transferre dominium. decis.35. nu. 6. sed vide. num. 22.
Emptionis in contractu naturaliter inest, vt dominium non transferatur, nisi soluto pretio. decis.35. nume. 22.
Emptor, vt rei emptæ dominium acquirat non satis est emptionem esse perfectam, sed vlterius necessariam esse traditionem illius: neque id sufficit, sed requiritur insuper, vt emptor pretium soluat, seù illud offerat, vel fideiussores, aut pignora pro illo soluendo exhibeat: vel venditor pro soluto illud habeat fidens de emptore, & si nihil horum circa solutionem pretij fiat, nunquam do-

dominium transfertur. decis. 35. num. 31.

Emptor de iure communi, regulariter non tenetur stare locationi factæ à venditore, nisi aliter fuit conuentum. decis. 39. num. 20.

Emptor cum pacto retrouendendi, nō est compellendus retrouendere partem rei emptæ, & quare. decis. 45. nume. 7.

Excessus in exequendo facit totam executionem corruere. decis. 28. num. 13.

Extensio in fideicommissis fit ex capite vulgaris comprehensæ in cōpendiosa. Præsertim ex verisimili mente testatoris, qui idem disposuisset, si casum, & euentum, de quo contingit dubitari, præuidisset, decis. 44. num. 28.

F *Acta dicuntur indiuidua postquã sunt deducta in stipulatione, secus à principio. decis. 45. nu. 27.*

Fasultas concessa posteriori creditori, vt offerat primo, non differt à facultate redimendi rem alienatam. decis. 27. num. 10.

Facultas concessa posteriori, offerendi primo creditori, præscribitur spatio triginta annorum. decis. 27. nume. 11.

Facultati quando præscribatur, ostenditur. decis. 27. nu. 17.

Facultas redimendi quandocunque præscribitur spatio trigiuta annorum, & connumerantur doct. hanc sententiam sectantes. decis. 27. numero 12.

Facultas quando prouenit ex contractu præscribitur. decis. 27. numero 18.

Falsa caußa vitiat sententiam, & laudum, quando consistit in iure. decis. 40. num. 16.

Quod procedit, etiam si ad tollendã dubitationem caussa exprimeretur. ibidem.

Falsitatis præsumptio oritur contra testes deponentes inuerisimilia. decis. 50. num. 30.

Familia, & domus non potest intelligi effectiuè, sed contentiuè, & comprehensiuè. decis. 44. nu. 27.

Farinat. sententia refertur, qui voluit discedentem de domo, in qua retinebatur cum fideiussione poße puniri ob contemptum iudicis. decis. 49. nume. 2.

Fœminæ filiorum appellatione veniũt ex propria verborum significatione. decis. 26. num. 13.

Fœmina per statutum exclusa, donec masculi extant, illis cessantibus reintegratur ad suam portionem, quam à principio habuisset si non fuisset exclusa. decis. 26. numero 16.

Fœminæ excluduntur per statutum fauore masculorum, sed si partem nõ facerent in augenda legitima, esset damnosum masculis. decis. 26. nume. 21.

Fœminarum exclusio, & masculorum inclusio inducitur ex eodem statuto excludente fœminas, idcirco exclusi portio consideratur, vt augeat partem, & portionem inclusi.

fi, decis.26.nume.23.

Fœmina exclusa per statutum non facit partem in computatione legitima, ac si non esset in rerum natura. decis.46.nu.3.

Fœminæ mortuæ in vita masculorum non reintegrantur quando à statuto fuerunt exclusæ. decis.46. nume. 4.

Cuius contrarium. num. 24.

Fœmina exclusa per statutum ammittit suitatem, & propterea non rũpit testamentum paternum in quo fuit exhæredata, vel præterita. decis.46.num.5.

Sed declaratur. num. 20.

Fœmina temporaliter exclusa deficiente linea masculina reintegratur ad successionem. decis. 46.num.8.

Fœminæ exclusæ per statutum donec, & quousque extent masculi, illis deficientibus, reintegratur, quamuis statutum vlterius non disponat vocando fœminas. decis. 46. nume. 11.

Fœmina temporaliter exclusa donec, & quousque extãt masculi, illis deficientibus reintegratur, collatis dotibus ad partem illam, quam de iure communi habuißet, si per statutum non fuisset exclusa. decis. 46. num. 12.

Fœmina per statutum exclusa extantibus masculis non priuatur in totum sua portione, sed ius suspenditur donec, & quousque extant masculi, & illis deficientibus de nouo non quæritur ius fœminis, sed iam quæsitum detegitur, & intentari potest. decis.46. nu.13.

Fęminæ à feudo exclusæ propter masculos, dicuntur exclusæ quatenus masculi extent, & non illis deficientibus. decis.46. nu.15.

Fęmina semel admissa ad feudum, si propter masculos excludatur, non dicitur perpetuò, sed ad tempus exclusa. decis.46.num.17.

Fęmina temporaliter exclusa per statutum non reputatur pro mortua. decis.46. num.18.

Fęmina exclusa per statutum non impeditur consequi portionem ob aliquem defectum prouenientem ex eius persona, sed ob impedimentum extrinsecum, proueniens ex persona masculi à statuto vocati qua propter ius fęminæ fuit in suspensum, donec extat masculus; quod ius suspensum fęminæ habitu, licet non actu competens, ad suos filios trãsmittit. decis.46.nu.20.

Fęmina, quæ habuit dotem à statuto, si bi perseruatam, & spem consequendi residuum portionis, extincta linea masculina, vigore iuris accrescendi, ius reintegrandi transmittit ad filios, dato quod esset conditionale. decis.46.nu.25.

Fides de pretio quando habita dicatur, latè demonstratur. decis.35. nume.33.

Fideicommißum solis coniecturis inducitur, dato, quod verba cessarent. Et quare decis.37.nume.7.

Fideicommißo sperato renunciari potest. decis.37.nu.10.

Fideicommißum dicitur onus, & grauamẽ, & in dubio pręsumitur, quod bona relicta fuerint libera hæredibus

bus scriptis, decis.44. nu.1.
Sed declaratur. num.25.
Fideicommissum, qui dicit fuisse ordinatum, debet probare: nec sufficit, quod testator illud voluerit ordinare, nisi ita disposuerit; cum in dubio semper contra fideicommissum pronuncietur. decis.44. nu.2.
Fideicommissarius agens ad fideicommissum relictum familiæ, non solum debet probare esse de familia, sed in specie probare tenetur esse de familia testatoris; cum in Ciuitate multæ possint esse familiæ eiusdem nominis, quæ tamen nullo vinculo cõsanguinitatis sunt coniunctæ. decis. 44. num.3.
Fideicommisso honoratus, si viuo testatore decedebat, etiam quod alium substitutum haberet, in caussam caduci deuoluebat de iure antiquo, quod fuit correctum, & in casum caduci deuoluta bona remanent apud hæredes, legatariosuè primo loco grauatos: Nisi gradui caducato, datus sit coniunctus, vel alius substitutus. decis.44. nume.16.
Fideicommissum est fauorabile, quando testator clarè, & apertè mandat bona conseruari in agnatione. decis. 44. num.26.
Fideicommissis ordinatis fauore agnationis, & pro illius conseruatione dictiones limitatiuè, & restrictiuè, tunc & eo casu, non obstant. decis. 44. num.31.
Fideiussor, qui promittit, quod debitor ex curia non discedet, donec debitum soluerit, non tenetur, si discesserit, & statim reuersus sit. decis. 49. num.2.
Fideiussiones de non discedendo requirunt iudices, vt ipsis cautum sit de persona carcerati: qui & si discedat, postquam rediit, nihil deperit Fisco. decis.49. nu.3.
Filiæ fœminæ, an computandæ sint, vt numerum faciant ad augendam legitimam filiorum de triente ad semissem, ardua reputatur quæstio, ita quod in tam arduo opinionum conflictu non potest Iudex reprehendi in quãcunque partem inclinaret. decis.26. num.1.
Filia, quæ non facit partem aliis filiis, nec etiam eorum numerum augere debet.
Quia in hac materia numerus consideratur ciuiliter respectu successionis, & non naturaliter. decis.26. nume.2.
Filia per statutum exclusa, habetur loco personæ extraneæ. Et querelam in officiosi intentare, nec contra tabulas proponere potest, si foret præterita. Quia filia per statutum exclusa desinit esse sua, & ammittit iura suitatis. decis.26. nume.3.
Quod declaratur. num.24.
Filia per statutum exclusa à successione, intelligitur exclusa pariter à legitima, quam tollere potest pro conseruatione familiarum. decis. 26. num.4.
Filia exclusa à successione intestati nõ potest considerari eius persona in quantitate, & qualitate legitimæ, cũ sit portio portionis debitæ abintestato. decis.26. nu.5.
Filia dotata, & per statutum exclusa, si faceret numerum, & partem in legitima, maximum præiudicium in-

inferretur parentibus.
Et redditur ratio. decis. 26. nu. 6.
Sed declaratur nu. 26. & seq.
Filia per statutum exclusa censetur simpliciter, & omni respectu exclusa, & sic non solum à successione, verum etiam à filiorum numero, & calculatione legitimæ. decis. 26. nume. 7.
Filia ne computetur in calculatione legitimæ multi tenuere, & referuntur. decis. 26. nu. 8.
Filia extantibus masculis præterita, licet non possit dicere testamentum nullum stante statuto exclusiuo, tamen illis deficientibus posset dicere nullum. decis. 26. nu. 17.
Filia, quæ admittitur, vel admitti sperat ad partem aliquo iure actionis, restitutionis, reintegrationis, exceptionis, vel alterius æquitatis, facit partem, & numerum. decis. 26. num. 18.
Quod procedit non solum si ad totã partem admittitur, verum etiam ad aliquam minimam. ibidem.
Filia fœmina, quando in testamento fuit instituta in re certa, & quouis modo cognita, non dicitur exclusa à statuto; cum statutum excludat abintestato, & quotiescunq; est cognita, agitur de causa testati, ideo facit partem in computatione legitimæ. decis. 26. nu. 19.
Filiæ per statutum exclusæ, cum in testamento sint cognitæ in aliqua re, reassumunt iura, & effectum suitatis in re illa, & ob id faciunt numerum. decis. 26. nu. 20.
Filiæ faciunt partem, & numerũ prout magis expedit filijs masculis. decis. 26. nu. 22.
Filia exclusa aliquo reseruato facit partem, & numerum pro quanto capit dos reseruata; ita tamen, vt si dos sit supra portionem legitimæ iuri communi debitæ, non minuat partem masculorum: & si sit infra, excessus cedat ad masculorum beneficium, & illorum legitimam impinguet, non autem hæreditatem ad commodum hæredis. Et practica huius enunciati demonstratur. decis. 26. num. 25.
Filia dotata, & exclusa, an faciat numerum in computatione legitimæ dependet ex eo, an dos reseruata loco legitimæ succedat. decis. 26. nume. 31.
Filius grauatus per fideicommissum conditionale restituere hæreditatẽ, detrahit duas quartas, legitimam scilicet, et Trebellianicam. deci. 26. nume. 34.
Filius non tenetur credere patri, asserenti in testamento esse debitorem alicuius in præiudicium suæ legitimæ. decis. 28. nu. 19.
Filia, cui pater legat mille si nupserit, & quadringenta si religionem ingrediatur, inuitatur ad matrimonium, vnde non valet. decis. 30. nu. 4. Sed videndum num. 25. & 26.
Filia, quæ spiritu Dei ducitur ad monasticam vitam, non retro trahetur ob omissionem bonorum temporalium; Et quare. decis. 30. nu. 25.
Filiorum est prima causa successionis, sublata sexus differentia. decis. 46. num. 19.
Filia, vti sua, hæreditatem paternam nõ aditam transmittit potẽtia suitatis

tatis.decis.46.nu.22.

Filia exclusa per statutum temporaliter non ammittit ius suitatis, sed tantum suspenditur. Et quotiescunque statutnm excludit fœminas nō absolutè, sed tunc demum quando sunt dotatæ, non ammittunt suitatem. decis.46.nu.24.

Filius contra patrem, nec etiam volēs admittitur in testem in criminalibus.decis.50. num.13.

Filia, etsi ob legatum pingue, si nupserit; & tenue, si religionem ingrediatur; retraheretur à vita contemplatiua, & religionis ingressu, tamen quia intentio testatoris non fuit ad hoc ordinata, non debet esse in consideratione.decis.30. nu.27.

Filij nomen naturale est, & conuenit naturalibus æquè, atque legitimis. decis.33.num.1.

Filiorum appellatione, quando veniāt naturales, coniecturis dignoscitur. decis.33.nu.2.

Filius, qui dicit se naturalem, debet probare quod mater in domo fuit retenta maritali affectu. decis. 33. num. 12.

Filij nomen spurius non meretur, & non potest aliquo pacto succedere parentibus.

Et de iure ciuili, nec etiam alimenta ipsi debentur, quia eos repellit publicæ honestatis iustitia. decis.33. num.13.

Filius natus ex soluta, & soluto, impropriè dicitur naturalis, & iste modus loquendi impropriè fundatur non in dispositione legis, sed in communi vsu loquendi. decis. 33. num.14.

Filio naturali non potest pater relinquere nisi vnciam, stante prole legitima.decis.33.nu.16.

Filios eos dicimus, qui ex matrimonio nati sunt, & ex proprietate sermonis stantibus filijs legitimis, & naturalibus, non veniunt naturales tantum. decis. 33.nu.17.

Filij naturales non dicuntur propriè filij, & nō succedunt patri in immunitate, & non prosunt in excusatione tutelæ, & non veniunt in contractu, & statuto loquentibus de filijs. decis.33.num.18.

Filius naturalis dicitur impropriè filius, & per posterius, & in dubio debemus intelligere dispositionem propriè, & per prius.decis.33.nume. 21.

Filius est instituēdus, vel iustis de causis exhæredandus, aliàs annullatur testamentum.decis.38.nu.10.

Filius saltem in legitima est instituendus.decis.38.nu.11.

Filio debetur legitima iure, & titulo institutionis, alias testamentum redditur nullum.decis.38.nu.12.

Filio sunt relinquenda alimenta pro legitima, alias nontenet testamentum. decis.38.nu. 13.

Filij primi gradus non imputant fructus in legitima.decis.38.nu.15.

Filius præteritus rumpit testamentū ipso iure.decis.38.num. 19.

Et quando intelligatur præteritus, demonstratur.ibidem.

Filio omninò est relinquenda legitima iure institutionis, vt testamentum valeat, aliàs esset nullum, & filius succederet ab intestato. decis. 38.num.20.

Filij

Filij familiam, agnationem, & consanguinitatem patris, & non matris sequuntur. Et propterea propinquior in sanguine testatori, præfertur coniuncto per sexum fœmininū. decis.43.num.15.

Fructus rei fructiferæ distinguuntur à re cuius sunt fructus, & quomodo. decis.32. num. 6.

Fructus, retento dominio rei in locationibus venduntur. Hinc etiam trāsferri potest rei dominium reseruatis fructibus, & quomodo. decis. 32.num.7.

Fructus beneficij iustius sequuntur illum, qui Ecclesiæ seruit, quàm eum, qui desijt seruire, & propterea ex fructibus Ecclesiæ illud tantum est clerici, quod est necessarium ad eius vitam: de reliquo non potest disponere.decis.42. nu.2.

Fructus beneficij spectant ad Clericum quoad fidelem dispensationem, cum potius dicatur procurator, quàm dominus.decis.42. nu.3.

Fructus beneficij sunt deputati pro oneribus totius anni. decis.42. nume.6.

Vnde beneficiarius non transmittit ad hæredes fructus vltimi anni, Sed pro rata temporis debentur successori, vt cum illis sustinere possit onera Ecclesiæ. decis. 42. numero 6.

Fructus ante obitum beneficiarij collecti, ad hæredes defuncti; pendentes vero ad successorem, pertinent. decis.42.nu.7.

Fructus efficiuntur hæredis beneficiarij defuncti, quando non solum sunt separati à solo, sed etiam reconditi in horreo decis.42. nu.8.

Fuga inquisiti solum suspicionem inducit, & non facit indicium graue. decis.50.nu.28.

G

GEminatio actus demonstrat enixam agentis voluntatem, & intentionem.decis.33.nu.5.

Gradus substitutionū videntur subordinati adinuicem, scilicet, vt primò succedant hæredes, post hæredes substituti, & deinde alij substituti, & ordine isto destructo, ac turbato propter mortem primi substituti in vita hæredum, ceteræ substitutiones censentur caducatæ; cum medium defecerit per quod peruenitur ad finem. decis.44.nu.13.

Quod declaratur.nu.37. & seq.

Gradibus pluribus substitutionum factis, & vltimo loco proximioribus vocatis, cui dicantur substituti, an hæredibus, vel substitutis. decis.44. numero 14. & nume. 36. dilucidatur.

Gradus plures substitutionum quando sunt facti, si deficiunt primi gradus subingrediuntur vocati in gradibus subsequentibus, vsque ad vltimum. decis.44. num.18.

Grauato non succeditur in fideicommissis, sed testatori. decis.44.numero 39.

H

HAbitasse non dicitur, qui animum recedendi habuit. decis. 31. numero 22.

Hi-

Habitare in aliqua domo is dicitur, in qua cum eius familia, & bonis degit, & facit forum. decis.31. nume. 21.

Habitatio à statuto Perusino requisita consistit, quod vir, & vxor simul viuant, & commensales sint. decis.31.num.23.

Hæres, non confecto inuentario, non potest redarguere de mendacio testatorem. Et omnia dispositain testamento tenetur obseruare. decis. 26. num.42.

Hæres grauatus restituere, si non conficit inuentarium grauatur in hoc, vt Iudex possit informare animum suum ex circumstantijs,& arbitrari bonorum quantitatem,cum ob nõ confectionem inuentarij fideicommissarius releuari debeat, vt fides habeatur suis probationibus, licet non ita plenis. decis.26. nu.43.

Hæredes emptoris cum pacto retrouendēdi possunt præscribere, dato quod emptor fuisset in mala fide, quæ eis non nocet, si non vtantur accessione auctoris.decis.27.nu.22.

Hęredis institutio est caput,& fundamentum testamenti. decis. 38. nume.8.

Hæredes instituēdæ sunt omnino quædam personæ, inter quas primum locum tenent filij, qui institui, vel exhæredari debent,aliàs corruit testamentum. Et quare.decis.38.nume.9.

Hæres per aditionem hæreditatis, videtur quasi contrahere cum habentibus caussam à defuncto;Et proptera contrahit veram obligationem. decis.41.nu.18.

Hæres non dicitur qui non adiuit hæreditatem, licet fuerit institutus. decis.43.num.23.

Hæres si præmoriatur testatori, quo casu non potest adiri hæreditas, & caducatum fit testamentum. Si tamen apposita sit clausula codicillaris,non obstante caducitate institutionis, substitutus debet succedere. decis.44.nu.22.

Hæreditas non adita regulariter non transmittitur, nisi iure suitatis, cũ beneficio deliberandi. decis. 46. nume.6.

Quod declaratur.num.20. & seq.

I

Ignorantia rei propriȩ non præsumitur.decis.35.nu.20.

Imo.in l.Domos. ff.de leg. 1. reprobatur. decis.48. nu.31.

Incendium domus culpa inhabitantiū factum præsumitur. decis. 48. numero 1.

Incendiarius si soluendo sit,cogitur resarcire damnum, aliàs leuius castigabitur.decis.48.nu.14.

Incendium, licet culpa inhabitantium exortum communiter dicatur,tamē contrariantur doct. Si ex hac sola culpa,intentio dãnum passi sit fundata,& crebrior est sententia negatiua, & quomodo contraria procedere possit,ostenditur. decis.48. nume. 24.

Incendium est actus momentaneus,pro quo dominus non tenetur pro famulo.decis. 48.nu. 27.

Inæqualitas inter filios inimica legibus, & semper inter eos æqualitas ser-

seruanda erit quoad fieri potest. & quare.decis.33.nu.6.

Ingrediens Religionem incapacem bonorum in particulari, & in communi; statim facta professione habetur pro mortuo, & hæreditas alijs defertur. decis.37.nu.15.

Inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda: & Rot. Rom. seruat, quod gesta post inhibitionem debeant reuocari. Et quare.decis.28.nu. 12.

Inhibitio facit illicitum, quod antea erat licitum. decis.28.num.12.

Inimicitia est caußa sufficiens recusandi iudicem. decis.50.nu.47.

Inimicitia etiam præsumpta sufficit pro recusatione iudicis. decis. 50. num.48.

Inimicitia sufficit ad recusandum iudicem, etiam si non habeat initium veritatis; & sat est, quod reputetur Iudex vti inimicus. decis.50.numero 49.

Inimicitia, qualis qualis sit, sufficit ad recusandum Iudicem; dummodo alegetur in specie, nec requiritur quod sit capitalis. decis. 50.nu.50.

Innocentia contumacis quando apparet, non procedit statutũ, quod contumax habeatur pro confesso, & nõ potest cõdemnari, quia Rei absentia debet suppleri per Dei præsentiam. decis.50.num.25.

Inquisitio est formanda, & eliciẽda ex informationibus desumptis. decis. 50.num.31.

Instrumentum continens inuerisimile est de falso suspectum. decis.50.nume.37.

Intellectus ad c.2. de cler. percuss. decis.47.num.24.

Intellectus ad §. Pauonũ.instit. de rer. diuis.decis.49.nu.11.

Intellectus ad l.fin.§.Emptor. C.com. de leg.decis.28. nu.21.

Intellectus ad §. Sed & hoc præsenti. aut.de sanct. Epis. decis. 30. numero 23.

Intellectus ad L. Titiæ. §. Si nupserit. ff.de cond.& demonstr.decis.30. nume. 29.

Intellectus ad l.Curabit.C.de act.emp. decis.32.nu.22.

Intellect.ad c.2.de spons.decis.34. nume. 27.

Intellectus ad c. Requisiuit. de spons. decis.34.num.36.

Intentio fundatoris est attendenda in iure patronatus, & qualitates, & conditiones à fundatore appositæ in actu fundationis, sunt omnino seruandæ. decis.43.nu.5.

Interesse ratione pretij retenti, dicitur interesse circa rẽ, siue intrinsecum, ideo debetur quouis iure attento. decis. 32. nu.2.

Interesse, quod licitè percipitur, etiam in pactum deduci potest. decis. 32. nume.5.

Interesse, licet aliquando vtroque iure debeatur, de eo tamen constare debet aliter, quàm per partium conuentionem, illud ab initio taxando. decis.32.num.12.

Interpretatio in contractibus semper in dubio desumitur contra stipulantem, quia debebat apertius legem dicere ad suum fauorem. decis. 45. nume. 25.

Iudex, qui in caussa sententiam tulit, potest quoad alios interesse habentes recusari. decis.50.nu.5.

In-

Iudex potest recusari, & si animum expressè non propalauerit. decis. 50. num.7.
Iudex quotiescunque iniustè grauat, potissimum est caussa recusandi illum. decis.50.num.8.
Iudex contra legem procedendo præsumitur in dolo. decis.50. nu.15.
Iudici, antequam procedat contra aliquem debent qualia qualia præcedere, quæ aperiant viam ad inquirēdum, aliàs processus est ipso iure nullus, idque fuit introductum ad refrenandam malitiam iudicum, quia aliàs multos indebitè vexare possent. decis.50.nu.16.
Iudex recusans integraliter scribere dictum testis, malè facit. Quam practicam obseruant mali Iudices, & Notarij parum Deum timentes. decis.50.num.18.
Iudex delegatus non potest transcendere fines suæ commissionis, sed illā debet strictè attendere. decis. 50. num.21.
Iudex ex officio debet supplere de innocentia rei quærendo, quanquam nemo compareat pro reo absente. decis.50.num.26.
Iudex, vt iuridicè possit condemnare reum absentem, vltra statutū, quod contumax habeatur pro confesso, debet ipsum delictum verificare per veras probationes; quia inquisitio debet formari legitimis præcedentibus indicijs. decis.50. nu.27.
Iudex non habet exercitium suæ iurisdictionis contentiosæ durante termino per ipsum assignato reo ad faciendum defensiones, & procedendo cōmittit nullitatē. decis.50.nu 30.
Iudex non debet procurare auferre defensiones carceratis, quia est pratica diabolica. decis.50. nu.32.
Iudex tenetur obuiare illicitis extorsionibus, quas si ipse committit, tenetur in syndicatu. decis.50.nu.33.
Iudex debet assumere informationes à verisimiliter informatis. decis. 50. num.34.
Iudex fidem adhibere non debet inuerisimilibus, eo quia, quod longè est à verisimile quædam est falsitatis imago. decis.50. num.36.
Iudex potest iure merito recusari suspectus, si procedat contra inquisitum sub prætextu memorialis incerto auctore porrecti, super quibus de iure prohibetur inquiri. decis. 50. nume.39.
Iudici in primis, & ante omnia debet constare de delicto. decis.50. nu.40.
Iudicis suspicio, iuramento probatur. decis.50.num.52.
Iudex, vt recusari possit, leuior suspicio sufficit, quam ad repellendum testem; cum facilius inueniantur plures iudices, quàm vnus testis. decis.50.num.51.
Iudicem suspectum recusare parui est præiudicij. decis.50.nu.53.
Iudices non suspecti de honestate sunt dandi. decis.50.nu.54.
Iudices quod suspecti, & inimici esse non debeāt, ratio ipsa dictat, eo quia durum est, & periculosum per suspectos negotia tractari. decis.50. num.55.
Iudex, vt suspectus reuocari possit vnica sufficit caussa, etiam modica, hac potissimum ratione, vt caussæ sine suspicione procedāt. decis.50.n.56.

Iudices,& Notarij,qui debent examinare testes,suspicione carere debēt. decis.50.nu.57.

Iudex ex hoc solo,quod recusatur,resultat causa sufficiens ad illum remouendum; solent nempè iudices cōmuniter indignari, cum suspecti allegantur. decis.50.nu.58.

Iudex, qui procurauit causæ commissionem, potest recusari. decis. 50. num.59.

Iudicis iniquissimi, & pessimę mentis signum est,velle de vita hominis cognoscere, qui ipsum habeat suspectum; etiam si legitimas causas non adduceret: & reprehenduntur iudices putantes sibi iniuriam fieri quādo recusantur,& malè agunt, si totis viribus contendant, ne à causæ cognitione remoueantur. decis. 50. num. 61.

Iudex potest recusari, etsi causa suspicionis processerit à carcerato. decis. 50.num.62.

Iudicium claudicare non debet. decis. 50.nu.20.

Iura non admittunt fraudes,& collusiones statutorum. decis. 29. nu.6.

Iuramentum impedit præscriptionem, & sufficere iuramentum illud apponi solitum in fine instrumentorū. decis.27. nu.3.

Cuius contrarium distinguendo demonstratur.nu.15.& 16.

Iuramentum in contractu appositum, quando impediat præscriptionem, latè demonstratur. decis.27. nu.15.

Iuramentum in contractu appositum impedit trigenariam, sed non quadragenariam præscriptionem. decis.27.num.16.

Iuramentum est affirmatio,uel negatio de aliquo facto,vel fiendo,sacræ rei attestatione firmata, & quæ sit ista sacra res ostenditur.decis.34.nu.11.

Iuramentum in c. Ex litteris. il 2. de sponś.non est causa coactionis ad cōtrahendum,sed in d.tex.narratur factum, & non quod solo iuramento nitatur. decis.34.nu.41.

Iuramentum sequitur naturam actus super quo interponitur. decis. 41. num.28.

Iuramenti mentio est necessaria in reuocatione donationis, quando fuit iuratum non reuocare, & nō de simplici iuramento. decis.41.nu.33.

Iuramentum tollitur actu principali remoto, ad cuius corroborationem fuit adhibitum; Et quare. decis.41. num. 35.

Iurans non necessitatur vti verbo, iuro, quia quocunque modo possit colligi iuramentum, sufficit:ex quo nō potest dari certa regula, quibus verbis concipiatur iuramentum. decis. 34. num.12.

Iurans contrahere matrimonium per verba de futuro, est cogendus contrahere per verba de præsenti, nisi rationabilis causa resistat.decis.34. num.37.

Iurans soluere pecuniam mutuatam, quæ verè mutuata non sit, non obstante iuramento potest excipere de non numerata pecunia infra biennium. decis.41. nu.29.

Iuri accrescendi non est locus, quando diuerso iure quis vocatur ad successionem. decis.26. nu.9.

Ius accrescendi datur in legitima,(etsi causa legitimæ,quę honorabili titulo

titulo institutionis relinqui debet) tota hæreditas eis accrescit repudiante, aut non valente hærede scripto, fortius legitima portio portioni accrescit, cum in habentibus symbolum facilius sit transitus. decis. 26. num. 30.

Ius patronatus regulatur ad instar successionis rerum patrimonialium, & propterea stante statuto exclusiuo fœminarum, excluduntur etiam à iure præsentandi. decis. 43. numero 3.

Iuris patronatus fundator præsumitur voluisse se conformare cum statuto suæ patriæ. decis. 43. nu. 4.

Cuius contrarium. nu. 26.

Iuris patronatus sunt capaces mulieres, vti masculi. decis. 43. nu. 7.

Ius patronatus ad quod vocati sunt antiquiores ex descendentibus, vel familia, veniunt propriè æque fœminæ vti masculi. decis. 43. numero 10.

Iuris patronatus, patronus non potest esse is, cui qualitates, & conditiones appositæ in constitutione non competunt. decis. 43. nu. 11.

Iurisdictio respicit tempus, locum, causas, res, & personas, & respectu loci temporis, & causarum, Ecclesiastica iurisdictio est distincta à temporali, & Laycali: respectu verò rerum, & personarum Ecclesiasticarum, nihil est quod Laycis concedatur. decis. 39. nu. 33.

Ius ciuile Romanorum, licet esset receptum à iure Canonico, nō per hoc infertur, quod statuta localia sint recepta; & quare. decis. 39. numero 34.

L

Laudum præsumitur ritè, & rectè latum. decis. 40. nu. 1.

Quod declaratur. num. 18. & seq.

Laudum arbitratoris præsumitur ritè, & rectè latum; quia arbitratores eligi solent summè probi, veritatis, & æquitatis amatores. decis. 40. num. 2.

Laudum licet impropriè, dicitur tamen sententia, quia ad instar iudiciorum redacta sunt arbitria. decis. 40. num. 3.

Laudum acceptatum à partibus reprobari non potest. decis. 40. num. 5. Sed quomodo procedat demonstratur. num. 22. & seq.

Laudum festinatum, licet benè latum, tamen est nullum, & Papæ ac Imperatoris sententiæ rescinduntur, si ex nimia temporis breuitate sint prolatæ. decis. 40. nu. 12.

Laudum præsente parte, & non reclamante latum, quando præsumatur cum causæ cognitione latum. decis. 40. num. 13.

Laudum habet præsumptionem pro se, quando arbitri debitum iuris ordinem seruauerunt in procedendo, aliàs secus. decis. 40. nu. 18.

Laudum festinatum non habet præsumptionem rectitudinis, & iustitiæ. decis. 40. nu. 19.

Laudum non habet præsumptionem pro se, quotiescunque agitur de solemnitatibus, & ordine ipsius. decis. 40. num. 20.

Laudum nullum ipso iure non transit in iudicatum. decis. 40. nu. 21.

Lau-

Laudum nullum à principio nõ potest tractu temporis conualescere. decis. 40. num. 22.

Laudum nullum, licet approbetur à partibus, est irritum, etiã si à Sum. Pont. esset confirmatum. decis. 40. num. 24.

Laycus patronus Ecclesiæ in fundatione potest collationem illius altero quàm Episcopo concedere. decis. 30. nume. 17.

Layci sicut non possunt trahere clericos ad forum Laycalem, pari modo nullam habent potestatem condendi leges in clericos. decis. 39. numero 15.

Leges ad prouisionem filiorum induxerunt dotem, legitimam, & alimẽta diuersis temporibus, &. diuersis etiam respectibus: & licet dos, & legitima sic se habeant, vt vna imputetur in aliam, differunt tamen nomine, & substantia; & quare. decis. 26. num. 11.

Legum latores multa sanciuere ad fauorem nubentium; Et quare. Quod non ita ad fauorem ingredientium Religionem, & assignatur causa differentiæ. decis. 30. nu. 28.

Lex ciuilis Romanorum parificatur cum lege vnius Regni particularis. decis. 39. nu. 7.

Cuius contrarium. nu. 34.

Lex quando condenda in primis inspicitur, si is facultatem habet legem ferendi, quia sine potestate lex ferri non potest, quæ potestas respicit legis substantiam. decis. 39. numero 17.

Leges plures coniunguntur pro apta argumentatione, & decisione causarum. decis. 45. nu. 10.

Legis virtus in applicatione consistit. decis. 43. num. 19.

Legitima filiorum quando sunt quattuor, vel pauciores, est triens; si verò plures, est semis. decis. 26. nume. 12.

Legitima debetur vna cum fructibus, ita pariter dos, & eius supplementum. decis. 26. num. 33.

Legitima filiorum quando est semis, si detrahere debeant, etiam quartam pro Trebellianica, difficilis est quæstio. decis. 26. num. 35.

Legitima filiorum erat quarta pars eius portionis, quæ abintestato contingebat, & ex speciali priuilegio fuit ad trientem, & aliquando ad semissem redacta.

Et propterea non debet tale priuilegiũ damno fideicommissi cædere. decis. 26. num. 37.

Legitima relinqui debet in proprietate, cum ipsis fructibus, non autem in solo vsufructu, cum sit præstanda in substantia testatoris, & alimẽta, quæ reciperet filius post mortem patris, non dicuntur de substantia, & bonis testatoris; & quare. decis. 38. nu. 14.

Legitima non potest relinqui in sola fructuum perceptione: etsi relinquatur corruit testamentum. decis. 38. num. 16.

Legitima omnino est relinquenda filio iure institutionis, vt testamentum valeat; aliàs est nullum, & filius succedit abintestato. decis. 38. numero 20.

Legitima filiorum quanta sit inspicitur tempus mortis patris, & facultates, quæ tunc temporis reperiuntur, & numerus filiorum. decis. 40. num. 14.

Legatum factum eidem personæ censetur reuocatum per secundum factum ex interuallo. decis. 41. nume. 21.

M

Mala fides non præsumitur regulariter, sed bona. decis. 27. numero 19.

Mala fides præsumpta purgatur lapsu triginta annorum, post quod tempus allegari non potest. decis. 27. num. 21.

Maritus tenetur restituere vxori fructus perceptos ex bonis extra dotalibus. decis. 29. num. 15.

Maritus non priuatur lucro dotis ob eius absentiam, sed solum quando fuit in caussa mortis ipsius vxoris. decis. 31. num. 1.

Maritus qui non potest inopiæ vxoris subuenire, non est lucro dotis priuandus, si non subuenerit. decis. 31. num. 3.

Maritus pauper, qui cum suis facultatibus sibi & vxori prouidere non potest, non priuatur lucro dotis, si vxori non prouidit. decis. 31. num. 4.

Maritus, vt lucro dotis priuetur, est probandum, quod ob defectum alimentorum, & carentiam medici, vxor decesserit. decis. 31. num. 5.

Maritus excusatur, & lucro dotis non priuatur si à coniunctio vxoris fuerit præuentus in administratione medici, & medicinæ. decis. 31. nume. 6.

Maritus in domo vxoris habitando mestitiæ dat signum. decis. 31. nu. 7.

Maritus non tenetur alere vxorem, quando vxor retinet dotem, cum ex fructibus alimẽtari possit. decis. 31. num. 9.

Maritus, qui dotem non est consequutus, non priuatur eius lucro, si medicum non adhibuit vxori infirmæ. decis. 31. num. 10.

Maritus ob ingratitudinem lucro dotis priuatur. decis. 31. num. 15.

Maritus de iure communi nõ lucratur aliquam partem dotis vxoris præmortuæ sine liberis, nisi aliter pacto fuerit conuentum, vel per statutum prouisum. decis. 31. nu. 16.

Maritorum amore adeo sunt incensæ vxores, quod potius maritali amore ardere, quàm filiorum primi matrimonij, lex præsumat. decis. 31. num. 25.

Maritus non interessendo funeri vxoris dicitur ingratus. decis. 31. numero 26.

Maritus concurrere debet ad impensam funeris vxoris pro rata lucri dotis. decis. 31. num. 27.

Maritus, quod sequatur vxoris domicilium, pacto induci potest. decis. 31. num. 28.

Marito incumbit onus probandi, quod uxor recusauerit ad eius domum accedere. decis. 31. nu. 29.

Matrimonium est maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudi-

tudinem retinens.

Vnde cohabitatio requisita à statuto Perusino debet esse ind uidua, usq; ad mortem.decis.31.num.24.

Matrimonium non dicitur initiatum per simplicem promissionem de cōtrahendo.decis.34.num.2.

Matrimoniū iurans contrahere p verba de futuro, cogitur contrahere per verba de præsenti,nisi rationabilis causa resistat. decis.34. nume.37.

Matrimonia debent esse libera ab omni coactione extrinseca, secus ab intrinseca, quæ prouenit de natura matrimonij. decis.34.num.47.

Melioramentorū exceptio non competit in spolio, sed prius restituitur, postea melioramenta probantur, & post restitutionem habetur illorum ratio. decis.28. nume.7.

Sed contrarium.num.22.& seq.

Melioramentorum exceptio non debet retardare exequutionem sententiæ, quando saltem in genere de melioramentis nō constat. decis.28. num.8.

At quomodo procedat declaratur. num.26.& seq.

Melioramentorum exceptio, an retardare debeat exequutionem sentētiæ relinquitur arbitrio iudicis. decis. 28.num.9.

Melioramentorum exceptio competit etiam post sententiam; & quare. decis.28.num.26.

Melioramentorum existētia satis probata dicitur, quando sumus de illis datur. decis.28.num.29

Menoch. cons. 344. declaratur. decis. 29.num.8. & 23.cum seq.

Menoch. cons.11.declaratur.decis.29. num.23.

Mercator vergens ad inopiam recipiendo pecunias alienas præsumitur in dolo, & ex breuitate temporis inter receptionem pecuniarum, & fugam, arguitur, quod tempore receptionis pecuniarum parauerit fugam. decis.35.num.15.

Mercatorū contractus sunt bonæ fidei, quia inter eos attenditur æquitas, quæ de iure canonico facit omnes contractus bonæ fidei. decis.35. numero 17.

Mercator,si creditori suo delegat mercatorem, quem sciebat breui decocturum, non liberatur propter dolum, in quo fuit. decis.35.num.18.

Mercator qui sciebat se decocturum breui, & exigit pecunias,non acquirit illorum dominium. decis.35. num.19.

Missio in possessionem excedens summam debitam in totum vitiatur. decis.24.num.14.

Monasterium, quod non possit consequi nisi relictum filiæ casu quo profiteatur, & si pater plus reliquerit si nupserit, latè demonstratur, & referuntur.Doct. ita tenentes.decis. 30.num.20.

Monasterij fauor non tanti habetur, vt voluntatem testatoris tollat. Et Ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ, nunquam testatoris voluntatem peruertit ad sui commodum. decis.30. num.21.

Monasterium loco filij reputatur,quādo ingrediens religionem transfert bona in eam: secus verò, quando de

de bonis suis iam dispofuit, illisque renunciauit. decif.37. num.14.
Moniali quicquid deuolutum est post emanatam professionem ex successione patris, vel aliorum, per eam quæritur Monasterio, cum sibi ipsi acquirere non possit: & quomodo hoc eueniat plenè demonstratur. decif.37.num.1.
Monialis retinet iura sanguinis, quæ per Monacismum non perdit. decif. 37.nu.2.& decif.38.nu.2.
Et propterea succedit tam ex testamento, quàm ab intestato. ibidem.
Monialis appellatione familiæ venit, quando Monasterium, in quo est professa, est capax bonorum, licet agnatio Monialium non dicatur esse in hoc Orbe, sed in Cœlis; & quare. decif. 37.num.3.
Monialis quæ secundum dispositionem S. C. Tridentini renunciauit bonis, non potest ad bona renunciata aspirare. decif.37.nu.9.
Mortis caussam præbens tenetur lege Cornelia de Sicar. Sicuti si interfecisset. decif.47.nu.4.
præsumitur, quod velit sibi succedere naturalem filium: & quare. decif.33. num.8.
Nominatim aliquid fit quando exprimitur vocabulum speciei, licet non indiuidui: & satis exprimitur quod verbis generalibus exprimitur. decif.41.num.41.
Notificatio litis pendentiæ constituit emptorem in mala fide; qui si postea ædificet, perdit melioramenta. decif.28.nu.3. Sed vide nu.18.& seq.
Nouatio quomodo antiquitus per Digestorum iura inducebatur, & quomodo per Ius nouissimum. Vnde hodie nouatio regulariter non præsumitur. decif.45.nu.16.
Nouatio quotiescunque inducitur nō plus deducitur in secunda obligatione, quàm quod erat in prima. decif.45.num.7.
Nullitas, & euidens iniquitas comparantur: & nulla maior iniustitia reperitur ipsa nullitate. decif.50.nume. 23.
Numerus pluralis non verificatur in vno. decif.34.nu.28.

N

Naturalis vel spurius, quis dicendus. decif.33. num.9.
Naturalis propriè dicitur, qui natus est ex soluto, & concubina in domo retenta affectione maritali. decif. 33. num.1.
Naturaliter inest in contractu emptionis, & venditionis, ne transferatur dominium pretio non soluto. decif. 35.num.22.
Nobilis in dignitate constitutus non

O

Odiosum iudicatur statutum de lucro dotis disponens, ideo restringēdum, & strictissimè interpretandum. decif.31. num.18.
Ommittens, vel non faciens quod facere tenetur, dicitur in dolo. decif.50. num.17.
Onus probandi incumbit asserenti. decif.34.num. 35.
Onus debet esse correspectiuum, cōmodo, & è contra. decif.45. nu.21.

Opi-

Opinio Collegij doctorum, cęteris opinionibus ante fertur. decis. 29. nu. 7.

Ordo substantialis in iudicijs est, primo cognoscere, postea definire, & ad hoc tempore indigemus. decis. 40. num. 11.

Ordo praecogitatus à testatore si turbetur, eo quod adhuc permanentibus in vita hæredibus, substitutus moriatur, euanescit substitutio, & non potest trahi ad casum, quo substitutus præmoriatur hæredibus. decis. 44. num. 4.

Ordo à testatore præcogitatus, quomodo dicatur. decis. 44. num. 33.

P

PApa solus subsistente caussa dispo nit contra testatoris voluntatem. decis. 30. nu. 12. & decis. 37. nu. 13.

Papa est dominus beneficiorum, & potestatem habet liberam in rebus beneficialibus, & habet plenam dispēsationem, & administrationem omnium beneficiorum. decis. 42. nu. 14.

Papa quoad administrationem bonorū omnium Ecclesiasticorum, tam mobilium, quàm immobilium, est vniuersalis administrator: particularis verò bonorum Ecclesiasticorum administratio, competit beneficiarijs inferioribus, quibus Pontifex pro sua cuicumque institutione, & titulo concedit, propterea non est tractā dum, cui iustius debeantur fructus beneficij, sed sat est videre cui concesserit Sum. Pont. decis. 42. nu. 17.

Pater non potest relinquere filio naturali, nisi vnciam, stante prole legitima. decis. 33. num. 16.

Pater quando in primo testamento disposuit fauorabilius pro filijs, attenditur primum, et non secundum. decis. 41. num. 37.

Pecunia soluta, & reperta in arca, & cum alijs commista fit recipientis, etsi pecunia fuisset non soluentis, sed aliena. decis. 35. nu. 1.
Sed declaratur. num. 20.

Pecunia commista habetur pro consumpta. decis. 35. num. 2.
Quod declaratur. nu. 23. & 26.

Pecunia aliena soluta inscio, & inuito domino, facta commistione, efficitur recipientis. decis. 35. nu. 3.
Sed videndum. nu. 26.

Pecuniarum alienarum traditione, & commistione facta transfertur dominium, quod singulare est in pecunia, quicquid sit in aliarum rerum traditione. decis. 35. nu. 4.
Verum declaratur. nume. 25. & seq.

Pecunia soluta, & commista ita, & taliter fit recipientis, vt nullo pacto vendicari possit. decis. 35. nu. 8.

Pecunia argentea, quando pro aurea datur, non emptio, & venditio contrahitur, sed propriè cambium. decis. 35. num. 10.

Pecunia vendicari potest cessante com mistione. decis. 35. nu. 23.

Pecunia soluta, & commista tunc efficitur recipientis, quando per debitorem soluitur creditori suo, secus quando soluitur alicui, non vti creditori. decis. 35. nu. 24.

Pecunia soluta creditori, tunc euocari non potest, quando est commista, & bona fide consumpta, aliàs secus; quia cessante bona fide, etsi millies pecunia commisceretur dominium

non transfertur. decis. 35. numero 26.

Pecunia, vel alia res vsu consumptibilis existens, & non consumpta, retinet suam naturam, & esse, ex quo idem corpus habet, & à similibus discerni potest, nihilque à cæteris rebus differt. decis. 35. nu. 27.

Pecuniam existentem appellat integram I.C. in l. Is cui. in prin. ff. de solut. hinc vendicari potest, sicuti, & aliæ res. decis. 35. nu. 28.

Pecunia data in sacculo non dicitur soluta, sed deposita. decis. 35. numero 35.

Pęna in prætorijs stipulationibus promissa ex certa scientia, exigitur vltra quod interest. decis. 49. nume. 16.

Pæna conuentionalis simpliciter adiecta, etiam vltra quod interest exigitur, nisi appareat quod expressè adiecta sit ratione interesse, secundum communem. decis. 49. nume. 17.

Pęna conuentionalis iureiurando promissa exigitur, nullo habito respectu ad interesse. decis. 49. numero 18.

Pæna conuentionalis, cum iuramento promissa non admittit purgationem moræ. decis. 49. num. 19.

Pęna conuentionalis in prætoria stipulatione contenta, non exigitur nullo dato interesse fisci. decis. 49. numero 4.

Pęna ordinaria delicti non imponitur ex indicijs indubitatis. decis. 47. nume. 23.

Pęnitentia datur in contractibus innominatis. decisio 34. numero 5.

Quod declaratur. nume. 32. & sequenti.

Pensio nouiter imposita in beneficio est præstanda per eum, qui consensit, & non per hæredes præcessoris. decis. 42. num. 20.

Perpetuitas redimendi concessa venditori includitur spatio triginta annorum, vel ad summum quadraginta. decis. 27. nu. 14.

Personæ non nullæ sunt, quæ in criminalibus non coguntur testificari, à quarum examinatione abstinere debet Iudex, & in atrocioribus, & quando veritas aliter haberi non potest consulendum est Principi. decis. 50. nu. 14.

Possessor malæ fidei non præscribit. Et mala fide is possidere dicitur, qui immemor suæ promissionis, & obligationis possidet. decis. 27. nume. 5.

Possessio, seu quasi iurium incorporalium transit in hæredes absque exercitio actus. decis. 43. numero 1.

Sed contra. nu. 16. & seq.

Possessio incorporalium non transit ad hæredes sine apprehensione. decis. 43. num. 17.

Possessio est quid facti, ideo non transmittitur ad hæredes etiam suos. decis. 43. num. 16.

Possessorium iudicium non facit rem litigiosam. decis. 28. nu. 17.

Potestas quando deficit nulla est operatio. decis. 39. nu. 16.

Potestatis defectus semper allegari potest, & hæc regula nullam patitur exceptionem, quia fundatur in naturali ratione. decis. 39. numero

mero 19.

Præscribi nequeunt quæ sunt facultatis.decis.27. nume.4. Sed quomodo procedat enucleatur. nume. 17. & 18.

Præscriptionis triginta annorum effectus explicatur. decis. 40. numero 17.

Præscriptionis quadragenariæ caussa fuit, ne dominia rerum semper in incerto starent, quod abhorrent leges, sicuti etiam ad tollendam immortalitatem litium. decis. 27.numero 7.

Præscriptio trigenaria non potest expressè prohiberi, & multo minus tacitè per d.ctionem quandocunq;. decis.27.nu.9.

Præsumptio quod testator voluerit se conformare statuto, non procedit in interpretatione testamentorum clericorum. decis.43. nu.26.

Prætoriæ stipulationes ratione contemptus Iudicis, semper debentur. decis.49.nu.14.

Princeps munificus non debet feudum auferre ex circumuentione temporis, nisi uasallus negligat petere inuestituram in contemptum. decis. 36.num.4.

Principis sæcularis est condere leges circa ea, quæ pertinent ad iustam viuendi rationem, & reipublicæ conseruationem, & non ad Episcopos, & Ecclesiasticos Iudices. Et clerici, & Layci in concernentibus politicum temporalem eundem habēt rectorem Principem sęcularem, cuius legibus gubernantur, & quibus subijciuntur.decis.39. nu.3.

Verum quomodo procedat demonstratur.nume.22.

Principi sæculari spectat prouidere ea, quæ ad temporalem politicum pertinent, hac tamen conditione, ne apponant manus ad clericos, & eorum bona. decis.39. nu.32.

Priuilegium testandi inter filios sine solemnitatibus non competit filijs naturalibus. decis.33.nu.19.

Processus, & omnia inde sequuta sunt nulla, quando de delicto nō constat. decis. 50.nu.44.

Prohibitum expressè fieri, multò minus tacitè fieri potest. decis.27.numero 8.

Promissio refectionis damnorum, & indemnitatis, ac defensionis promissio à pari procedunt, & idem sunt. decis.45. nu.1.

Promissio defensionis indiuidua est, & non potest pro parte impleri; & quare decis.45.num.2. Sed videatur. num.26.

Promissio indemnitatis quando potest referri ad obligationem propriam, non est referenda ad eam, quam quis facit vti correus. decis. 45. numero 22.

Promissio indemnitatis intelligitur secundum naturam contractus: Vnde si duo venditores promittunt indemnitatem, intelliguntur promittere pro rata, & portione rei venditæ. decis.45.num.24.

Promissio defensionis quomodo indiuidua dicatur. decis. 45 .nu.26.

Promissio de non recedendo de domo est pœnalis, & incipit à præcedenti stipulatione affirmatiua: cuius effectus enarrantur. decis. 49. numero 10.

Pro-

Prorogatio termini ad redimendum rē venditam cum pacto, solum vberiorem dilationem, & beneficium temporis concedit; in cęteris intelligitur facta, retentis primis terminis, & cum omnibus suis qualitatibus. decis.45.nu.13.

Prorogans terminum nō dicitur nouū actum facere, sed extendere, & crescere facit primum. Et aliud est aliquid de nouo fieri, aliud quod est crescere, & extendere, & exemplificatur in homine qui paruulus nascitur, & licet quotidie crescat non efficitur nouus homo. decis.45.nume. 14.

Publicanus, idest vectigalis dominus, tenetur pro sua familia, & officiali. decis.48.nu.6.

Sed quare ostenditur. nu.29.

Q

Qualitas à statuto requisita verificanda, si quis vult consequi commodum statuti. decis.31.nu.19.

Qualitas senectutis, & proximitatis requisita in iurepatronatus, copulātur respectu eiusdē effectus, & quomodo. decis.43.num.14.

Qualitas loci illati vulneris ostendit vulnus lęthale, vel ne. decis.47.nume.7.

Qualitates duæ quando requiruntur, in aliqua dispositione, vna non sufficit, sed ambæ requiruntur. decis. 43.nu.13.

Qualificatum, quando aliquid requiritur, non sufficit illud simpliciter interuenire, quia qualitas considerata restringit subiectum, cui adijcitur. decis.43.num.12.

Quis dicatur in dignitate constitutus. latè demonstratur. decis.33. nu.7.

R

Rationabilis caussa soluendi sponsalia est fornicatio. decis.34.nume.7.

Rediens non dicitur habuisse animum recedendi, & ibi quis creditur esse, vbi redeundi animum habet. decis. 49.num.5.

Quod declaratur. num.20.

Regula est, quod qui iurat per verba de futuro contrahere matrimoniū, est cogendus contrahere per verba de præsenti.

Quæ regula vnam tantum recipit limitationem, videlicet si rationabilis causa resistat. decis.34.nu.37.

Regulam habens pro se, dicitur habere rem certam, & secundum regulam erit iudicādum, nisi aliqua adducatur limitatio. decis.34. nu.38.

Regularis quærit religioni quicquid ad eum deuoluitur ex successione parentum, postquam sibi ipsi acquirere non potest; et quomodo declaratur. decis.38. nu.5.

Regularis si nollet adire hæreditatem sibi delatam, ipso nolente, & absque suo consensu, potest Abbas cum cōsensu Capituli adire, etiam si Monachus extra Monasterium mortuus esset; Quia omnia quærit Monasterio. quæ habet intrans tam in re, quàm in spe. decis.38. nu.6.

Regularis quærit Monasterio regulariter, etsi deferatur Monacho hæreditas, tā ex testamento, quàm ab intesta-

testato, statim acquiritur Monasterio; & in eā pro Monacho succedit. decis. 38. num. 7.

Relatum dicitur in referente cum omnibus suis qualitatibus; & dicitur pars referentis; & ad terminos relati, referens restringitur, ita ut singula singulis relata intelligantur. decis. 45. nu. 12.

Religionem incapacem bonorum in particulari, & in communi ingrediens, statim facta professione habetur pro mortuo, & hæreditas defertur alijs. decis. 37. nu. 15.

Religionem ingressus retinet iura sanguinis. decis. 38. nu. 2.

Religionem ingrediens suitatis iura potitur. Et propterea non excluditur à successione parentum, & fingitur quoad eius commodum esse in potestate. decis. 38. nu. 3.

Religionem ingressus remanet filius, & retinet agnationem; etsi regularium agnatio non dicatur esse in hoc Orbe terrarum, sed in Cœlis; tamen quo ad succedendum ad commodum Religionis perinde agnationem retinet, ac si in sęculo permansisset. decis. 38. nu. 4.

Res plures, si diuerso pretio vendantur, tot sunt venditiones, quot res. decis. 45. sub nu. 29.

Res iudicata solet esse tantæ potentiæ, quod falsum mutat in verum, quo ad effectum, secus quo ad essentiam. Et propterea quando sententia transiuit in iudicatum non attenditur iustitia, sed sententia. decis. 40. n. 4. Sed quomodo procedat, declaratur. num. 21.

Res, quæ transit ad ecclesiam, licet efficiatur immunis, & exempta à collectis, potest tamen testator legando rem Ecclesiæ apponere legē, quod ipsa Ecclesia teneatur ad onera, & collectas pro re legata. decis. 30. num. 18.

Re sua priuari, vel aliter puniri nemo potest, nisi expresse iure cautum sit. decis. 31. num. 2.

Retentio rei melioratæ datur pro melioramentis. decis. 28. num. 24.

Retentio datur pro melioramentis, vt circuitus euitentur, ne illis liquidatis reddere postea teneretur, quod esset consequutus. decis. 28. nume. 27.

Retentio rei melioratæ datur, etiam si melioramenta, adhuc liquida non sint. decis. 28. num. 27.

Retentio rei melioratæ datur, etiam si offeratur cautio de soluendo illis liquidatis. decis. 28. num. 30.

Retentus in domo cum fideiussione de non discedendo, si discedat, et statim redeat, non dicitur contrauenisse obligationi. decis. 49. nu. 1. Quod declaratur. num. 9. & seq.

Retentus in domo cum promissione, et fideiussione de non discedendo sub aliqua pœna, venit puniendus si recedat, & pęna exigitur secundum communem. decis. 49. nu. 9.

Reus per solum notarium examinatus, si negat dixisse prout scriptum reperitur, neutri creditur. decis. 50. num. 12.

Rip. in l. Ex facto. §. Si quis rogatus. ff. ad Trebell. declaratur. decis. 30. num. 15.

Roman. in cons. 143. declaratur. decis. 49. num. 15.

Ruin.

Ruin.conſ.99. lib.2. & conſ.135. lib. 3.damnatur. deciſ.44. num.34.

S

Scriptura præcedens declarat ſequentem. deciſ.33.num.3.

Scriptura quando de neceſſitate actus requiritur, non poteſt actus probari per teſtes, niſi probetur ammiſſio ſcripturæ. deciſ.50.num.43.

Sententia contra auctorem lata nocet ſucceſſori. deciſ.28.num.1.

Quod declaratur num.15.

Sententiæ tot dicuntur, quot ſunt in ea capita. deciſ.45.num.29.

Sententia lata, antequam ius translatum ſit in ſucceſſorem ei nocet, ſecus ſi poſt: & multa in hoc propoſito. deciſ.28.num.15.

Sententia definitiua in ſcriptis eſt proferenda, aliàs nomen ſententiæ non meretur. Et ſcriptura præcedere debet recitationi: nec ſufficit quod iudex ſcribendo unico cõtextu proferat ſententiam. deciſ.50.nu.42.

Sententia in dubio eſt proferenda contra Fiſcum tractantem de exactione pœnæ, & ſic de lucro. deciſ.49. num.8.

Spoliator non auditur, niſi facta reſtitutione, ſecus qui non ſpoliauit, ſed bona fide emit, & meliorauit. deciſ.28.num.22.

Sponſi conuerſatio cum ſponſa arguit deflorationem factam ab eo. deciſ. 34.num.21.

Sponſus appellando ſponſam conſortem præſumitur illam carnaliter cognouiſſe, & redditur ratio. deciſ. 34.num.22.

Sponſalia ſunt exequenda, quando ex illis oriretur infamia ſponſæ. deciſ. 34.num.26.

Sponſi vnius diſenſus non ſoluuntur ſponſalia, cum tex.cap.2. de ſponſ. dicat, quod vbi ſibi inuicem fidem datam remittunt, hoc poteſt in patientia tolerari. deciſ.34.nu.29.

Sponſalia vnius diſſenſu ſoluuntur, quando non ſunt ratificata, aliàs ſecus, & multa de ratificatione. deciſ.34.num.30.

Sponſus, qui recuſat exequi ſponſalia, eſt cogendus præcisè per cenſuram eccleſiaſticam ad contrahendũ matrimonium. Quia in ſpiritualibus non eſt locus ſolutioni intereſſe, cum non capiant extimationem. deciſ.34.num.31.

Sponſæ defloratæ non poteſt aliter reſarciri damnum, niſi per matrimonium, nec ſponſus ſoluendo intereſſe liberatur, cum aliud pro alio inuito creditore ſolui nequeat. deciſ. 34.num.33.

Sponſus, qui recuſat contrahere matrimonium, eſt prius monendus, et poſtea cogendus, & ita declaratur text.cap.Requiſiuit.de ſponſ.deciſ. 34.num.36.

Sponſalia quando ſunt iurata, tunc recuſans cogitur præcisè ad contrahendum, ſecundum communem. deciſ.34.num.39.

Sponſalia, etiam nõ iurata, ſeruanda; quia iudex ex officio tenetur compellere ad reddendum vnicuique quod ſuum eſt.

Et eccleſia non tantum iurantem, ſed ſimpliciter promittentem compellit. deciſ.34.num.40.

Sponſalia iurata ſtudioſius cogit Eccleſia ſeruari. deciſ.34.num.42.

Spon-

Sponſalia de futuro ſoluuntur, ſi ſponſi ſe ſoluunt. decif. 34. nu. 1.

Sponſalia rationabili cauſſa ſoluũtur: quæ autem ſit cauſſa rationabilis arbitrio iudicis relinquitur. decif. 34. num. 6.

Sponſalia exequi recuſans non eſt cogendus, ſed monendus. decif. 34. nume. 8. Et quomodo procedat declaratur. num. 11. 31. & 36. cum ſequent.

Sponſus ſi per Eccleſiam cogeretur cõtrahere matrimonium per cenſuras, vtique matrimonium eſſet meticuloſum, & non valeret. decif. 34. num. 9.

Quod declaratur. nu. 43.

Sponſalia contrahens cum iuramento moneri debet ad contrahendum matrimonium: etſi monitis non paruerit, eccleſiaſticis cenſuris eſt cogendus. decif. 34. nu. 10.

Sponſalia iurata ſunt ſeruanda, & recuſans præciſè cogitur ad contrahẽdũ, niſi rationabilis cauſſa reſiſtat, decif. 34. nu. 13.

Sponſalia reiterata recuſari non poſſunt. decif. 34. nu. 16.

Sponſalia etiam abſque iuramento cõtracta ſeruanda eſſe ex communi demonſtratur. decif. 34. nu. 17.

Quia Deus non facit differentiam inter iuramentum, & ſimplicem loquelam.

Sponſus, qui defloraUit ſponſam, eſt præciſè cogendus ad contrahendum matrimonium; cum res non ſit amplius integra, alioquin ex duplici dolo, & culpa, commodum reportaret. decif. 34. nu. 18.

Spurius dicitur natus ex furtiuo acceſſu ad virginem, viduam, vel nuptam. decif. 33. nu. 10.

Spurius filij nomen non meretur, & non poteſt aliquo pacto ſuccedere parentibus; & iure ciuili attento, nec etiam alimenta ipſi debentur, quia eum repellit publicæ honeſtatis iuſtitia. decif. 33. nu. 13.

Statutum laycale pro communi bono editum ligare clericos. decif. 39. numero 1.

Sed quomodo procedat declaratur. nu. 11. cum ſeq.

Statutum laycale quando adiuuat, & ſupplet ius canonicum ligat clericos. decif. 39. nu. 8.

Statutum laycale quando non loquitur ſpecificè de clericis, ſed generale eſt, comprehendere clericos multi voluere. decif. 39. num. 9. de cuius veritate videndum. numer. 11. 12. & 36.

Statuta confirmata à Summo Pontifice motu proprio, & ex certa ſciẽtia non in forma communi, ſed in ſpecie dicuntur confirmata, & tunc dicuntur ſtatuta Papalia, quæ abſque dubio ligant clericos. deciſio. 39. nume. 10.

Statuta laycalia, quantumcumque generalia, non ligant clericos, nec perſonas non ſubiectas iuriſdictioni ſtatuentium. decif. 39. nu. 11.

Statutum excluſiuum fœminarum non impedit, quia filia dotata conſiderari debeat in computatione legitimæ. deciſio. 26. numero 15.

Statutum Peruſinum non ſimpliciter excludit fœminas, ſed illis reſeruat dotẽ, & propterea filiæ fœminæ faciunt

ciunt partem in calculatione legitimæ.

Et quomodo procedat diffusè enucleatur. decis. 26. num. 24.

Statutum quod maritus habens filios ex primo matrimonio, non possit relinquere, nisi certam summam secundæ vxori, valere demonstratur.

Cuius statuti ratio eà est, ne maritus priuet propriam sobolem successione ei debita. Quæ ratio ita militat in relictis factis in vltima voluntate, sicuti in factis inter viuos. decis. 29. num. 1.

Statuti ratio quando militat, & statuti dispositio locum habet, & ex identitate rationis extenditur. decis. 29. num. 2.

Cuius contrarium. num. 17.

Statuti dispositio, quando viget, nō est vlterius inuestigandum, quia inanis reputatur disputatio, vbi statuti extat decisio. decis. 29. num. 3.

Statutum prohibens relinquere, non prohibet donare inter viuos, nec extenditur ad actum inter viuos gestum. decis. 29. nu. 12.

Statutum prohibens relinquere non habet locum in donatione causa mortis, & eo quia inducitur, vt contractus, & in modo in eundi æquiparatur contractui. Et est titulus medius inter donationem inter viuos, & legatum. decis. 29. nu. 13.

Statutum prohibens maritum relinquere vxori, non habet locum in donatione inter viuos. decis. 29. numero 14.

Statutum prohibens relinquere vxori est iuris communis correctorium, ideo non extendendum, non solum ex identitate rationis, sed nec etiam ex maioritate, vbi multa ad propositum. decis. 29. nu. 17.

Statuta sunt stricti iuris, nec extendi debent, vel aliter intelligi, quàm loquantur, & tantum disponunt, quantum dicunt; & sunt sterilia sicut mulæ. decis. 29. nu. 22.

Statutum prohibens matri relinquere alijs quàm filijs, differt à statuto prohibente marito relinquere vxori: & differentia assignatur. decis. 29. nu. 24.

Statutum quod ingrediens religionem non succedat nō valet. decis. 30. n. 7.

Statutum quod bona omnia ciuium collectari semper possint, etiam si transeant ad Ecclesiā valere, multi voluere. decis. 30. num. 19.

Statutum defert lucrum dotis marito in solatium coniugis animæ. Quod procedere demonstratur, quotiescunque lucrum statuti esset reciprocum: secus verò si maritus tantum lucretur. decis. 31. num. 11.

Statutum lucrum dotis concedit marito ob onera matrimonij, secundum magis communem sententiam. decis. 31. num. 13.

Statutum deferens lucrum dotis marito est correctorium iuris communis. decis. 31. nu. 17.

Statuti commodum, si quis consequi intendit, tenetur verificare qualitates omnes à statuto requisitas. decis. 31. num. 19.

Statutum Perusinum concedens lucrū dotis marito, requirit multas qualitates copulatiuè, & inter cęteras quod maritus cum vxore cohabitauerit. decis. 31. num. 20.

Sta-

Statuti verba generalia intelliguntur de omnibus, exceptis priuilegiatis, & quare. decis.39.nu.12.

Statuere est iuris dictionis, & sicuti secularis potestas non potest iudicare clericos, ita non potest statuto astringere: pari enim passu procedunt ligare aliquem statuto, vel ad suum trahere forum. decis.39.nume.14.

Statutum auferens clericis, quod eis cõpetit de iure communi, dicitur contra libertatem ecclesiasticam, etiam si non auferat, quod in priuilegium competebat; cum fortius sit quod competit de iure communi, quàm de iure speciali. decis.39.nu.21.

Statutum quod emptor teneatur stare locationi, odiosum, & inhumanum esse demonstratur, ideo restringendũ ad Laycos tantum. decis. 39. nume.23.

Statuta Laycalia, Clericis merè fauorabilia non valere demonstratur. Idque tanto magis procedit, quotiescunque Clericis, & Laycis afferunt commodum. decis.39.nu.25.

Statutum quotiescunque ligaret clericos non esset fauorabile, & pulchra redditur ratio. decis.29.nu.26.

Statutum Laycale quoties pro cõmuni bono ligaret clericos, id non esset vigore statuti, sed vi rationis naturalis, qua omnes tenemur ad ea, quæ bonum commune respiciunt, et si statutum promulgatum non esset, nihilominus tenerentur. decis. 39. num.29.

Statutum minuens legitimam filiæ dotatę valere, demonstratur. decis.40. nume. 7.

Statutum quod possessio defuncti continetur in hæredem, intelligitur de primo hærede, & non de hærede hæredis. decis. 43. num.18.

Statutum exclusiuum fęminarum intelligitur abintestato excludere, & non in casu testamenti. decis.43.nume.20.

Statutum excludens fęminas ab hæreditate ascendentium non militat in successione transuersalium. decis. 43.num.22.

Statutum exclusiuum fęminarum si militaret in successione clericorum, principaliter ligaret clericos, cum daret eis successorem, quem forsitan ipsi noluissent. Et sicuti personæ clericorum non ligantur Laycali statuto, ita nec eorum bona, quæ regulantur secundum personarum cõditionem. decis.43. nu.25.

Statutum exclusiuum fœminarũ propter masculos censetur perpetuò excludere. decis.46.num.2. Sed videatur. num.18.

Statutum exclusiuum fęminarum simpliciter, tunc dicitur perpetuò excludere, secus si donec, Et quousq; masculi extabunt. decis. 46. nume.14.

Statutum mandans dotari fœminas, illas non excludit antequam dotentur: hinc remanent hæredes, & suæ, & si sequuta dotatione decedant, ius redeundi ad hæreditatem transmittunt. decis.46.nu.21.

Statutum Laycale generale non comprehendit clericos tum defectu potestatis, tum etiam voluntatis. decis. 39.num.36.

Statuta Laycalia, vt comprehendant, &

Statuta Perusina fuerunt confirmata à Sede Apostolica, quatenus non cõtrarientur Canonibus, & libertati ecclesiasticæ. decis. 39. num. 39.

Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, quomodo procedat. decis. 50. nu. 24.

Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, nõ operatur quoad qualitates aggrauantes delictum: Præcipuè quando qualitas est seperata à delicto, & aliunde plena potest probari. decis. 50. nu. 29.

Statuentium mens est interpretanda secundum ius commune. decis. 39. nume. 37.

Substitutio vulgaris expirat hærede adeunte, & resoluitur in fideicommissarium, quæ præmoriente substituto in vita hæredis caducatur. decis. 44. num. 5.

Substitutio licet aliquando extendatur de vno casu ad alium, nunquam tamen extenditur, vel rarò, de vna persona ad aliam decursam; etiam si adsit præsumpta mens testatoris. decis. 44. num. 6.

Et multo minus de vno tempore, ad aliud tempus. Quod declaratur ibidem. num. 27.

Substitutus secundo loco non potest succedere hæredi, si primus substitutus moriatur viuente hærede, licet postea hæres decederet sine filijs. decis. 44. nu. 9.

Sed videatur. num. 32.

Substitutio prima, etsi possit dici compendiosa, secunda tamen facta de proximioribus, dicitur merè fideicõmissaria; non obstantibus verbis directis, hæredem esse voluit, quæ sub se nullam vulgarem habet, & expirat adeunte hærede. decis. 44. nume. 12. Sed videndum. num. 35.

Substitutionum gradus videntur subordinati, scilicet vt primò succedant hæredes, post hæredes substituti, & deinde alij substituti, & ordine isto destructo, ac turbato propter mortem primi substituti in vita hæredum, cetera substitutiones censentur caducatæ, cum medium defecerit, per quod perueniebatur ad finẽ. decis. 44. num. 13. Quod declaratur num. 37. & seq.

Substitutionum pluribus gradibus factis, & vltimo loco proximioribus vocatis, cui dicantur substituti, an hæredibus vel substitutis, demonstratur. decis. 44. nu. 14. & nu. 36. dilucidatur.

Substitutio facta conditionaliter, purificatis purificandis, perinde est, ac si à principio pura fuisset. decis. 44. num. 15.

Substitutio facta hæredibus quandocunque decedentibus sine filijs, dicitur compendiosa, quæ non actu, sed potentia plures sub se continet substitutiones: actu autem illam solum, quam casus, & futurus euentus attulerit, idque quomodo sit demonstratur. decis. 44. nu. 17.

Substitutionum quando facti sunt plures gradus, si deficiant primi gradus subingrediuntur vocati in gradibus subsequentibus, vsque ad vltimum gradum. decis. 44. nu. 18.

Substitutio prima, quando est compendiosa, etiam secunda post mortem facta, dicitur compendiosa, licet sine verbo quandocumque fuerit concepta,

pta, et redditur ratio. deci.44.n.19.
Substitutus substituti, dicitur substitutus primi hæredis instituti, et huius enunciati effectus, demonstrantur. decis.44.nu.20.
Substitutio vna quando est clara, & alia subsequẽs potest aliqua de causa, aut ratione dubia effici, deseruit præcedens substitutio pro legitima declaratione alterius subsequentis dubiæ. decis.44.nu.23.
Substitutio prima quando euenit, non est curandum, si secunda conditio purificata sit, an non. decis.44. nu. 24.
Substitutio vulgaris inest in compendiosa. Et quia verba non debent stare sine operatione, vulgaris esset ociosa, nisi operaretur suum effectũ, scilicet quòd habeat locum etiam in casu, quo prædecessit substitutus secundus in vita hæredis; Et quare decis.44. nu.25.
Substitutus secundus succedit ex propria substitutione, & non ex persona primi substituti. decis.44. n.29.
Substitutionis primæ quando deficit conditio, substitutus secundo loco nõ succedit: secus verò quando substitutio purificatur. decis. 44. nu.32.
Substitutiones vulgares non expirant oẽs hæreditate adita, & quomodo pcedat demõstratur. deci.44. n.35.
Substitutio facta de proximioribus, altero primo substituto, & non hæredibus, dicitur facta impersonaliter: vnde caducato primo gradu, subingreditur secundus, etsi aliter diceretur esset interpretatio impia, tanquam repugnans menti testatoris. decis.44.nu.36.
Substitutio vulgaris dependet ab aditione, vel non aditione hæredis, & mors primi substituti viuente hærede nõ officit alijs substitutis, quinimo ipsos iuuat, cum de medio sublato primo substituto, aperta sit via cæteris. decis.44.nu.37.
Substitutio impersonaliter facta, intelligitur facta primis hæredibus, & non substitutis primo loco. decis. 44.num.38.
Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locũ subrogatur. decis.42.n.13.
Successor in beneficio dicitur quasi hæres præcessoris. decis.42.nu.4.
Summus Pont. est dominus beneficiorum, & potestatem habet liberam in rebus beneficialibus, & Papa habet plenam dispensationem omnium beneficiorum. decis.42.nu.14.

T

Terminus prorogatus dicitur idẽ terminus, non quoad veritatem terminorum, sed quoad interpretationem, & fictionem extensiuam; quia quoad veritatem duo termini, & actus reputantur. decis.45.n.15.
Testis potest corrigere suũ dictũ incõtinenti, et dicitur incõtinenti anteq̃ alloquatur parti. decis.50.nu.19.
Testis dictum reyicitur, si inuerisimilia deponit. decis.50.nu.35.
Testamenti pars declaratur per aliã. decis.33.nu.4.
Testamentũ primũ, & nõ secundũ attẽditur inter liberos, qñ ĩ primo fauorabilius disponitur. decis.41.nu.37.
Testator nõ potest disponere, vt excludatur Monasterium. decis.30. nu.2. Quod declaratur. nu.10. & 21.
Testator si relinquat filiæ centũ si nupserit, si verò Religionẽ profiteatur

quinquaginta, casu quo profiteatur centum consequi debere multi sensere, qui seriosè enumerantur. decis. 30. nu. 9.

Sed multò plures contrarium tenentes referuntur. nu. 20.

Testatoris expressa voluntas attendenda, dato quod piã causã excludat, & quare. decis. 30. nu. 10.

Testator quotiescunque expresse declarat nolle bona sua in Monasterium transferri, non sunt applicanda contra testatoris voluntatem. decis. 30. num. 11.

Testatoris arbitrio est substituere filio iam ingresso Monasterium, dummodo supra legitimam. decis. 30. n. 13.

Testator, disponẽdo de rebus suis Ecclesiæ acquirendis, potest legem imponere, & cõditionem in præiudicium Ecclesiæ, & eius grauamen. decis. 30. nu. 16.

Testator legando mille si nupserit, & quadraginta si Monialis efficiatur, non dicitur voluisse impedire ingressum Religionis; nisi sciens filiam ad monasticam vitam aspirare, cum in mille instituat si carnaliter nupserit, si vero spiritualiter quinque solidos relinquat. decis. 30. nu. 26.

Testatoris in potestate residet totaliter instituere, vel substituere aliquem. decis. 37. nu. 4.

Et illius voluntatem principaliter attendendam, plenissimè demonstratur. ibidem.

Testator quando non vult bona sua in Monasterium transferri, non debent Monasterio applicari contra testatoris voluntatem. decis. 35. nu. 5.

Testatoris voluntas, quòd bona sua nõ transferantur in Monasteriũ, sat est, quòd ex coniecturis, & præsumptionibus eliciatur; eo quia, quæ ex coniecturis colliguntur, censentur expressa. decis. 37. nu. 6.

Testator quando substituit ea ratione, vt bona in familia, & agnatione conseruentur, fuit voluntatis ne bona sua in Monasterium transeant; cum Monasterium nõ possit familiam, & agnationem testatoris conseruare. decis. 37. nu. 8.

Testatoris voluntas quando resistit, non potest quis prætendere bona ipsius. decis. 37. nu. 11.

Testator potest disponere, vt in suis bonis non succedat Monasterium, & quare. decis. 37. nu. 12.

Testatoris volũtati, si lex non resistat, testator potest ad libitum de rebus suis disponere, illisque legem imponere; cũ quis rei suæ sit moderator, & arbiter etiam abutendo, & Papa solus cum caussa potest disponere cõtrà testatoris volũtatẽ. dec. 37. n. 13

Testator potest disponere de re hæredis qui non potest controuenire, nec vẽdicare, sed alienationem ratam habere tenetur, & à vendicantibus tueri. decis. 41. nu. 17.

Testator quando voluit bona conseruari in agnatione, dicitur constituisse perpetuum fideicommissum. decis. 44. nu. 21.

Testatori succeditur in fideicommissis, & non grauato, ideo ad sustinẽdum grauamen impositum post mortem, sufficit quòd grauamine potentialiter fuerit honoratus in euentum, in quem superuixisset hæredibus institutis. decis. 44. nu. 39.

Trebel-

Trebellianicæ detractioni non est locus quando legitima filiorum est semis. decis.26.nu.36.

Sed contrarium.nu.38.

Trebellianica detrahitur à filio grauato, dato quòd legitima sit semis, secundum communem.decis.26.n.38.

Trebellianica dicitur prohibita, si testator mandet restitui hæreditatem pleno iure, & sine aliqua diminutione.decis.26.nu.39.

Trebellianica filijs potest prohiberi, quando detrahunt duas quartas. decis.26.nu.40.

Trebellianica filijs prohiberi potest in alijs portionibus ipsis obuenietib⁹, quando plures filij inuicem substituuntur.decis.26.nu.41.

Trebellianica est quarta, quæ detrahitur à grauato de vniuersali fideicõmisso.decis.40.nu.8.

V

Vendere, & vendere velle differunt. decis.34.nu.4.

Vendens merces præfertur alijs creditoribus in mercibus ipsis, quando fidem de pretio non habuit.decis.35. num.32.

Vendita re à pluribus cum pacto retrouendendi, potest vnus, alijs recusantibus, in totum redimere. decis. 45.nu.8.

Venditor reseruando sibi dominiũ rei venditæ, potest licitè aliquid recipere, donec pretium soluatur; quasi quòd tũc non sit habita fides de pretio, sed quòd fructus potius spectent ad venditorẽ iure dominij non translati.decis.32.nu.3.

Venditor, qui dominium transtulit in emptorẽ, cum plus dederit quàm si dominium rei venditæ penes se retinuisset, tanto magis censetur, quòd licitè aliquid annuatim percipiat pro pretio nõ soluto.decis.32.nu.4.

Quod reprobatur.nu.20.

Venditor, dilata solutione, non potest, loco fructuum percipiendorum, ab emptore vniformem quantitatẽ annualem taxare; cum fructus rei venditæ sint incerti, & variabiles ex multis accidentibus. decis.32.numer.13.

Venditio secunda cum traditione præualet primæ etiam iuratæ. Et quare.decis.41.nu.30.

Venditio plurium rerum distincto pretio, tot dicuntur venditiones quot res.decis.45.sub nu.29.

Vendicatio supponit dominium in genere.decis.35.nu.7.

Verba cui conueniunt, conuenit, & dispositio.decis.26.nu.14.

Verbum relinquo, est verbum vltimæ voluntatis. vbi multa de proprietate illius.decis.29.nu.11.

Verbum ambiguum in vna dispositione positũ, declaratur per aliud clarius in alia dispositione positum, etiam facta ex interuallo.

Et præcedens scriptura declarat sequentem. Confessioque dubia declaratur per aliam factam ex interuallo.decis.33.nu.3.

Verba sunt propriè, & strictè intelligenda.decis.33.nu.15.

Verba collectiua, & communia cõprehendunt, tam masculos, quàm fœminas. Et appellatione propinquorum veniunt fœminæ, & masculi in vltimis voluntatibus, & in materia indifferenti.decis.43.nu.8.

Verbum domus comprehendit, tam masculos, quam feminas. decis. 43. n. 9.

Verbum quandocunque importat compendiosam, sub qua continetur vulgaris. decis. 44. nu. 10.

Nihilominus uerbum quandocunque restringitur ex verisimili mente testatoris, ità vt verbis, & mente testatoris repugnantibus, impossibile sit quòd compendiosa sub se contineat vulgarem.

Verbum adinuicem, & vicissim quid importet. decis. 45. nu. 5.

Verba instrumenti, quando sunt clara non est vlterius querendum. decis. 45. num. 11.

Verba in contractibus sunt strictè interpretanda, & in contractibus non veniũt nisi expressa. decis. 45. n. 19.

Verborum vnica conceptio plures cõtinet stipulationes, & quomodo. decis. 45. num. 28.

Voluntas testatoris, cui lex non resistit, seruanda. decis. 37. nu. 13.

Voluntas, potestas, & modus requirũtur ad validitatem actus. decis. 39. num. 18.

Vsura æque committitur in cęteris cõtractibus, & præsertim in contractu emptionis, & venditionis sicuti in ipso mutuo, & quare. decis. 32. num. 12.

Et in mutuo directè, in ceteris contractibus indirectè cõmittitur. ibid.

Vsura est vbi quantitas est soluenda per dinumerationem temporum pro retardata solutione cap. talis, etiam si sub nomine pœnæ soluatur. decis. 32. num. 11.

Vsura committitur quotiescunque pro fructibus percipiendis, ratione pretij non soluti, aliquid certum paciscitur. decis. 32. nu. 14.

Et quando sit licita conuentio super interesse. ibidem.

Vsuram non facit taxatio interesse, sed taxati interesse exactio. decis. 32. num. 15.

Vsura etiam modica iure canonico prohibetur; licet secus de iure ciuili. decis. 32. nu. 16.

Vsura committitur quotiescunque est in facultate creditoris exigere quantitatem debitam, & non exigit, & assentit præstationi annuæ conuentæ, & referuntur auctoritates multorum, hanc sententiam comprobantium. decis. 32. nu. 17.

Vsura erit si creditor negligens exigere debitum recipit aliquid loco interesse: nec sufficeret simplex indicialis interpellatio; sed oportet, quòd fecerit omne posse pro exactione. decis. 32. nu. 18.

Vsurarium esse contractum, quando pro dilatione data ad soluendum interim aliquid percipitur, multi voluere, nõ obstante sancita in l. Curabit. C. de act. emp. quæ nõ procedit facta taxatione pretij. decis. 32. n. 19.

Vsura committitur translato dominio; quià rei suæ locatio non datur. decis. 32. num. 21.

Vtilitas caussæ de per se non tribuit iurisdictionem. decis. 39. nu. 24.

Vtilitas caussæ non sustinet actũ aliàs nullum. Hinc alienatio rei Ecclesiæ absque debitis requisitis est nulla, etiã si vtilitatem apportaret Ecclesiæ. decis. 39. nu. 27.

Vtilitas publica, & commune bonum efficiunt, vt lex fieri possit, & hic est

est legum finis. Tamen non dat iurisdictionem. decis.39.nu.28.

Vulneratus mortuus post octo menses, non præsumitur mortuus ex vulnere. ergo à contrario sensu mortuus intra dictum tempus præsumitur ex vulnere mortuus. dec s.47.nu.1. Quod declaratur.nu.24.

Vulneratus si decesserit post paucos dies psumitur ex vulnere mortuus. dec s.47.nu.2. Sed videatur.nu.15.

Vulnerans dat caussam homicidio, licet, febri superueñta, sequatur mors. decis.47.num.3. Quod declaratur. nume.25.

Vulneratus mortuus sinè alio vulnere, seu percussione superueniente, dicitur ex vulnere mortuus. Quià euentus mortis ostendit vulnus fuisse mortale. decis.47.nu.6.

Vulneratus in pectore à communiter accidentibus moritur, & qualitas loci illati vulneris ostendit, vulnus fuisse mortale. decis.47. nu.7.

Vulneratus in dubio præsumitur ex vulnere mortuus. decis.47.nu.8. Sed quomodo procedat, ostenditur. nume.28.

Vulnus quando certum est ex necessitate esse læthale, quandocunque sequatur mors, vulnerans tenetur de occiso. Et non excusat negligentia, seu culpa vulnerati. decis.47.nu.9.

Vulnus quando dicatur mortale, vel ne, ex qualitate loci illati vulneris, & medicorum relatione comprobatur. decis.47.nu.10.

Vulnus quando certum est non fuisse mortale, nunquam quis tenetur de occiso; quià præsumitur potius ex negligentia, quàm ex uulnere obysse. decis.47.nu.11.

Vulnus illatum debili, & infirmo, ex quo mortuus sit, quod in sano, & valido non esset læthale, percutiens tenetur de occiso, & refertur notabile dictum Ang. de Malef. decis.47. num.12.

Vulnus illatum quando dubium est an sit læthale vel ne, non constito de negligentia, seu culpa vulnerati, si mors sequatur præsumitur ex vulnere processisse. decis.47.nu.13.

Vulnus quando est periculosum tenetur percutiens docere de negligentia, seu culpa vulnerati, alias tenetur de occiso. decis.47.nu.14.

Vulnus quando dubium est, an sit lethale vel ne, & vulneratus superuixit aliquibus diebus, quanto tempore sit necesse, vt superuiuat, ne præsumatur mortuus ex vulnere, doctores variant, & iudicis arbitrio relinquitur. decis.47.nu.15.

Vulnus in capite, gula, cerebro, intestinis, & in pectore solet esse periculosum. decis.47.nu.16.

Vulnus quando est periculosum, constito de negligentia, & culpa vulnerati, non tenetur vulnerans de occiso; quia in dubio potius præsumitur mortuus ex mala cura, quàm ex vulnere. decis.47.nu.17.

Vulneratus vinum bibendo, & non parendo medico, dicitur in culpa: vnde vulnerans non tenetur de occiso. decis.47.nu.18.

Vulneratus vulnere periculoso exeundo domum post paucos dies ab illato vulnere, dicitur in culpa, & non præsumitur mortuus ex vulnere. decis.47.nu.19.

Vul-

Vulneratus adhibens medicum imperitum dicitur in culpa, & vitium medici excusat vulnerantem ab occiso. decis.47.nu.20.

Vulneratus, qui obijt post trigesimum septimum diem, non præsumitur mortuus ex vulnere. decis. 47. nume. 21.

Vulnerato si superueniat febris, & moriatur, non præsumitur mortuus ex vulnere, sed ex febre; præsertim si medici, inspecto cadauere, dicant ex morbo superueniente periisse. decis.47.nu.22.

Vulnerans non simpliciter dat caussã morti, si cum vulnere concurrat negligentia, & mala cura vulnerati, quo casu vulnerans non tenetur de occiso. decis.47. num.25.

Vulneratus si moriatur absque alio vulnere, quod præsumatur ex illo mortuus, procedit non probata negligentia, seu culpa vulnerati, qua probata, secus de iure dicendum. decis.47.nu.26.

Vulneratus si moriatur absque alio vulnere, quod præsumatur mortuus ex illo, procedit quoad pœnam irregularitatis contrahendæ non quoad pœnam mortis inferẽdæ, & quare. decis.47. nu.27.

Vulneratus præsumitur mortuus ex vulnere, si non probetur negligentia, seu culpa vulnerati; secus, illa probata. decis.47. nu.28.

Vulnerati si duo reperiãtur, & vnusquisque ab altero prius percussum fuisse contendat, non potest procedi, non discusso prius quis eorum verum dixerit, & interim carcerari debent. decis.50. nu.10.

Vxores adeo incensæ sunt amore maritorum, quòd potius maritali amore ardere, quàm filiorum primi matrimonij, lex præsumat. decis. 31. nume.25.

Vxor quæ culpa viri extra domum habitat, est alenda à marito. decis. 31. num.30.

FINIS.